






BIBLIOTHECA
SELECTA
HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CUM VETERIS,
TUM NOVI TESTAMENTI.



Pedro Sainz de Baranda

VENETIIS
MDCCLXXVI.

Apud Franciscum ex Nicolao Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU.

BIBLIOTHECA
SELECTA
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
CUM VETERIS, TUM NOVI TESTAMENTI.

PRÆFATIO.



FUit non multas ante Hebdomadas, qui me vehementer urgeret, ut MABILLONIANUM *elenchum potiorum difficultatum, in lectione Conciliorum, Patrum, & Ecclesiasticæ historiæ occurrentium* auctiorem redderem. Ejus hortatui non difficilis parui. Verum dum in opus alacris incumbo, adeo illud in dies excrescere comperi, ut vix *Mabillonianum* internoscerem. Itaque consilium mutavi, atque ad selectam quidem, sed locupletem historiæ Ecclesiasticæ Bi-

bliothecam instruendam animum contuli. At eos ne tantummodo, qui de Christianæ Ecclesiæ historia benemeriti sunt, heic percenserem? Illos vero qui veteris Testamenti historiam illustrarunt, intactos relinquerem? Id equidem magno me labore levasset; ut tamen cum Lectorum utilitati, tum præstantissimæ disciplinæ dignitati magis consulerem, de his quoque agere tandem constitui. Hinc gemina nostræ hujus Bibliothecæ pars enata est, quarum altera præcipuos historiæ *veteris*, altera *novi* Testamenti Tractatores indicaret. Contractior tamen hac illa erit, tum quod nostra pluris interest nostræ Ecclesiæ, quam Synagogæ historiam nosse, tum quod majore studio, atque accuratiore novi, quam antiqui fœderis historia a nostris hominibus fuit pertractata. Cave autem Lector, credas, primigenios Bibliorum textus, auctores, versiones heic a me recensum iri. Hæc ad historiam, quam unam spectamus,

mini-

minime pertinent. Quamobrem doctorum quoque virorum de *Hebræorum* legibus, ritibus, ſcholis, ſectis, idque genus aliis plurimas numero, eruditione præclariſſimas diſquiſitiones omittam, quod illis *Hebræorum* antiquitates potius quam hiſtoriam illuſtrari nemo non intelligit. In priore, quæ veteris Teſtamenti hiſtoriam adtingit, parte CALMETI *Bibliotheca ſacra*; in poſteriore, quæ ad Eccleſiæ Noſtræ hiſtoriam ſpectat, *Mabillonianus* elenchus, in utraque *Joh. Georgii* WALCHII *Bibliotheca Theologica* maximo mihi fuit adjumento. Hinc tamen factum, ut horum exemplo complures Heterodoxos Scriptores in medium adtulerim. Id autem moneo, ne quis quos heic indicatos viderit, Scriptores omnes ſtatim ſibi legendos eſſe arbitretur. Minime vero. Immo ubi hęreticos eſſe auctores noverit (quod vel ex urbibus, ubi eorum libri editi ſunt, facile quiſquis perſpiciet) non antea illos conſulat, quam legitima hoc ſibi

bi liceat auctoritate, atque ubi id etiam liceat, quam maxime caveat, ne exquisitioris cujusdam eruditionis obtentu pravorum dogmatum venenum e noxiis hisce fontibus incautus hauriat.



IN-

INDEX
CAPITUM
IN HAC BIBLIOTHECA
CONTENTORUM.

Pars I. *Bibliotheca selecta Historiæ Ecclesiasticæ veteris Testamenti.* Pag. 1.
Cap. I. *Apparatus Chronologicus & Geographicus ad Historiam Ecclesiasticam veteris Testamenti.* ibid.
Sect. I. *Apparatus Chronologicus ad Historiam Ecclesiasticam veteris Testamenti.* ibid.
Art. I. *Chronographi veteres.* ibid.
Art. II. *Chronologi recentiores.* 8
Art. III. *Controversiæ generales de Chronologia veteris Testamenti.* 16
Art. IV. *Singulares quædam dissertationes Chronologicæ.* 28
Sect. II. *Apparatus Geographicus ad historiam veteris Testamenti.* 31
Art. I. *Antiquiores Sacræ Geographiæ Tractatores.* ibid.
Art. II. *Recentiores de universa Sacra Geographia Scriptores.* 35
Art. III. *Singularia veteris Geographiæ Sacræ argumenta illustrata.* 41
Cap. II. *Historia universa veteris Testamenti.* 45
Art. I. *Historia universa veteris Testamenti cum historia Biblica novi Testamenti sociata.* ib.
Art. II. *Historia universa solius veteris Testamenti.* 48
Cap. III. *Historiæ veteris Testamenti partes.* 51
Cap. IV. *Dissertationum in veteris Testamenti historiam collectiones.* 34

Cap. V.

Cap. V. *Singulares in historiam veteris Testamenti dissertationes.* 65
Art. I. *Singulares in historiam primæ ætatis dissertationes.* ibid.
Art. II. *Singulares in secundam mundi ætatem dissertationes.* 68
Art. III. *Singulares in tertiam mundi ætatem dissertationes.* 70
Art. IV. *Singulares in historiam quartæ ætatis dissertationes.* 73
Art. V. *Singulares in historiam quintæ ætatis dissertationes.* 75
Art. VI. *Singulares in sextæ ætatis historiam dissertationes.* 77

B I.

BIBLIOTHECA
SELECTA
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
CUM VETERIS, TUM NOVI TESTAMENTI.

PARS I.

BIBLIOTHECA SELECTA
Historiæ Ecclesiasticæ Vet. Testamenti.

CAPUT I.

Apparatus Chronologicus & Geographicus ad Historiam Ecclesiasticam Veteris Testamenti.

SECTIO I.

Apparatus Chronologicus ad Historiam Ecclesiasticam Veteris Testamenti.

ARTICULUS I.

Chronographi Veteres.

I. 
Rimus, qui inter Chronographos veteres memorandus sit, occurrit *Julius* AFRICANUS, qui *Chronographiæ* Libros V. composuit; habemus autem tantum fragmenta ab *Eusebio Syncello* atque aliis servata.

Ex isto sua fere transtulit EUSEBIUS in *Chronicon*, quod reliquit. Operis illius, *παντοδαπὴ ἱστορία*

 dicti

dicti, duæ sunt partes, in quarum prima, cujus inscriptio est: χρονικοὶ κανόνες παντοδαπῆς ἱστορίας, hodie valde mutila, omnium pene gentium, *Chaldæorum*, *Assyriorum*, *Medorum*, *Persarum*, *Hebræorum*, *Ægyptiorum*, aliarumque origines, & res maxime memorabiles ab orbe condito prosequutus est: in secunda autem, quæ κανῶν χρονικὸς adpellatur, cuncta ad temporum ordinem dispofuit, atque initium ab epocha *Abrahami* fecit. Utramque ad annum Christi 325. perduxit. HIERONYMUS *Latine* vertit *Chronicon* hoc, ita ut alia adderet, alia omitteret, ac *Chronicon* ipsum ad annum Christi 378. continuaret. *Græca* perierunt, præter fragmenta, quæ chronologi recentiores ab interitu vindicarunt, *Syncellus* imprimis, *Cedrenus* atque alii. Collegit ista *Joseph Justus Scaliger* ac cum *Hieronymi Latina* interpretatione suisque animadversionibus in *Thesauro temporum* edidit, *Lugduni Batavorum* 1606. fol. & *Amstelodami* 1658. fol. quæ posterior editio *Scaligeri* commentarios adcuratiores, & multo locupletiores exhibet. Justa tamen est dubitandi ratio num omnia ab *Eusebio* profecta sint, quæ ei in *Thesauro* hoc tribuuntur. Merito etiam eruditi viri animadverterunt, *Scaligerum* non cuncta distincte præbere, atque interdum ab eo aberrare, quod rectum est. Codices Latini Chronici *Eusebiani* oscitantia librariorum mire inter se variant, & sæpius nec inter se nec cum historia facile possunt conciliari. Confer *Dodwelli diss.* 3. *ad Irenæum* §. 2. *Henr. Valesius* pag. 10. *ad Eusebii* hist. vetustissimos Codices laudat *Acutianum*, *Lipsii* & *Ortelii*. Laudat quoque vetustissimam editionem *Mediolanensem*, quam nec *Pontacus*, nec *Scaliger* viderit. Contuluit tamen *Arnoldus Pontacus* Episcopus *Vasatensis* præter Codices Mss. duo detriginta, editiones octo, atque ex illis præclaram suam concinnavit, in qua mirum studium, atque industriam non dubitavit etiam *Scaliger* epist. 104. omnibus laudibus prose-

qui

qui, atque editoris doctrinam; candorem, modestiam, & diligentiam celebrare. Ea omnium correctissima vocatur Joh. *Morino* p. 27. *Exerc. Bibl.* Prodiit notis *Pontaci*, & castigationibus illustrata, una cum *Prosperi* chronico *Burdigalæ* 1604. fol. sed raro hodie reperitur. *Vallarsius* in nova *Veronensi Hieronymianorum* operum editione hocce *Chronicon* cum aliis codicibus collatum dedit.

II. ANIANI & PANODORI Monachorum *Ægyptiorum* centum fere annis *Eusebio* juniorum *Chronographiæ Syncello* laudatæ interciderunt, quibus *Eusebium* hinc inde castigaverant, sed in plerisque sequuti fuerant. Castigaverant vero haud raro sine magna ratione, & quum ipsi potius essent reprehendendi, ut *Scaliger* ad *Eusebium* docuit. Intercidit quoque *Philippi Sidetæ* Presbyteri *Historia ab orbe condito* ad suam perducta ætatem, hoc est ad quinti a Christo nato sæculi initia libris 36. sed longe pluribus ac mille propemodum tomis, singulis enim libris argumentum tomi integri magnitudine præmiserat, & librum unumquemque 24. λόγοις, sive tomis iterum distinxerat, quod amplissimum opus auctori *historiæ tripartitæ* l. 12. c. 3. *multam* visum est *habere confusionem nec satis prodesse legentibus*. Fragmentum hujus *Philippi* insigne *de Scholæ Alexandrinæ successione* vulgavit, illustravitque *Dodvvellus* ad calcem dissertationum in *Irenæum* Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum, acta disputationis de Christo, in Perside inter Christianos gentiles, & Judæos habitæ, cui ipse interfuit, complexum habetur Mss. in Bibl. Cæsarea teste *Lambecio* lib. 5. pag. 137.

III. Addendus his Johannes ANTIOCHENUS cognomine MALALA, qui *historiam chronicam* ab orbe condito usque ad obitum *Justiniani* 1. Imperatoris scripsit. In lucem illa exiit *græce* cum *latina* interpretatione *Edmundi Chilmeadi*: *Humfredi Hodii dissertatione de auctore*, ac *Richardi Bentleii* epistola, *Oxonii* 1691. 8. Plenus est liber hic nu-

garum ac fabularum; nec in temporum rationibus adcuratus.

IV. In eumdem cenfum venit fcriptor *Chronici*, uti vocatur, *Alexandrini*, quod incipit ab orbe condito & ad *Heraclii* Imperatoris tempora perducitur. Adpellatur illud *Alexandrinum*, quod in principio Codicis manufcripti *Petri* ALEXANDRINI nomen, & fragmenta quædam ejus proferantur, habetque etiam nomen *faftorum Siculorum*, ex eo fumptum, quemadmodum doctiffimi viri animadverterunt, quia ab *Hieronymo Surita* in vetufta *Siciliæ* Bibliotheca repertum fuerit. Dicitur præterea *Chronicon pafchale*, quoniam in eo temporum rationes, præcipue ad fefta pafchatis judaica ac Chriftiana adcommodatæ notantur. Publicæ luci chronicon hoc cum notis expofuit *Matthæus Raderus*, Monachii 1624. 4. Longe adcuratior & plenior eft editio, quæ fub titulo *Chronici pafchalis* cum meliore verfione; eruditis adnotationibus atque ampliffima præfatione, ubi inter alia de auctore operis hujus copiofe differitur, ftudio *Caroli* du *Frefne* Parifiis 1679. fol. exiit.

V. GEORGIUS Monachus, atque *Theophane* tefte Abbas, Patriarchæ *Conftantinopolitani* anno 806. defuncti Syncellus (quafi Concellanum dicas, & domefticum) ait, *p.* 3. *&* 6. (fi modo ipfe auctor eft,) fe chronico fuo complecti velle res ab orbe condito geftas ufque ad ann. Chr. 800. Certe *Syncellus* morte præventus non ultra *Diocletiani* tempora pervenit, eodem *Theophane*, qui continuavit, *Mich. Glyca*, ac *Georgio Cedreno*, teftibus, quod & titulus operis indicat. *Goarus*, *Syncellum* cum verfione fua & notis publicavit Paris. 1652. fol. ufus Codice Mf. Regiæ Bibl. fcripto ann. 1021. quem *Corinthi* paravit *Joh. Abramus* ann. 1507. Etfi vero idem *Goarus* putat integrum *Georgii* opus ad nos perveniffe, tamen *Philippus* quoque *Labbeus* ad *Glycam* ex *Georgio* quædam allegantem, quæ in illo haud leguntur, adnotat

notat pag. 3671. *Ex ista pericope aliisque quibusdam Lector discet, non esse integrum Georgii* Syncelli *Chronicon suisque partibus omnibus absolutum, quod e Codice Ms. Bibliotheca Regia a R. P. Goaro, ord.* Prædicatorum *typis Regiis prodiit, sed quadam adhuc in eo desiderari, & aliis, si qua forte occurrant, uberioribus membranis supplenda.*

V. NICEPHORI Patriarchæ *Constantinopolitani* ann. 828. defuncti *Chronologiam compendiariam ab orbe condito* ad suam ætatem *latine* circa ann. 872. vertit *Anastasius* Bibliothecarius, cujus historia Ecclesiastica ex *Syncello, Theophane*, & *Nicephoro* collecta; & *Johanni Urbis Romę* Diacono inscripta, prodiit *latine* cum notis *Car. Annibalis Fabrotti* inter Scriptores *Hist. Byzant.*

VI. Præterea ex Chronicis, quæ *Gręci* reliquerunt, monumentis huc spectant: *Georgii* CEDRENI *annales*, sive *compendium historiarum* ab orbe condito ad *Isaaci Comneni* tempora, annumque Christi 1057. quod opus, notis illustratum, primum *Gręce*, ac *Latine Guil. Xylander, Basileę* 1566. fol. in lucem eduxit; postea vero melior editio cum emendata *Xylandri* interpretatione notisque *Jacobi Goari* ac glossario mixto barbaro cura *Carol. Annibal. Fabrotti, Parisiis* 1647. fol. prodiit: *Joh.* ZONARÆ *annales*, sive *compendium historiarum* ab *origine mundi* ad ann. 1118. editum cum *Hieronymi Wolfii* notis, *Basileę* 1557. fol. ac cum *Carol. du Fresne* emendationibus atque adnotatiobus, *Parisiis* 1686. duobus voluminibus fol. cujus prima parte de rebus *Judaicis* ab orbe condito usque ad *Hierosolymorum* excidium agitur: *Michaelis* GLYCÆ *annales* quatuor partium, quarum *prima* ille disserit de operibus sex dierum, secunda res gestas ab orbe condito ad Christum natum enarrat, *tertia* a Christo nato ad *Constantinum magnum* progreditur; quarta de iis, quæ ab eo tempore peracta sunt, exponit, atque in *Alexii Comneni morte* anno Christi 1118. desinit. Evulgavit illos *latine*,

ne, & ad captam uſque a *Turcis Conſtantinopolim* continuavit *Joh. Leunclavius* : *Baſileę* 1572. 8. *grece* autem eoſdem primus in lucem emiſit *Philippus Labbeus*, ita ut *Leunclavii* verſionem recenſeret: notas ſuas æque, ac *Meurſii* una cum *Leunclavii* continuatione adjungeret, *Pariſis* 1660. fol. *Conſtantini* MANASSIS *compendium hiſtoricum*, ab initio mundi ad annum Chriſti 1081. ſcriptum verſibus, proſæ ſimillimis, quos *politicos Graci* recentiores adpellant, ad *Irenem Andronici Comneni* uxorem. Prodiit *Chronicon*, ſive compendium hoc latine cura *Leunclavii*, *Baſileę* 1573. 8. *grace* & *latine* cum notis *Joh. Meurſii*, *Lugduni Batavorum* 1616. cum *Leunclavii*, & *Meurſii* adnotationibus, variis lectionibus,& *Fabrotti gloſſario*, *Pariſiis* 1655.fol.

VII. Inter *latinos* Scriptores mediæ ætatis ſtudia ſua in Chronicis componendis collocarunt, ſuamque probarunt induſtriam : ISIDORUS *Hiſpalenſis*, BEDA, cui nomen *Venerabilis* datum eſt, FRECULPHUS, ADO, HERMANNUS *Contractus*, MARIANUS *Scotus*, HUGO *Floriacenſis*, OTTO *Friſingenſis*, GODOFRIDUS *Viterbienſis*, CONRADUS *Urſpergenſis*, ALBERTUS *Stadenſis*, VINCENTIUS *Bellovacenſis*, SOZOMENUS *Piſtorienſis*, qui omnes, ſi *Hugo Floriacenſis*, & *Conradus Urſpergenſis* excipiantur, Chronica univerſalia condiderunt, ac quum initium narrationum ſuarum ab ipſa mundi origine fecerint, res quoque geſtas Veteris Teſtamenti enarrarunt.

VIII. *Judæi* Chronologi pauci exſtant ut 1. *Seder olam* RABBA ſive Chronicon majus ab orbe condito ad tempora Imperatoris *Hadriani*, quod a *Judæis* R. *Joſeben Chelpetha* tribuitur. 2. *Seder olam* ZUTHA, ſive Chronicon minus, ſcriptum circa A. C. 1124. ab exordio mundi ad annum Chriſti 522. progrediens, quos ambos libros poſt *Gilbertum Genebrardum* vertit, & cum interpretatione ſua *latina* & notis eruditis, ac præclaris *de hiſtoria Sacra fide* diſſertationibus edidit *Johannes*

Me-

Meyer, Amstelod. 1699. 4. Hic multis disputat contra *Joh. Morinum*, qui in *Exercitationibus Biblicis pag.* 226. *seq.* contenderat, utrumque Chronicon hoc scriptum sæculo XII. atque adeo diversum esse a *Seder olam*, quod in *Talmude* Codice *Nidah*, *cap.* 5. & 30. allegatur. 3. *Schalsche leth Hakkabala* sive *Catena traditionis* R. Gedaliæ. 4. *Sepher Juchasin liber familiarum* auctore R. *Abrahamo Zacuth*, ab humani generis initio ad A. C. 1502. cum additamentis R. *Samuelis Schullam*. 5. *Zemach David*, *Germen Davidis* auctore R. *David Gant* ab orbe condito ad A. C. 1592. cujus libri magnam partem (utinam accuratius) vertit & cum notis suis *latine* edidit *Guil. Henricus Vorstius* *Lugd. Bat.* 1644. 4. De his confer. *VVolfii Bibliothecam Hebraam*.

IX. Est etiam hoc loco indicandum Christiani Scriptoris *Chronicon Orientale*, quod ex *Arabico* Codice *Segueriano* primum versum, & *latine* editum est ab *Abrahamo* ECCHELLENSI *Parisiis* 1651. fol. inter Scriptores *historiæ Byzantinæ*; deinde denuo versum, atque adnotationibus illustratum a *Josepho Simonio Assemanno* prodiit *Romæ* 1729. fol. Cujus quidem Chronici auctorem esse *Petrum Abushiaker Ebnarraheb Abilaram* idem *Assemannus* ostendit. De auctore ita scribit *Ecchellensis*: *Nostrum exemplar anonymum est*, & *ejus auctorem fuisse quemdam nomine filium Monachi*, *ex prima parte Chronici* GEORGII HOMAIDI (*Elmacini*) *plane colligitur*. *Quoties enim* (*quod passim facit*) *hunc laudat*, *non solum sententia semper eadem est*, *sed numerata quoque verba*. *Eum autem fuisse Ægyptium Cophtitam*, *indicant stilus*, *numeri*, *ac Patriarcharum gentiæ vitæ quorum pro Dioscoriana secta labores ac certamina celebrat*. In ætatibus Patriarcharum rationes LXX. Interpretum probat, addit tamen computum *Hebræorum* secundum versionem sacrorum librorum arabicam *Abibahri Almontasseri*.

ARTICULUS II.

Chronologi recentiores.

I. MUlto plures inter Recentiores Scriptores Chronologiam illustrarunt. Unus occurrit sæculo XVI. *Gilbertus* GENEBRARDUS, cujus exstant *Chronologiæ Ecclesiasticæ* libri 4. *Coloniæ* 1585. 8. *Lugduni* 1595. *Parisiis* 1585. 1600. 1660. fol. quorum duo priores de rebus veteris populi ac præcipuis quatuor millium annorum factis agunt; posteriores autem ex *Arnaldi Pontaci Chronologia* aucti, recentiores historias complectuntur. In opere hoc, atque aliis scriptis auctor comprobat, quod *Thuanus ad ann.* 1597. pronunciavit, illum in monimentis suis iniquiorem, atque acerbiorem, ac vita, quam stilo, temperatiorem creditum fuisse.

II. Porro sæculo XVI. prodierunt.

Matth. BEROALDI *Chronicon, sacræ Scripturæ auctoritate constitutum, Francof.* 1606. 1725. 4. in quo omnia Scriptorum profanorum monimenta rejecit, atque ex solis Scripturis sacris temporum rationem destinare adnisus est; valde autem a doctissimis viris reprehensus fuit.

David PAREI *Chronologia sacra* 1641. 8. *Amstelodami* anno 1607. Orationem idem ediderat *de quæstione, utrum Chronologia integra ab Adamo ad* Christum *ex sola Sacra historia haberi possit, Lugd. Batavor.*

Henrici SAMERII *Chronologia sacra ab orbe condito usque ad Christum natum, Antuerp.* 1608. fol. quæ non magnam existimationem sibi conciliavit.

Sethi CALUISII (a. 1605. defuncti) *opus Chronologicum* cum *Isagoge Chronologica Francof.* 1620. fol. iterumque ibid. 1685.

Thomæ LYDIATTI *emendatio temporum ab initio Mundi* ad ann. 1608. Item *Canones Chronologici ab initio Mundi ad initium Evangelii.*

An-

Augustini TORNIELLI *Annales sacri & profani ab orbe condito ad eundem Christi Passione redemptum, cum sacrosanctę Scripturę & Ethnicorum collatis inter se ad veritatem temporibus, vere ordinateque dispositi*, duobus tomis fol. Primam lucem quum isti adspexissent *Mediolani* 1610. postea sæpius litteris descripti sunt, ac prodierunt *Francofurti* 1611. 1640. *Colonię* 1622. *Antuerpię* 1620. 1669. Non multos quoque ante annos (nempe a. MDCCLVI.) illos e *Barnabitarum*, quos dicimus, seu S. *Paulli* Congregatione doctissimus vir *Augustinus Maria* NEGRI suis auctos *Commentariis Lucæ* apud *Venturinium* recudendos curavit. Vide *Zachariam* in *Annalibus litterariis Italię vol. I. P. II. pag.* 127. *seq.* Epitome eorum habetur in *Henrici Spondani Annalibus Sacris, a mundi creatione ad ejusdem redemptionem*, Parisiis 1637. 1639. 1660. *Colonia* 1640. 4.

Jacobi SALIANI *Annales Ecclesiastici veteris Testamenti, quibus connexi sunt Annales Imperii Assyriorum*, Babyloniorum, Persarum, Græcorum *atque Romanorum*, opus sex tomorum fol. primum *Parisiis* in lucem emissum. Ibi prodiit tomus primus 1619. secundus 1620. tertius 1621. quartus 1622. quintus & sextus 1624. Sequutæ sunt duæ aliæ editiones: altera *Coloniensis* 1620. altera *Parisiensis* 1641. quæ in inscriptione ipsius auctoris cura auctior & melior dicitur. Ipse *Annales* suos in epitomen redegit, hæcque sub titulo: *epitome Annalium Parisiis* 1635. *Colonia* 1638. *Rothomagi* 1646. 1655. fol. in lucem exiit; immo ex hac epitome *enchiridion Chronologicum* compositum fuit.

Henrici PHILIPPI varia scripta Chronologica, uti sunt: *introductio Chronologica de computo Ecclesiastico* Coloniæ 1621. 4. *Chronologica synopsis sacrorum temporum*, Coloniæ 1624. 4. *manuale Chronologicum veteris Testamenti*, Antuerpiæ 1635. 8. *examen Chronologiæ Veteris Testamenti*; item *quæstio-*

ſtiones Chronologicæ de annis Julianis & Nabonaſſari & Æra Judaica inter ſe componendis, Coloniæ 1630. 4.

Dionyſii PETAVII *de Doctrina temporum* Pariſiis 1627. Amſtelod. 1703. Veronæ 1734. Ejuſdem *rationarium temporum*, quod inquit Fabricius *Bibliogr. antiq. pag.* 252., *toties in* Gallia, Germania, *& cum præfatione Jac.* Perizonii *in* Belgio, *ac* Venetiis 1733. 2. Voll. *recuſum, vel eo nomine omnibus compendiis Chronologicis præferri meretur, quod parti technicæ plene & perſpicue traditæ præmittit partem priorem, egregium hiſtoriæ univerſalis compendium, perſpicue, & diligenti cura compoſitum, quod in ora libri ad fontes ſemper lectorem remittit*. Exſtat *Alph.* a CARANZA diatriba ſuper primam temporum doctrinam adverſum *Dionyſium Petavium*.

Ubbonis EMMII *opus Chronologicum* cum *Canone Chronico, Groninga* 1630. fol.

Henrici GUTHBELERTI, *Chronologia, Amſtelodami* 1639. 1656. 8.

Jacobi USSERII *Annales veteris & novi Teſtamenti, a prima mundi origine deducti uſque ad extremum templi, & Reipublicę judaicę excidium*. Præclarum opus hoc primum prodiit *Londini* duabus partibus, harumque prior inſcripta: *annalium pars prior, a temporis hiſtorici principio uſque ad* Maccabaicorum *initia producta, una cum rerum* Aſiaticarum, & Ægyptiorum *Chronico*; 1650. fol. poſterior autem: *pars poſterior, in qua præter* Maccabaicam & *novi Teſtamenti hiſtoriam, imperii Romanorum Cæſarum ſub* C. Julio, & Octaviano ortus *rerumque in Aſia & Ægypto geſtarum continetur Chronicon*, &c. 1654. fol. Utraque pars poſtea conjunctim ſub titulo: *annales veteris & novi Teſtamenti*, exiit in lucem *Pariſiis* 1673. fol. ac *Bremæ* 1686. fol. atque acceſſit auctoris *Chronologia Sacra*, poſt illius obitum ſeparatim edita a *Thom. Barlovv. Oxonii* 1660. 4. Editionibus his antefe-

ren-

renda est illa, quæ *Geneva* 1722. fol. prodiit, quoniam non solum splendidior, atque adcuratior, præsertim *Bremensi*, verum etiam locupletior est. Additæ sunt notæ atque emendationes, ipsa *Usserii* manu scriptæ, una cum ejusdem dissertatione de Macedonum & Asianorum *anno solari*, antea *Londini* 1648. 8. publicæ luci exposita, ac libro de *Romana Ecclesia Symbolo Apostolico veteri aliisque* fidei *formulis* qui *Londini* 1647. 4. prodierat; item cum *Usserii vita* a *Thom. Smitho* conscripta ac *Londini* 1707. 4. edita Breviorem præfationem *Joh. Clericus* præmisit, atque illa opus ipsum merito laudavit.

Eduardi SIMSONII *Chronicon, historiam Catholicam complectens seriemque historiarum ex sacris Bibliis & probata fidei auctoribus secundum tempora dirigens, ab initio mundi ad annum Christi septuagesimum primum, Oxon.* 1652. fol. & iterum cum *Petri Wesselingii* adnotationibus *Lugduni Batavorum* 1729. fol. duobus voluminibus, quod erudite, non satis autem adcurate semper ac perspicue scriptum est.

Ger. Joh. VOSSII *Chronologia sacra Isagoge sive de ultimis Mundi Antiquitatibus, ac in primis de temporibus rerum* Hebræarum *dissertationes octo, Hagæ Comit.* 1654. 4. 1688. 4. opus non exiguæ industriæ, multæque eruditionis.

Ludovici CAPELLI *Chronologia Sacra ab orbe condito ad Christum, Parisiis* 1655. 4. *Tiguri* 1673. fol. & in *apparatu* ad *Waltoni Biblia polyglotta*, Londini 1657.

Joh. OLAI TERSERI *Chronologia sacra ab ortu mundi usque ad natum Christum*, Upsal. 1657. 1688. 8.

Joh. Baptista RICCIOLI *Chronologia Reformata* quæ licet a *Norisio* sæpe carpatur, opus tamen est magnæ utilitatis, Bononiæ 1669. fol.

Philippi LABBEI *Chronologia* postuma *historica*, sive Annales ab orbe condito usque ad ann. 1666. quo Auctor obiit. Lucem adspexerunt *Philippo*

Brie-

Brietio curante, *Parisiis* 1670. fol. tribus voluminibus.

M. Zueri BOXHORNII *Chronologia*, quam ad A. Christi 1676. perduxit *Daniel* HARTNACCIUS.

Abr. CALOVII *Chronicon biblicum*, ejusdem *Bibliis illustratis* præmissum, in quo præcipuæ controversiæ Chronologicæ, quæ ad historiam sacram Veteris testamenti pertinent, diligenter atque adcurate pertractantur. Simili modo *Jacobus Tirinus commentario* suo in Scripturam Sacram Chronologiam adjunxit in nova *Pezzaniana* editione a F. A. Z. illustratam.

Joh. LIGHTFOOTI *Chronica temporum & ordo textuum Veteris & novi Testamenti*: exstant in auctoris operum *Tom. I. p. I. T. II. p. I.*

Hugonis ROBINSONI *annales mundi universales*, libris XIV. ab orbe condito ad captivitatem Babylonicam, *Londini* 1677. fol. qui liber non multum eruditis viris se commendavit.

Friderici SPANHEMII *Chronologia sacra* duabus partibus, quarum prior est *Technica*, posterior *historica*. Utraque auctoris eruditionem atque industriam ostendit. Prodiit illa una cum ejusdem *historia Ecclesiastica*, postea separatim, sub titulo: *introductio ad chronologiam & Historiam sacram Lugduni Batavorum* 1683. 4.

Caroli Josephi IMBONATI *Chronologia totius Sacræ scripturæ, a mundi exordio ad Jesu Christi adventum*. Extat in ejus *Bibliotheca Latino-Ebraica*.

Petri BAENGII *Chronologia sacra*, VViburg. 1694. 4. ejusdem *computatio temporum veteris & novi Testamenti* ibidem.

Campegii VITRINGÆ *hypotiposis historiæ & Chronologiæ sacræ a Mundo condito usque ad finem seculi primi*. *Franequeræ* 1698. 1708. & *Leovardiæ* 1716. 8. Adcessit *typus doctrinæ Propheticæ*.

III. Ad sæculum nostrum me converto.

Guil. VVHISTONI *brevis conspectus Chronologiæ vete-*

veteris Testamenti , & *harmonia quatuor Evangelistarum* qui in lingua *Anglica Cantabrig.* 1702. 4. in lucem prodiit, ac *tabula Chronologica antiquitates* complexa Ebraicas, Phœnicias, Ægyptias, & Chaldaicas, *tam ante quam post diluvium comparatas invicem, excerptasque ex Pentateucho* Samaritano, Josepho, Sanchoniathone, Herodoto, Dicæarcho, Manethone, Eratosthene; ceter. *cœpta primum a Richardo Cumberland.* aucta *deinde, perfecta* & *concinnata ab origine mundi* usque *ad aram* Nabonassari *regis* Babylonici, *a qua Humfredus* Prideaux insigne *suum opus incipit, vulgataque supplementi instar ad tabulas Chronologicas Guill. Loydii*, editas *a Marschallo*, itidem *Anglice*, *Londini* 1721. fol.

Joh. Danielis MORGENSTERNII *compendium Chronologia Sacra & prophetica* , 1704. quod antea titulum præ se habuit : *Chronotaxis heptiperiodica ab universi orbis conditi initio ad eversa urbis sancta exitium* , auctore Nathanael PHILADELPHO 1695. quove auctor chronologiam sacram in adcuratiorem ordinem adducere adnisus est.

Renati Josephi TOURNEMINE *Tabula Chronologica sacra veteris* , & *novi Testamenti*. Additæ sunt *Parisiis* 1706. Bibliis vulgatæ editionis a *Joh. Bapt.* DUHAMEL illustratis, illatæ deinde ibidem fuere in *Menochii* supplementum, quod idem *Tourneminius* concinnavit.

Joh. Jacob. HOTTINGERI *pentas dissertationum Biblico-Chronologicarum* , *Trai. ad Rhenum* 1723. 8. quibus quum ex notis temporis adventui Messiæ adsignati, præcipue 1270. hebdomadibus *Danielis* , atque ex historia Evangelistarum *de Johanne*, *Christo*, & *Paullo* adversus *Judaos* demonstretur, *Jesum* & in plenitudine temporum natum, & Christum esse, varia Chronologiæ capita illustrantur. Præmisit illis *Fridericus Adolph. Lampe* præfationem *de Chronologia sacra, ejusque Scriptoribus*.

Vincentii MASCARELL *sacra dissertationes prafer-*

sertim Chronologica in divinam Scripturam, *Vallisoleti* 1723. Tom. II. 8.

Com. *Camilli* DE SILVESTRIS *Rhodigini Chronologia*, *Lipsiæ* 1726. 4.

Arturi BEDFORDI *Chronologia Scripturæ sacræ*, per *Astronomicos calculos*, *ut* & *per annum Jubilæum* & *Sabbaticum* Judæorum *demonstrata*, *methodo hactenus intentata*, & *ab* Usserio *primum proposita*, *cum historia mundi*, *inde a creatione ad tempora*, *quibus opus suum inchoavit* D. Prideaux; quod ingenii monimentum lingua *Anglica* in lucem prodiit *Londini* 1730. fol. Exposita est in eo integra historia utriusque Testamenti a mundo condito usque ad Canonem posterioris fœderis, ita ut auctor copiosior sit in iis, quæ *Prideaux* non adtigit: in reliquis eum sæpe sequatur atque in primis codicem *Hebræum*, uti id opus est, stabiliat, contra *Isaacum Vossium*. Adcesserunt tabulæ Chronologicæ, atque astronomicæ, ac multa in illis invenias, quæ ad Scripturam sacram illustrandam faciunt, de loco nimirum Paradisi, de forma arcæ *Noachi*, de Turre *Babylonica* primaque gentium dispersione ac pluribus aliis rebus.

Michaelis de TOUL *Systeme Chronologique sur les trois textes* de la *Bible*, *avec l' histoire des anciennes monarchies expliquée*, & *retablie*, *Parisiis* 1732. 4. duabus partibus, quo libro auctor in temporum rationibus explicandis textum Scripturæ triplicem, *Hebræum*, *Samaritanum*, ac *Græcum* septuaginta Interpretum, inter se confert.

Aug. CALMET *brevis Chronologia*, seu Rationarium temporum Ecclesiasticæ ac civilis a M. C. usque ad annum 1734. quæ prodiit *Argent.* 1734. 8. excusa est Venet. 1737.

Joh. David KOELERI *Chronologia historia universalis* ab orbe condito ad nostra usque tempora, tabulis distinctis XXVII. descripta *Norimb.* 1736. fol.

Remarques Chronologiques sur l' ancien Testament. Parisiis 1737. 8. quibus adnotationibus vera temporum

porum ratio ex Scriptura ſacra monſtratur, ſpeciatimque de ſeptuaginta hebdomadibus *Danielis* diligenter agitur.

Leonardi OFFERHAUSII *Spicilegiorum Libri tres, quibus Chronologia ſacra, origines & fata Regnorum per* orientem, *ut &* Græcorum *migrationes exhibentur, Groeninga* 1739. 4. Conſtat opus hoc tribus Libris. Earum *primo* auctor Chronologiam ſacram illuſtrat, atque in *Hebræorum* inquirit tempora a rerum origine uſque ad *Cyrum*. *Secundo* verſatur in *Babyloniorum*, *Aſſyriorum*, *Medorum*, & *Perſarum* originibus ac præcipuis fatis ad mortem *Cyri* majoris deſcribendis ac dilucidandis, & *tertio* exhibet origines *Græcorum*, maxime eorum, qui ex *Inachi* ſtemmate orti, ad *Trojam* everſam floruerunt. Præter tabulas Chronologicas, adjunctæ ſunt diſſertationes: altera de *Alexandro*, *Ægypti Cyprique* Rege, qui populum *Romanum* Teſtamento hæredem ſcripſit, ejuſque in regno *Ægypti* ſucceſſore, *Ptolemæo Duleto*: altera *de vita Salvatoris privata & publica*, una cum epiſtola ad *Offerhauſium de rebus Chriſti ex Prophetis*.

Joh. Chriſtophori HAREMBERGII *tabula Chronologica ab orbe condito ad Chriſti natalem deducta*, quæ inſerta eſt *novis Actis Eruditor. Lipſ.* a. 1740. *pag.* 566. 569.

Joh. Alberti BENGELII *ordo temporum, a principio per periodos œconomiæ divinæ ad finem uſque deductus, Stutgard.* 1741. 8. quo libro auctor ſtudia ſua ad id contulit, ut ex Scriptis ſacris utriuſque fœderis monſtraret, quales ſint periodi œconomiæ divinæ, ac quale tempus iſti deſtinatum fuerit. Extat ejuſdem *cyclus, ſive de anno magno Solis, Lunæ ſtellarum conſideratio, ad incrementum doctrinæ propheticæ atque aſtronomicæ adcommodata Volum.* 1745. 8.

Nicolai Lengleti DYFRESNOY *tabulæ Chronologicæ hiſtoriæ univerſalis* Sacræ *& profanæ* uſque ad annum 1743. *Gallice* conſcriptæ, *Pariſiis* 2. vol.

8. &

8. & in *Germanicum* sermonem conversæ cum præfatione *Sigism.* Jac. *Baumgartenii*, *Halæ* 1752. itid. 2. voll. 8. *Italice* quoque *Venetiis* duobus voll. 8.

ARTICULUS III.

Controversiæ generales de Chronologia veteris Testamenti.

I. CElebriores quasdam de Chronologiæ fundamentis quæstiones hic adtingemus. Primam in heterodoxa *Germania* excitavit *Christiani* RAVII *unica, vera, & infallibilis Chronologia biblica* Kilonii 1670. fol. cujus quaterniones duo primi, postea tamen in editione *Kiloniensi* varie immutati, jam Upsaliæ 1669. sub hoc titulo lucem adspexerant: *Chronologiæ infallibilis de demonstratis ex solo veteri Testamento omnis Christi, juxta ductum codicis Ebræi, numquam visum, demonstrativæ disputationes*. Quum in sententiam Auctor ingressus esset codicem sacrum unice normam Chronologiæ exhibere ac scriptores profanos hac in re rejiciendos esse, adversarios nactus est, præcipue *Abr. Calovium*, qui pugnavit adversus eum *in discussione infallibilitatis novæ Chronologiæ biblicæ Chr. Ravii*, *Vitembergæ* 1670. 4. cui præmissa est: Ravii *epistola pro infallibilitate Chronologiæ Biblicæ & de Chronologorum aliorum erroribus, ad Calovium* 1670. exarata, & in *Chronico biblico* præfixo *biblicis* ejusdem *illustratis* edita. In idem certamen contra *Ravium* venerunt, *Magnus Celsius* in *Computo Ecclesiastico* 1673. 8. *Petrus Megerlinus commentario Chronologico*, quem *Theatro divini regiminis* adjecit, *Basileæ* 1681. 4. *Matth. VVasmuthus*, *Sam. Regherus*, *atque alii*. Ab hostibus his *Ravius* defendere se adnisus est, ac juris publici fecit: *excussionem ineptæ discussionis* Abr. Calovii *super verissima temporum canonica ratione, hoc est, infallibilitate Chronologiæ biblicæ*, Colon. Brandenburg. 1671. fol. præterea edidit:

dit: *Synopsin Chronologiæ biblicæ centum epocharum biblicarum ad primum annum mundi, mensem, diem & feriam ab orbe condito ad Jesu Christi in Cælos adscensionalem & Spiritus Sancti missionalem*, Berolini 1670. fol.; disputationem Chronologicam *de adventuali plenitudine temporis* Jesu Christi *in carnem, a priori deducta ex historia anni diluvialis*, Franc. ad Viadr. 1673. 4. *arcana biblica, contestantia aram Christi A. M.* 4140. non 4000. *ut* Calovius *inconsulta Scriptura docet*, Francof. *ad* Viadr. 1675. fol. *quinquagena testium bibliorum de* vera *plenitudine temporis adventualis Christi A. M.* 4140. eodem loco fol. ac quædam alia, atque in his ea quoque, quibus caussam suam adversus *Celsium* agere voluit. Vide *Schefferi* appendicem *Svec. Litterat.* p. 302. & *Mollerum Cimbria Litterata* Tom. II. pag. 686.

II. *Johannes* MARSHAMUS novam procudit controversiam. Ejus *Canon Chronicus* Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus, *& disquisitiones* prodierant primum *Londini* 1672. fol. quæ editio rarior in ipsa *Anglia* perhibetur: deinde *Lipsiæ* 1676. 4. cum Præfatione *Otton. Menckenii*, qua variæ *Marshami* opiniones, maxime de ritibus, ab *Ægyptiis* ad gentem *Hebraicam* translatis, notantur, ac Franekeræ 1696. 4. Liber hic magnam quidem auctoris eruditionem ostendit, minus tamen omnibus se commendavit, quia fabulis ac commentis *Ægyptiorum*, non sine credulitate, fides tributa ac dinastias, quæ apud illos celebrantur, cum codicis sacri Chronologia conciliandi inepta ratio adhibita est; adfirmantur ea, quæ ne ullam quidem veritatis speciem præ se ferunt: immo Scripturæ diviniori ejusque auctoritari repugnant. Mirum igitur non est, *Marshamum* a doctissimis viris confutatum fuisse, inprimis a *Jacobo Perizonio in* Ægyptiacarum *originum & temporum antiquissimorum investigatione, in qua* Marshami *Chronologia funditus evertitur*, Lugduni Batav. 1711. 8. Falsam ejus opinio-

nionem de septuaginta *Danielis* hebdomadibus; eas non ad Christum spectare; sed cum *Antiocho Epihane* finiri, impugnarunt: *Joh. Christophor. VVagenseilius* in *Mantissa ad tela* ignea *Satanæ de septuaginta hebdomadibus* Danielis *adversus* Marshami *novam earundem interpretationem*: *Campeg. Vitringa* Lib. VI. observation. sacrar. cap. I. seqq. Anonymus apud *Basnagium hist. des ouvr.* des sav. a. 1687. T. I. pag. 487. atque alii. Ante *Canonem Chronicum* Marshamus edidit: *diatribam Chronologicam*. Londini 1649. 4. eaque in præcipuas difficultates inquisivit, quæ cum Chronologia veteris Testamenti conjunctæ sunt. Pleraque ibi tradita, postea in dictum *Canonem* translata fuerunt.

III. *Marshamo* antiquior est, cui *Isaacus* VOSSIUS facem prætulit, controversia; fuerat tamen ob eas, quæ hanc consequutæ diutius sunt disputationes, postponenda. Ediderat ille *dissertationem de vera ætate mundi, qua sententia illorum refellitur, qui statuunt, natale mundi tempus annis minimum* 1440. *vulgarem æram anticipare*. Lugduni Bat. 1659. 4. *Vossius*, ut sententiam suam defenderet, in lucem emisit: *Castigationes ad scriptum* Georgii Hornii *de ætate mundi*, Hagæ Comitum 1659. 4. ac quum *Hornius* isti opposuisset; *defensionem dissertationis de vera ætate mundi contra castigationes* Isaaci Vossii, *qua* Ebræa *Biblia* eorumque *authentica, & incorrupta veritas contra objectiones ex* 70. *Interpretibus*, Samarit. Josepho, Chaldæis, Ægyptiis, Sinensibus *adseruntur* Lugduni Batav. 1659. 4. pro caussa sua scripsit; *auctarium castigationum ad scriptum de ætate mundi*, Hagæ Comitum 1659. 4. *Hornius* autem juris publici fecit: *auctarium defensionis pro vera ætate mundi*, Lugduni Batav. 1659. 4. Referri & huc possunt; *Vossii* hujus: *dissertationes de* 70. *interpretibus, eorumque translatione & Chronologia*, Hagæ Comitum 1661. 4. & Londini 1665. una cum ejusdem *appendice ad librum de* 70. *interpretibus*; seu *responsionibus ad objecta va-*

rio-

riorum Theologorum, Hagæ Comitum 1663. 4.
4. Præter multos alios sententiam ejus de versione septuaginta Interpretum impugnavit *Richardus Simon*, ac postquam *Vossius* ediderat: *responsionem ad objecta nupera critica sacra*, Lugduni Batav. 1680. 8. *disquisitionibus criticis de variis, per diversa* loca *& tempora, bibliorum editionibus* adjunxit: *Castigationes Theologi cujusdam Parisiensis ad opuscula* Isaaci Vossii *de Sibillinis oraculis, & ejusdem responsionem ad objectiones nupera critica sacra*. Londini 1684. 4.

IV. Quamquam acrius in *Galliis Paullo* PEZRONIO duce controversia isthæc processit. Is *Isaacum Vossium* sequutus itidem pro Chronologia *Graca* septuaginta interpretum pugnavit in Libro, cujus inscriptio est: *L' antiquité des temps retablie & defendue contre* les *Juifs* & *les nouveaux Chronologistes*, Parisiis 1686. 4. Amstelodami 1687. 8. Auctoritatem tamen, qua Codex *Hebraus* præ interpretatione *Graca* pollet, doctissimi viri contra istum defendendam susceperunt, inprimis Jo. *Martianaus* in *defense du texte Hebreu*, & *de la Chronologie de la Vulgate*, Parisiis 1689. 8. ac *Michael* LEQUIEN *in defense du texte Hebreu contre le Livre de Dom.* Paulo Pezron *de l' antiquité des temps*, Parisiis 1690. 12. Contra hostes hos caussam suam agere voluit, *Pezronius* in *defense de l' antiquité des temps, ou l' on soutient la tradition des Peres & des Eglises contre celle du Talmud, & ou l' on fait* voir *la corruption de l' ebreu* des *Juifs*, Parisiis 1691. 4. At vero, quod cœperant, in certamine adversarii progressi sunt, atque arma sua iterum contra *Pezronium* adhibuerunt, *Martianaus* in *continuation de la defense du texte Hebreu &* de la *Vulgate* par la *veritable tradition des Eglises Chretiennes* & *par toutes sortes d' anciens monumens Hebraus, grecs & latins*, ceter. Paris. 1693. 12. *Lequien* autem in Libro, cujus titulus est: *l' antiquité des temps detruite, ou reponse* a la *defense de l' antiquité des temps*

Parisiis 1693. 12. Ad *Pezronii* scripta Chronologica, nunc commemorata, pertinet etiam ejus: *Canon Chronologicus* juxta 70. *Interpretum, Ecclesiarum orientalium & primitivorum Patrum supputationem*, qui adscessit *ad* Joh. *Dominici Musantii facem Chronologicam ad omnigenam historiam Sacram & profanam*, quæ lucem adspexit Leodii 1695. & auctior Mogunt. 1707. 12.

V. Alii quoque pro Hebraici textus Chronologia decertarunt. Huc spectat *Jani* BIRCHERODII *lumen historiæ sacræ veteris & novi Testamenti, per tabulas Chronologicas, æri incisas, repræsentatum, & ad aliarum gentium antiquissimarum historiam compendiose adcommodatum*. Hafn. 1681. 4. Adcessit tabularum explicatio inque ista fundamenta Chronologica codicis *Hebraici* breviter exposita sunt, atque in primis contra *Richardum Simonem*, & *Isaacum Vossium* defensa. Opus est, quod post auctoris obitum publicam lucem adspexit.

Matth. VVASMUTHUS, qui ad id cogitationes suas contulit, ut fundamenta Chronologiæ ex codice *Hebræo* sumeret, ac cum isto rationes astronomicas conciliaret. Eam in rem ad publicum usum transtulit: *Annalium Cœli & temporum restitutorum; sive operis astro-Chronologici, cum novis tabulis motuum perpetuis & organo revolutionum harmonico ab origine mundi, Libris 7. edendi sciagraphiam rerum & ordinis*, Kilon. 1684. fol. Opus ipsum post auctoris mortem lucem quidem adspexit, sub titulo: *novum opus astro-Chronologicum*, Kilonii 1692. fol. ita tamen comparatum, ut solas tabulas complectatur, in quinque classes divisas, ac commentario, ab auctore promisso, careat, quem istum ne cœpisse quidem scribere, nonnulli suspicantur. *Samuel Reyherus introductionem in tabulas Christianas* præmisit, cujus paullo post sigillatim mentionem faciam. Diversæ sententiæ de opere hoc *VVasmuthi* latæ sunt. Alii id multum laudarunt; alii autem, se illud non magni æsti-

mare,

mare, prodiderunt. Ac certe *VVasmuthus* se hypothesibus suis nimis addictum præbuit; nec res veterum, certo tempori recte adsignandas, tali diligentia, qualem istæ postulant, expendit.

Samuel REYHERUS, quem *VVasmutho* adjungo ob jam memoratam *introductionem in illius tabulas Chronologicas Christianas*, ubi fundamentum Chronologiæ hujus tam perspicue expositum est, ut qui vel leviter artis numerandi peritus est, tabulas istas haud difficulter intelligere queat. Adpellantur tabulæ hæ *Christianæ*, quoniam *Christina*, *Sveciæ* Regina, sumptus suppeditavit.

Joh. MEYERUS dissertatione *de codice & calculo Hebræo, præferendo Samaritano & Græco*.

Robertus CLAYTONUS, cujus in lucem exiit: *The Chronology of the hebreu bible vindicated*, Londini 1747. 4. Liber, pro codice *Hebræo* in re Chronologica ita scriptus est, ut erudite ostendatur, versionem *Græcam* septuaginta Interpretum esse corruptam nec in temporum ratione determinanda veluti normam adhiberi posse.

MALEVILLE *dissertation* XXII. *sur la Chronologie de l'Ecriture*. Extat Tom. 6. operis a *Malevillio Parisiis* edito 1755. inscriptoque: *La Religion naturelle, & la revelèe*.

VI. Ex priore illa de sacri Codicis textibus controversia effectum est, ut nonnulli eruditi viri ad illorum Chronologiam conciliandam suas curas contulerint. Hinc porro novarum disputationum occasio enata est. Huc pertinet

Renati Josephi TOURNEMINII *conjecture sur l'origine della difference du texte hebreu, de l'edition Samaritaine, & de la version de septante dans la maniere de compter les anneés des Patriarches* (memoyr. de Trevoux 1704. Januar. p.41.) una cum *examen de la conjecture du P.* de Tournemine *avec la reponse de celuici a cet examen* (ib. August.p.85.) ac *defense* du *nouveau systeme* de *Chronologie du P.Tournemine* (ibid. 1706.August.p.1396.)

Eclairciſſemens ſur la Chronologie de ſeptante, & ſur celle du Texte Hebreu (Mem. de Trevoux 1743. April. p. 720.)

Hujus Anonymi ſtudium in utraque concilianda Chronologia cl. P. *Alphonſo* NICCOLAI probatum fuit *Diſs.* e *Lezioni* di *Sacra Scrittura T.* I. *diſs.* IV.

Sed contra Anonymum, ejuſque vindicem *Niccolai* Tom. VII. *Novæ ſylloges Opuſculorum* Venet. 1760. prodiit p. 339. *Vincentii* REGNANI *Diſſertatio Chronologica, ſe a conciliare il Teſto di Mosè con la Verſione de' 70. intorno gli anni delle Generazioni de' Padri Antediluviani ſia affatto concludente il ritrovato, ec.*

VII. En aliam controverſiam. Exierat *Gottfridi* KOHLREIFII *Chronologia ſacra, a mundo condito uſque ad ipſius interitum,* Hamburgi 1724. 8. Prodiit enimvero paullo poſt *Guſtavi Chriſtoph.* HOSMANNI *hypotypoſis Chronologiæ Sacræ, hiſtoriam populi Iſraelitici a morte Iſaaci uſque ad captivitatem Babylonicam illuſtrans,* Namburgi 1727. 8. qua inter alia contra *Kohlreiſſii Chronologiam ſacram,* antea memoratam diſputat. Eumdem *Kohlreiſſium* adgreſſi ſunt des *Vignoles,* & *VVoxenius*. Quare *Kohlreiſſius* edidit *defenſionem reſtitutæ antiquitatis temporum religioſam & evangelicam,* Namburgi 1728. 8. eo conſilio, ut cauſam ſuam adverſus iſtos tueretur. Non ſiluit *Hoſmannus*, vulgavitque *adnotationes ad hypotypoſin, quam edidit, Chronologiæ, quibus objectiones ſolvuntur,* Hamburgi 1729. 8. Juris quoque publici fecit præter hoc opuſculum, *Chronologiam ſacram librorum veteris Teſtamenti obſervationibus exegeticis illuſtratam* 1734. 4. a mundo condito uſque ad ultimam Hieroſolymorum everſionem, a *Romanis* factam. *Vignolius* quoque ſeſe defendit. Vide *Bibliothecam Germanicam* T. 14. p. 122. & T. 17. p. 45. Præterea *Vignolius* inſigne opus emiſit, in quo etiam multa adverſus *Kohlreiſſium* diſſerit, prænotatum, *Chronologie de l'*

hi-

histoire sainte, & des histoires etrangeres, qui la concernent depuis la sortie d'Ægypte, jusqu' a la captivitè de Babylone, duobus tomis Berolini 1738. 4. Divisum illud est in sex libros quorum *primo* continetur Chronologia ab exitu *Israelitarum* ab *Ægypto* usque ad *Salomonem*: secundo instituitur disquisitio annorum Regum *Juda* & *Israelis* usque ad captivitatem *Babylonicam*: *tertio* notæ Chronologicæ indicantur, quales sunt annus Exodi, sabbatum, transitus per mare rubrum, anni sabbatici, Jubilæi, atque alii: *quarto* illustratur Chronologia Regum *Tyri*, *Syriæ*, *Ægypti*, *Assyriæ*, & *Mediæ*: *quinto* exponitur de annis Regum *Babyloniæ* usque ad *Cyrum* deque æra *Nabonassarea*, ac Canone *Ptolomæi*: *sexto* denique de vetustissima anni forma apud *Chaldæos*, *Ægyptios*, *Græcos*, ac *Romanos*.

VIII. Non omittendus heic *Johannes* HARDUINUS, qui unius Vulgatæ editionis rationem in constituenda sacri Codicis Chronologia sibi habendam proposuit. Edidit ille *Chronologiam veteris Testamenti ad vulgatam versionem exactam & nummis antiquis illustratam*, Parisiis 1699. 4. Opposuit se *Harduino Maturinus* VEYSSIERE LA CROZE *in vindiciis veterum scriptorum*, Roterodami 1708. 12. quibus addita est, *Alphonsi Vignolii Epistola Chronologica*. In ea *Harduini* systema refellitur ex astronomicis observationibus; ex fastis marmoreis consularibus; ex catalogis archontum *Athenienfium*, ex mensibus *Atticis*. Pugnavit quoque contra eum *Cornel.* Dieteric. KOCHIUS in *Stricturis Theologicis in* Johannis Harduini *opera selecta*, ubi iterum ea Chronologia prodiit Amstelodami 1709. p. 513.

IX. Verum nostris temporibus longe celeberrima fuit controversia, cui NEVVTHONI Chronologia occasionem præbuit. Placet heic exscribere, quæ de hacce controversia in *Zacharianis Annalibus litterariis Italiæ Vol.* III. *p.* 262. leguntur „ Il *Nevv-* „ *ton* per suo privato studio, e piacere si avea

„ composto il Trattato di Cronologia, di che „ parliamo. La Principessa di *Galles*, dipoi Regi- „ na *d'Inghilterra* avendone notizia, e dirittamen- „ te istimando, che non dovea poter esser cosa „ meno che eccellente, gliene dimandò copia; ed „ egli dopo le molte sentendo di non potere scu- „ sarsene, ne le promise, e diede un ristretto, a „ patto nondimeno che a persona nol mostrereb- „ be, nè comunicherebbe, salvo che all' Abate „ *Conti*, dimorante allora in *Londra*, il qual pu- „ re esser dovesse alla medesima legge soggetto, „ e tenuto. Profittò il *Conti* della prima parte di „ ciò, che il riguardava, e non si curò per nien- „ te dell'altra, perchè indi a non molto recò il „ manoscritto a *Parigi* dove tradotto, e postillato „ dal Sig. *Freret* uscì alla luce (1). Della stam- „ pa, e della traduzione, e delle postille si dolse „ forte il *Nevvton* nelle *Transazioni Anglicane* in- „ serendo non solo il racconto soprascritto, e le „ sue querele, ma il suo sdegno eziandio pungen- „ do, e mordendo a sua voglia il *Conti*; e dopo „ aver rilevati parecchi errori massicci dal Tradut- „ tore, e Postillatore commessi, protestò altamen- „ te di non riconoscer quell' Opera per sua (2). „ Vedutosi il *Conti* assalito con tanta risoluzione „ fece trasportare in *Francese* le doglianze del suo „ incollerito avversario, e le ristampò con una sua „ lettera di risposta (3), dove per riguardo al

„ col

(1) Il titolo è tale *Abregè Chronologique* de *Mr. le Chevalier* Nevvton *fait par lui meme & traduit sur le Manuscrit* Anglois *avec des observations*. A Paris 1725. *Chez* Cavelier.

(2) Vedi la *Bibl. Angloise* nel mese di Luglio del 1726.

(3) *Rèponse de M. Nevvton aux observations ec. avec une lettre. A Paris* 1726. Questa lettera fu ristampata dal Sig. *Granet* nel Giornale degli Eruditi, e del P. *des Molets* nelle *memorie di letteratura*. Così lo Scrittor della vita del *Conti* nel tomo secondo delle *Prose e Poesie* di questo Letterato. *Venezia* presso il *Pasquali* 1756.

„ punto presente credette di purgarsi validamente „ col dire, che il Manoscritto non fu a se affida- „ to, sebben più volte chiesto, ma si alla Princi- „ pessa *di Galles*, da cui ne trasser copia in pri- „ ma la Contessa *di Kirmansegger*, e poi il Sig. „ *Costa*; che di consenso dello stesso Sig. *Nevvton* „ parecchi in appresso ne furon partecipi. Innoltre „ lasciò travedere, che la pubblicazione del Ma- „ noscritto fu impazienza, fu disperazione, fu ar- „ tifizio de' Sigg. *Francesi*, perchè il Sig. *Nevvton* „ in fine rispondesse ad alcuni dubbj, a' quali per „ tutte le istanze fattenegli, non s'era mai degna- „ to di far risposta. Io non sò, che questa que- „ rela andasse più oltre: certo nol meritava. Se- „ guitiamo pertanto la Storia del Libro. Nell' „ Anno stesso 1726. Stampò il *P. Souciet* cinque „ Dissertazioni contro al Sistema *Nevvtoniano* (4). „ Questo Padre fu de' primi ad avere il Manoscrit- „ to, e siccome egli in fatto di Cronologia si „ conoscea moltissimo, così distese subito alcune „ sue osservazioni, e le andava comunicando agli „ amici, ma non le mise alle stampe. Il Sig. *Fre-* „ *ret* confessò d'averle vedute, anzi lodolle assai; „ studiandosi però di dare ad intendere, che non „ se n'era servito (5). Non erano appena sorti- „ te le cinque Dissertazioni, che a combatterle „ comparvero nella (6) collezione del P. *Desmolest* „ cinque lettere del Sig. de *la Nauze*, le quali „ sebbene lunghissime, e piene d'industria, e di „ buona volontà, tuttavolta a giudizio ancora d'

„ uno

(4) Rècueil des *Dissertations du Pere* Souciet *Tom.* II. ec. *A Paris chez Rhollin* 1726.

(5) Il P. *Souciet* nella sua prima Dissertazione mostra, che il Sig. *Freret* se ne valesse, al qual proposito soggiugne il pensiero del P. *Sirmondo*, cioè *che le Muse sono Sorelle; che elle vivono tra se in buona armonia, e che tutti i loro beni sono comuni.*

(6) *Continuation des Memoires de litterature & d'histoire. A Paris chez Simartì.* 1728. T. 5. P. 1. F. 6. P. 1.

„ uno de' più zelanti difensori del *Nevvton* non „ incomodarono gran cosa gli argomenti del „ *Souciet* (7). Morto il *Nevvton* nel 1727. il Sig. „ *Condatt* marito d'una Nipote di lui pubblicò l' „ Opera intera, quale era uscita dalla mano dell' „ Autore stesso, ed è la medesima, che in *Italiano* ci „ fu presentata. Ivi appajono distinte, e chiare le „ ragioni, e i fondamenti del nuovo sistema: fon- „ damenti, e ragioni già dal *Souciet* avute in par- „ te dall' Abate *Conti*, il quale raccolte le ave- „ va dalla conversazione del *Nevvton* e in parte „ delle risposte fatte a' suoi dubbj dal *Nevvton* per „ mezzo del *Keil* (8). L'anno seguente il cele- „ bre *P. Arduino* per una strada, secondo il soli- „ to, tutta sua, cioè strana, andò contro all' *In-* „ *glese* Cronologo con una Differtazione introdot- „ ta nelle Memorie di *Trevoux* per il Settembre „ del 1729. ed a questo titolo piuttosto magnifico „ che nò: *Le fondament de la Chronologie de M.* „ Nevvton Anglois *imprimè a* Londres *en* 1726. „ (9) *sappè par le P.* H. I. Mentre così pro e con- „ tra si disputava in *Francia*, il *VVisthon*, e l' „ *Halley*, due insigni Matematici *Inglesi*, sostene- „ vano fortemente con ragioni e con calcoli il lo- „ ro illustre compatriotta ed amico (10). Pare-

„ va,

(7) *Les objections que le R. P.* Souciet *propose contre ce nouveau plan paroissent encor subsister malgrè les rèponses qu'y ont etè faites par l'auteur lui-meme, & par un tres savant Accademicien. Apolog. de* M. le Cheval S.... T....

(8) Di questa risposta fa memoria il P. *Souciet* nella sua prima Differtazione, dove anche trascrive un paragrafo d'una lettera del *Keil* al *Taylor*

(9) Questa edizione mi riesce nuova: forse il P. *Arduino* ebbe in mira la Scrittura del *Nevvton* contro il *Freret* inserita nelle *Transazioni Anglicane*.

(10) Nella *Biblioteca Inglese* per l'anno 1729. si dice, che il primo *à deja eclatè*, e che il secondo s'era *declarè le tenant* contro a tutti: anzi il Sig. *Fontanelle* nell'elogio del *Nevvton* afferma, che l'Halley *avea già scritto in difesa di tutto il sistema astronomico del suo illustre amico*.

„ va, che in *Inghilterra* non potesse su questo „ punto nascer discordia, ma altrimenti è avvenuto, perchè il *Shukford*, senza riguardar punto all'esempio, e all'autorità, o ad altra cosa, „ si è posto ad urtare con tutto il calore, e con „ tutta la forza del suo ingegno questa giovane „ opinion cronologica (11); sicchè per lui non è „ stato, che non rovini e cada. Dietro questo *Inglese* ingegno tenne un *Francese* il Sig. L. R. „ *Deshouneray* Professor Regio in una lettera posta nel Mercurio di *Francia* (12) l'anno 1755. „ dopo il quale non so, che sorgesse più niuno „ contro al *Nevvton*, se già non fossero i PP. „ Giornalisti di *Trevoux*, i quali non pajono al „ sistema di lui troppo favorevoli, quantunque „ volte lor cade in acconcio di ragionarne (13). „ Ma contro tutti e i presenti, e i passati, o „ *Inglesi* sieno, o *Francesi* ha preso le parti del „ *Nevvton* un'Anonimo, che all'ingegno profondo, e alla erudizione, e vorrei potere ancora „ dire, all'eleganza, e nettezza dello stile, mostra d'essere un Letterato di sfera (14). Egli „ esposta avendo a una certa sua maniera la dottrina *Nevvtoniana*, risponde à parte a parte a „ ciascuno degli oppositori, niuna tralasciando delle loro precipue difficoltà ". Hactenus *Zachariani* Annales occasione sumpta ex *Nevvtoni* Chrono-

(11) Nella Prefazione al secondo tomo della *Storia del Mondo* tradotta dall' *Inglese* nella lingua *Francese*, e stampata a *Parigi* 1752.

(12) Per il mese di Dicembre *Vol.* 1. *pag.* 165. *Vol.* 11. *pag.* 149.

(13) *Memoires de Fevrier* 1754. & *de Octobre* ec. Vedi ancora il mese di Gennajo 1758. *Vol.* 1. e 2.

(14) *Apologie du sentiment de Mr. le Chevalier* Nevvton *sur l'ancienne Chronologie des Grecs contenant des reponses a toutes les objections qu' y ont eté faites jusqu' a present par Mr. le Chevalier* S..... T..... Quidquid sub terra est in apricum proferet ætas. *Horat. lib.* 1. *Epist.* 6. a Francfort *sur le* Meyn *chez* Francois Varrentrapp. *in* 4. *pag.* 164.

nologia, quæ *Italice* prodiit *Venetiis* 1757. hoc titulo: *la Cronologia degli antichi Regni emendata. Opera postuma del Cav.* Isac Nevvton *tradotta dall' originale* Inglese *in sua prima edizione fin dall' anno* 1728. *dal Sig.* Paolo ROLLI 8. FRERETTI paulo post Chronologicum opus, quo *Nevvtonus* acriter confutatur, lucem vidit 4. De eo T. XXIII. Acad. *Paris.* Inscript. aliqua in anteceſſum dicta fuerant, *histor. pag.* 65.

ARTICULUS IV.

Singulares quædam Dissertationes Chronologicæ.

ABrahami KRIEGEL *de annis ante orbis diluvium mortalibus* Gen. VI. 3. *attributis*, Lipsiæ 1736.

Lucæ CUPERI *paratitla Chronologiæ, & historia Sacra, a mundo condito usque ad τὴν ἔξοδον* Israelitarum *ex Ægypto*, Amstelodami 1721. 8., qui quum animum induxisset, chronologiam, & historiam vetustam interpretari, quam Scripturæ præcipue divinæ tradiderunt, in persuasionem venit, istam simul in *Ovidii* Libris *metamorphoseon adumbratam esse*, atque utilem operam suscipi, existimavit, si Chronologia sacra cum profana eaque *Ovidiana* curatius compararetur.

Theodorus Van THUINEN edidit: *computum temporum a diluvio usque ad reditum populi Judaici ex captivitate Babylonica*, sermone Belgico 1719. 4. ac priore parte ex numeris sacris ostendit, integrum temporis spatium, a diluvio usque ad dictum reditum, annos 1744. complecti: in posteriore vero numerandi hæc ratio cum Scriptoribus profanis, *Ægyptiis*, *Tyriis*, *Chaldæis*, maxime *Herodoto* ac *Ctesia* conciliatur.

D. RONDET *Lettre sur l' Epoque de la Naissance* d'Abraham. Extat diarii Ecclesiastici, quod a *Dinuartio* Gallice Parisiis excuditur. *T.* 37. *p.* 20.

20. Est autem ea Epistola analysis dissertationis; quam idem Auctor ann. 1769. inferri curavit in *diarium Virodunense*, M. August. *p.* 136.

Francisci FABRICII, & *Jacobi* PERIZONII *Epistola* de Chronologia 450. annorum Judicum *Israelitarum*. Additæ sunt ejusdem *Fabricii Christologia Noachic.* & *Abraham* p. 661.

Jacobi Mariæ AYROLI in Chronologiam libri Judicum conjecturæ, Romæ. Vide *Trivultianos* anno 1716. M. *Novemb. p.* 2123.

Henrici Gottlieb REIME *Tract. Philologico criticus de numero annorum regiminis Judicum*, *atque Saulis Regis* Israelitarum *primi*, Jenæ 1714. 4.

Jacobi Mariæ AYROLI *de annis ab exitu Israel de Ægypto ad quartum* Salomonis. Extat in *Tourneminiano* ad *Menochii* Comm. supplemento *Tom.* II. *p.* 468. Ven. edit. 1722.

Josephi KHELI *de Epocha historiæ Ruth* dissertatio Viennæ 1756. 8.

Renati Josephi TOURNEMINII *dissertatio de chronologia Regum Juda & Israel*. Vide *Menochii* Comment. in Sacr. Scriptur. *Tom. II. p.* 409. *edit. Ven.* 1722.

D. RONDET *Observation sur une difficultè de Chronologie*, qui se *trouve au* IV. *livre de Rois* XV 30. Extat in eodem *Dinouartii diario Ecclesiastico* T. XXXIII. *p.* 17.

D. BOIVIN Senioris *dissertation sur Jeroboam-Jesoz treizieme Roi d' Israel* ad IV. Reg. XVI. 13. Extat Acad. Parif. Inscript. T. IV. *edit.* Parif. *p.* 337.

D. MALLEMANS, *lettre pour l' eclaircissement d' une difficultè de Chronologie dans la vie de Rois de* Juda Joram, *&* Ochosias, *& pour* la *justification du texte sacrè du* IV. *Livre des Rois*, *& du second* des *Paralipomenes*. Extat apud *Trivultianos* ann. 1706. M. Martio.

Chrystoph. CELLARII *disputatio de captivitate Babylonica*.

Joh.

Joh. VORSTII *exercitatio de ſeptuaginta annis captivitatis* & *vaſtitatis Hieroſolymitanæ.*

Joh. A BEHM diſſertatio *de termino, a quo & ad quem ſeptuaginta annorum Babylonicæ Captivitatis, vel ſervitutis.*

Addantur his ex *VValchio* Bibl. Theol. T. III. p. 28. *Joh.* Conr. SCHARAMII *Chronologia Regum Iſraelis reſtituta. Henric. Gottlieb.* REIMII diſſertationes de *harmonia vitæ Davidis*: de *harmonia vitæ Salomonis*: de *harmonia vitarum* Jehoſcapati, *regis* Judæ: de *harmonia vitæ* Iorami : de *harmonia vitæ* Achaſiæ: de *harmonia vitarum* Joaſi, & Amaziæ, quas Jenæ ab anno 1720. publicæ luci expoſuit.

De LXX. *Danielis* Hebdomadibus exſtant plurium diſſertationes, ut

Jul. BARTOLOCCI in Biblioth. Rabbin. *T.* II. p. 307. & 353.

J. CHARON *Demonſtration Evangelique ec. avec l'explication des* LXX. *Semaines de Daniel*, Pariſiis. Confer *Trivultianos* 1705. Apr. artic. 51. p. 580.

D. BASTIDE; *Explication des Semaines de Daniel*. Extat apud eoſdem *Trivultianos* a. 1708. m. Octobr. artic. 30. p. 1581.

Alex. SOSTMANNI *Commentarius in oraculum Danielis de LXX. hebdomadibus*, Lugduni Batav. 1710. 4.

Jo. Chriſtoph. VVAGENSEILII *Commentatio de LXX. Hebdomadibus adverſus* Marshamum quæ eſt in ejus *Mantiſſa telorum igneorum ſatanæ.*

Jacobi Mariæ AYROLI *Liber LXX. Hebdomadum reſignatus*, Romæ 1713. 8. qui a *Tourneminio* recuſus fuit in *Menochii* ſuppl. addita in eum diſſertatione. *Airolus* tamen *Theſes* quaſdam *Tourneminio* appoſuit, quæ extant in Remondiniana *Menochii* editione.

Thomæ BOUGES Auguſtin. *Diſſertatione Iſtorica*, e *Polemica ſopra le ſettanta ſettimane di* Daniello, Venetiis 1719. 8.

Jo-

Josephi MEDI cogitationes super hebdomadas Danielis Cantabrigiæ 1734.

Adde his LAMY, HARDUINI, & CALMETII dissertationes de quibus consulendus NICCOLAI *in Daniel diss. XVI.*

D. GIBERT, *dissertation sur l' histoire de Judith*. Extat in monumentis Regiæ Paris. Academ. *Inscript. T. XXI.*

Ejusdem memoire sur *la Chronologie* de *l' histoire des Machabeès*. Extat in ejusdem Paris. Academiæ T. XXVI. p. 112.

SECTIO II.

Apparatus Geographicus ad historiam veteris Testamenti.

ARTICULUS I.

Antiquiores Sacræ Geographiæ Tractatores.

I. GEographiam Biblicam primus e veteribus adtigit EUSEBIUS *Cæsariensis* in Libro *de nominibus locorum* & *urbium* in *Sacra scriptura*. Recensuit in isto nomina dictorum locorum ordine litterarum; eorumdem situm, ac quomodo sua ætate adpellarentur, explicuit. In indice hoc ab *Eusebio* alia omissa; alia, quum is linguæ *Hebreæ* ignarus esset ac versionem septuaginta Interpretum sequeretur vitiose posita sunt. HIERONYMUS monimentum hoc in sermonem *Latinum* transtulit, ita tamen, ut multa detraheret, adderet, mutaret: Per longius tempus interpretatio hæc sola lecta; nec Liber prius *græce* lucem vidit, quam quum *Jacobus* BONFRERIUS ad istum *græce* emittendum laudabili opera manus admoveret. Emendavit *Eusebium* ex *Hieronymo* & hunc ex illo: faciliori ordine omnia digessit: novam composuit ver-

ba

fionem: infignes adnotationes, fupplementa, tabulam Chorographicam *Palæstinæ* adjecit, atque operi huic eam conciliavit dignitatem, ut inter volumina Geographiæ facræ princeps habeatur. Exftat in ejus Commentariis in *Josue*, *Judices* & *Ruth* Parifiis 1631. atque iterum 1659. fol. ac titulum præfert: *Onomafticon urbium & locorum Sacræ Scripturæ; feu liber de locis Hebraicis, græce primum ab Eufebio Cæfarienfi, deinde latine fcriptus ab* Hieronymo; *in commodiorem vero ordinem redactus, variis additamentis auctus, notifque, & tabula geographica* Judææ *illuftratus*. *Petrum* quoque BERTIUM *Eufebii* libro lucem adferre conatum fuiffe, teftatur *Joh. Gerard. Voffius* p. 261. *de Script. Mathematicis*; & *Claudius Sarravius* p. 267. Epp. *Eufebiana Bertii* ex *Menagii* dono mifit ad *Ifaacum Voffium Gerardi Johannis* filium. *Lucas* præterea HOLSTENIUS Veteris Geographiæ peritiffimus, novam *Eufebii de locis Ebraicis* editionem pollicitus eft libro *de vita & fcriptis* Porphyrii *p.* 21. Poft *Bonfrerium* de libro hoc bene meritus eft *Joh.* MARTIANÆUS. Exhibuit enim iftum *græce*, ad exemplum manufcriptum denuo recenfitum, cum *Hieronymi latina* interpretatione, ad codices manu exaratos caftigata; omiffis tamen *Bonfrerii* notis, in *Hieronymi* operibus ab eo editis. Porro *Joh.* CLERICUS curavit, ut integrum opus, a *Bonfrerio* editum, adcurate ac nitide litterarum formis iterum defcriberetur; nec folum animadverfiones; fed etiam BROCARDI Monachi ex ordine Prædicatorum *defcriptionem terræ fanctæ* addidit, Amftelodami 1707. fol. Novam *Eufebiani* operis editionem molitum fuiffe *Jacobum* RHENFERDUM ex *Fabricio Bibl. antiq. p.* 184. difcimus; fed hujus editionis nonnifi fpecimina quædam habuimus in ejus operibus *Philologicis* a *Davide* MILLIO vulgatis *p.* 776-828. Ceterum Bonfrerii in Eufebium notæ cum illuftrationibus *Clerici* additis *Auguftini Calmeti*, & Ren. *Jofephi Tourneminii* ad-

nota,

notationibus insertæ sunt *Menochio* illustrato pag. 159. seqq. & *Blasii Ugolini thesauro antiqq. hebraicar.* Tomo V.

II. Exstat etiam EUCHERII Episc. Lugdun. sæc. v. epistola de situ *Hierosolymæ* & *Judææ* ad *Faustinum* Presbyterum Insulanum, quam edidit *Philippus Labbeus* Tom. I. *Bibliothecæ novæ manuscriptorum* p. 665-667. A *Marcellino Comite* quatuor libellis *Constantinopolim* & *Hierosolymam* descriptam esse auctor est *Cassiodorus* in *divinis lectionibus* c. 25. quod *Marcellini* opus intercidit. Sed tulere ætatem *Adamanni Scoti* de situ terræ Sanctæ & quorumdam aliorum locorum libri tres, excerpti ex ore *Arculphi Galliarum* Episcopi cum venerabilis *Bedæ* eorumdem compendio editi primum a *Jacobo Gretsero* 1619. & deinde a *Johanne Mabillonio* in calce Tom. IV. Actorum Sanctorum Ordinis Benedict. prologum vulgante *Labbeo* Tomo primo *Bibliothecæ novæ manuscriptorum* pag. 667. seq.

III. Alia ejusmodi monumenta in *Leonis* ALLATII *Symmictis*, Amstelodami 1653. 8. editis, leguntur, *Johannis* videlicet PHOCÆ *compendiaria descriptio castrorum & urbium ab urbe Antiochia usque* Hierosolymam nec non Syriæ ac Phœniciæ, *& in* Palæstina *sacrorum locorum* (*a*): EPIPHANII *enarratio geographica* Syriæ; *Urbis Sanctæ*, & *Sacrorum ibi locorum*: PERDICCÆ Ephesii *Hierosolyma*: ANONYMI *enarratio locorum Hierosolymitanorum*, quæ omnia *græce* cum *latina* interpretatione ibi exstant; *latine* autem tantum accesserunt: *tractatus de distantiis locorum terræ sanctæ*, ac *VVillebrandi* AB OLDENBORG *itinerarium terræ sanctæ*: Adde his *latinos* quosdam, ut

(*a*) *Joannis* PHOCÆ Sacerdotis & Monachi, qui a. 1185. Loca sancta adiit descriptionem ex *Allatii* versione cum itinerario *Antonini Placentini* (scripto decimi vel undecimi seculi) edidit *Papebrochius* ante tomum secundum Actorum Sanctorum Mensis Maij.

auctorem *Itinerarii* a *Burdegala Hierosolymam* usque inter vetera Itineraria *Petri* VVESSELINGII : *Marinum* SANUTUM TORSELLUM ad calcem librorum *de secretis fidelium Crucis* editorum a *Jacobo Bongarsio* in Tomo secundo *gestorum Dei per Francos*, hoc est Scriptorum belli Sacri Hierosolymitani : quo in libro quoque comparet *Jacobi* de VITRIACO historia Hierosolymitana , cujus liber tertius narrationem *de statu terræ sanctæ* continens cum aliis pluribus terræ sanctæ descriptionibus insertus est tomo tertio *thesauri novi anecdotorum Edmundi* MARTENII.

IV. Nec desunt *Hebræi* , qui idem argumentum pertractarint. Indicasse sufficiat ELDAD *Danæum*, qui *latine* exstat ad calcem *Chronographiæ Genebrardi* & *Hebraice Oxoniæ* in Bibliotheca *Bodleiana*: *Beniaminem* TUDELENSEM a. 1173. defunctum in *itinerario* , quod post *Ariam Montanum latine* vertit & illustravit *Constantinus l'Empereur* ; & ineditis adhuc observationibus *Matth. Frider.* BECKIUS: *gallice* versum exstat in collectione itinerum sæculis 12. 13. 14. 15. in *Asiam* susceptorum, a *Petro* BERGERONIO edita , & recusa Tomo primo Operum *Bergeronii* , Hagæ Comitum 1735. 4. deinde adcuratius in Gallicum sermonem versum, notisque instructum , a *Joanne Philippo* BARATERIO, prodiit Amstelod. 1734. 8. R. *Mosen* PETACHSAM, cujus sæculo XII. Clari *itinerarium* edidit cum versione sua VVAGENSEILIUS in *exercitationibus* sex *varii argumenti* , exercitatione quarta: ubi p. 161. seq. alii Geographici Judæorum libri commemorantur qui pauci admodum apud illos , & fabulis fere consperssi reperiuntur . *Abrahami* deniqne PERITSOL itinera mundi , *Ferrariæ* descripta ab Auctore ann. 1525. cumque versione & notis edita a *Thoma* HYDE , Oxonii 1691. 4. Hic *Abrahamus* pag. 29. suam *mappam mundi* allegat, quæ non vidit lucem. R. *Samuelis* filii *Davidis* ZEMSEI , Karaitæ *itinerarium Hebrai-*

braice & *Latine* edidit *Gustavus* PERINGER, Upsaliæ 4. atque inde VVOLFIUS. *T.* III. *Bibl. Ebr. p.* 1081. *seqq.*

ARTICULUS II.

Recentiores de universa sacra Geographia Scriptores.

I. ORdior ab *Itinerariis*. In his BROCHARDI antea indicata *descriptio terræ sanctæ*, quæ primum prodiit *Vene.* 1519. 8. deinde *Antuerpiæ* 1536. 8. *Madeburgi* 1587. 1593. 4. cura *Reineri Reinecci* cum *Bartholomæi* de SALIGNIACO *itinerario Hierosolymitano*, ac sæpius. *Jacobi* ZIEGLERI *Syria, Palæstina Arabia, Ægyptus, Schondia & Itolmia urbis excidii historia*, Argentorati 1532. ac cum VVEISSENBURGII, *descriptione Terræ Sanctæ* ad litterarum ordinem disposita ibid. 1536. fol. *Joh.* MENDEVYLLE *situs terræ Sanctæ* Antuerpiæ 1564. editus: *Michael* ÆSTINGERI *terræ promissionis, topographice & historice descripta*, Col. Agripp. 1582. 4. *Bartholomæi de* SALIGNIACO *itinerarium regionum terræ Sanctæ & finitimarum*, Magdeburgi 1593. 4. *Martini* A BAUMGARTEN *peregrinatio* in *Ægyptum, Arabiam, Palæstinam, & Syriam*, Norimb. 1594. 4. *Felicis* BEAUGRANDII *relation de la terre sainte*. Parisiis 1700. 8. Henric. MUNDARELII *Voyage d' Alep a Jerusalem*, Ultrajecti 1705. 8. *Cornel.* de BRUYN *voyage au Levant* & alia generis hujus scripta, quæ si omnia percenserem, id nimis esset longum ac instituto meo repugnaret. Confer CALMETUM in *Biblioth. sacra* ubi de Geopraphia p. 78. Luc. edit. 1725. Ad eruditiora opera progrediamur.

II. *Alphonsi* TOSTATI *liber de situ terræ Sanctæ*. *Henrici* BUNTINGII *Itinerarium Biblicum* duabus constans partibus *Germanice* sæpe prodiit, Helmstadii 1581. 1585. fol. Magdeburgi 1597. 1600.

1616. fol. Lipsiæ 1637. fol. Brunsuigæ 1638. fol. Magdeburgi 1718. fol. cura *Joh. Georgii* LEUCKFELDII, qui librum hunc non solum adnotationibus illustravit atque auxit; sed etiam commentationem de vita auctoris adjecit; item Erfordiæ 1752. 1757. 4. Conversum fuit opus hoc in sermonem *latinum* atque in lucem exiit sub titulo: *itinerarium & Chronicon totius Sacræ Scripturæ*. Vitembergæ 1587. Magdeburgi 1598. fol. Memoratur præterea Belgica illius interpretatio, Amstelodami 1605. 1642. 4. edita. Est autem *Buntingius Bernardum* de BREITENBACH plerumque sequutus. Nec confundendus est *Bernardus* iste, cujus itinerarium prodiit *Moguntiæ* 1486. & *Spiræ* 1502. fol. cum *Martino Baumgarten* in *Breintenback* equite Germano, cujus descriptio itineris in *Ægyptum*, *Arabiam*, *Palæstinam*, & *Syriam* edita est *Norimbergæ* 1594. 4.

Christiani ADRICHOMII, *Theatrum Terræ Sanctæ & Biblicarum historiarum, cum tabulis geographicis*, Colon. Agrip. 1590. 1593. 1600. 1623. 1628. 1682. fol. quod comprehendit geographiam terræ Sanctæ: descriptionem Urbis Hierosolymorum, ac Chronologiam a mundi origine usque ad mortem *Johannis* Evangelistæ. Auctor maxime *Brochardum* sequutus est, ac quamvis linguæ *Hebrææ*, ac Scripturæ Sacræ non satis fuerit peritus, hancque ob caussam varia vitiose tradiderit, ab eruditis viris postea emendata; opus tamen omni laude, qua ornatur, dignum est, certe si id ex sua ætate æstimetur.

Christophori HEIDMANNI *Palæstina: sive terra sancta*, Helmstadii 1625. 1639. 8. Guelpherbyt. 1655. 4. a *Bunone* quatuor tabulis ex *Adrichomio* aucta, *terræ* videlicet *Sanctæ*, *Judææ*, *Galileæ*, *Samariæ*: item cum SPANHEMII auctario 1690. 4. quo libro brevis quidem, erudita tamen atque accurata *Palæstinæ* descriptio continetur.

Francisci QUARESMII *elucidatio terræ Sanctæ* hi-

historica, Theologica & moralis, Antuerpiæ 1639. fol. duobus tomis, quæ referri quidem solet inter libros Geographiæ sacræ; describitur autem in ea non tam antiquior, quam recentior *Palæstina*, in usum præcipue *Franciscanorum*. Non magnæ laudis est atque existimationis; locum tamen habet apud nonnullos inter scripta rariora.

Samuelis BOCHARTI *Geographia sacra, cujus pars prior Phaleg de dispersione gentium & terrarum divisione, facta in ædificatione turris Babel; pars posterior Chanaan de Coloniis & sermone Phœnicum agit, cum tabulis chorographicis*, Adomi 1646. fol. & Francofurti 1681. 4. cui editioni adcesserunt Auctoris epistolæ duæ: altera de quæstione, num *Æneas* unquam fuerit in *Italia*? altera de Presbyteratu, & Episcopatu, de provocatione a judiciis Ecclesiasticis de jure & potestate Regum. Post duas editiones has, tertia correctior ac splendidior cura *Petri de* VILLAMANDI Lugduni Batavorum 1692. fol. lucem vidit. Opus est, ex quo *Bocharti*, uti ex reliquis ipsius monumentis summa quædam ac plane singularis eruditio apparet.

Nicolai SANSON, *Geographia sacra, ex veteri & novo Testamento desumpta, & in tabulas quatuor concinnata. Addita sunt: descriptio terræ* Chanaan, sive *terræ promissæ*! Jesu Christi, & *Apostolorum* Petri & Paulli *vitæ*; *tum & in omnes eas tabulas & descriptiones, animadversiones, & index geographicus*. Opus hoc, postquam *Parisiis* 1665. lucem adspexerat, iterum litteris descriptum est, *Amstelodami* 1704. fol. huicque editioni studio Joh. CLERICI varia adcesserunt, quæ illam splendidiorem, atque in Geographia sacra utiliorem reddunt. *Sanson* ipse egregiam operam præstitit; quum autem laborem hunc susciperet linguæ *Hebrea*, ac *Græca*, atque aliarum rerum, quæ ad disciplinam hanc geographicam pertinent, notitia non satis instructus, fieri aliter non potuit, quin multa urbium nomina minus recte scriberet ac sæpe animadver-

teret a veritate hiſtoriæ aliena. Oſtendit hoc *Clericus notis* in illius *indicem geographicum*; nec ſolum præcipuos errores emendavit, ſed etiam addidit, unde plura ac meliora peti poſſint. Præmiſit etiam præfationem, eaque auctores recenſuit, qui *Judæam* deſcripſerunt, aut ad illuſtrandam geographiam ſacram aliquid adtulerunt. *Blaſius* UGOLINUS *Sanſonis* Geographiam ex *Clerici* editione in Tomum quintum ſui *Theſauri antiquit. Hebraic.* tranſtulit.

Auguſtini LUBINI *Tabula Sacra geographiæ, ſive notitia antiqua medii temporis & novi nominum utriuſque teſtamenti ad Geographiam pertinentium*, 1670. qui correxit quidem nonnulla, a *Sanſone* haud recte tradita; quia autem fontes adire non potuit, ac ſatis eſſe putavit, ſi verſionem ſeptuaginta Interpretum ſequeretur, ipſe ea ſcripſit, quæ vitioſa ſunt. Extant hæc *Lubini* tabulæ etiam in Bibliis vulgatæ editionis *Lutetiæ* editis 1691. 4.

Joh. LIGHTFOOT *Chorographia, ejus horis Ebraicis* & *talmudicis* in *quatuor Evangelia* præmiſſa, quibus multa animadvertit, omni lectione digna. Extant T. II. illius operum Ultrajecti 1590. atque in *Ugolini Theſauro*, Tom. V. pag. 560.

Friderici SPANHEIM *Introductio ad Geographiam ſacram*, Lugduni Batav. 1679. 8. Traject. ad Rhen. 1696. 8. Tranſlata quoque eſt Lugd. Batavor. in ejus operum Tom. I. p. 1. ſub inſcriptione: *Geographia ſacra & Eccleſiaſtica*, cum additamentis, tabuliſque Geographicis.

Eduardi VELIS *an hiſtorical geographus of the old teſtament*, tribus voluminibus, quorum primum, ac ſecundum *Londini* 1711. tertium autem eodem loco 1712. 8. in lucem prodiit. Exponitur in illis de locis, provinciis, urbibus, populis, quorum in libris divinis veteris Teſtamenti mentio fit, *Moſis*, nimirum *Joſue*, *Judicum*, *Ruth*, *Regum*, *Paralipomenon*, ea commentandi ratione, ut geographica cum narratione rerum geſtarum conjungantur, at-

que

que argumenta quædam singulari industria enarrentur. Opus hoc orbi erudito satisfecit, illoque Auctor ingenii sui existimationem auxit. Eamdem laudabilem operam consecravit geographiæ posterioris fœderis libro, cujus inscriptio est: *an historical geographus of the nevv testament*. Prius ille lucem vidit, quam memorata *geographia veteris testamenti*, ac litteris iterum descripta est *Londini* 1712. 8. Priore ejus parte servatoris nostri Jesu Christi; posteriore autem Apostoli *Pauli* itinera describuntur, atque illustrantur. Utrumque opus tabulæ geographicæ ornant. Vide de hoc opere Acta *Lipsiensia eruditorum* an. 1713. pag. 276. ubi alios de sacra Geographia tractatores indicant.

Hadriani RELANDI *Palæstina, ex monumentis veteribus illustrata*, Trajecti Batavorum 1714. 4. & Norimbergæ 1716. 4. Insigne opus hoc in tres libros divisum est, quorum *primus de Palæstina* nominibus, situ, terminis, partitione, aquis, montibus, ac campis agit: *secundus* intervalla præcipuorum locorum exhibet: *tertio* ordine litterarum urbes, ac vici recensentur cum uberiore explicatione veluti subsidia, *Græcorum*, *Latinorum*, *Hebræorum*, etiam *Arabum* scripta adhibita, ac multa, quæ antea dubia, vel falsa fuerunt, certa, saltem probabilia reddita sunt. Locum obtinuit opus hoc in *Ugolini Thesaur. antiquitatum sacrarum* T. VI. p. 1. Scripserunt VVALTHERUS *animadversiones ad Relandi Geographiam*, quæ extant in ejusdem *animadversionibus histor. & critic.* p. 217. & HARENBERGIUS *supplementum in* Relandi *recensionem urbium, & virorum Palæstinæ*, in *Miscellan. Lipsien. nov. volum.* IV. *part.* 3. *p.* 1165. *Volum.* V. *part.* 2. *p.* 248. *part.* 3. *p.* 408. tandem *vol.* VI. *part.* 2. *p.* 199. *part.* 3. *p.* 406. & *part.* 4. *p.* 393.

Traités geographiques & historiques, pour faciliter l'intelligence de l'Ecriture sainte, Hagæ Comit. 1730. 12. ubi raræ eruditorum virorum commentationes geographicæ, quæ ad codicem sacrum illustran-

dum spectant, conjunctim exhibentur, HUETII scilicet de navigationibus *Salomonis*, CALMETI de domiciliis veterum, præcipue Hebraicorum; de regionibus quas *Chananæi* a *Josue* expulsi, occuparunt, atque aliæ. Collegisse illas *Bruzen.* MARTINIERUM auctorem *lexici geographici*, ex præfatione intelligitur.

Aug. CALMET dissert., sive animadversiones in Tabulam Geographicam Terræ sanctæ. Extant ante Comm. in *Josue*, & inter dissertationes, Gallice etiam in *Dinuartii* diario Ecclesiastico T.xxiv.pag.28.

His jungendus est *Joh. Matthias* HASIUS, qui Norimb. 1739. fol. edidit *Regni* Davidici, *&* Salomonæi *descriptionem geographicam* & *historicam*, sex mappis geographicis instructam.

HARENBERGIUS, cujus ad *Relandum* supplementa nuper indicavi, *mappam Geographicam Terræ Sanctæ* delineavit ab hæredibus *Homannianis* 1744. editam, atque peculiari commentatione, *relationibus cosmographicis* 1748. p. 184. inserta, illustratam.

D. ROBERT *Geographie sacrée, & historique de l'ancien & du nouveau Testament, a la quelle on a joint une Chronologie & des principes & observations, pour l'intelligence de l'histoire sainte, avec plusieurs dissertations de Sanson & autres*, cujus tomus primus *Parisiis* 1747. 4. in lucem exiit. Scriptus est liber hic eo consilio, ut juvenes, historiæ sacræ studiosi, isto utantur.

Observationes philosophicæ, & geographicæ, sive geographiæ sacræ specimen primum, quo urbes ac regiones, quarum in sacris litteris fit mentio, breviter describuntur, iisdemque verus situs, justaque nomina redduntur, Amstelodami 1747. 8. Auctor in eo elaborat, ut alios, imprimis *Calmetum*, emendet, ac lacunas geographiæ sacræ suppleat. Differit de *Hierosolymis*, de patria *Eliæ*, de oppido *Chebron*, de regione *Ophira*, de patria *Abrahami*, de urbe *Eglaim* atque aliis locis.

III.

III. Nec omittendi sunt doctissimi viri, qui oblata occasione de argumento hoc exposuerunt, uti *Benedictus* ARIAS MONTANUS libris *antiquitatum Judaicarum*, quorum primus inscribitur: *Phaleg*; *sive de gentium sedibus primis*; secundus: *Chaleb*; *sive de terra promissa partitione*; tertius: *Chanaan*; *sive de duodecim gentibus*; quartus *Nehemias*: *sive de antiqua Jerusalem situ* (qui libri seorsim prodierunt *Antuerpia* 1572. Lugduni Batav. 1593. & conjunctim cum aliorum monumentis *Tom.* VI. *criticor. sacror. p.* 523.): *Andreas* MASIUS, & *Jacobus* BONFRERIUS in *Commentariis suis ad librum Josue*: *Brian.* VVALTONUS in *adparatu* ad *Biblia polyglotta*. *Bernard.* LAMY commentatio *in concordiam evangelicam*, ubi *adparatum Chronologicum & geographicum*, sive descriptionem *Judaa* & totius terræ *Israel* tempore Christi exhibet. Varia quoque Geographiam Biblicam, & in primis *Aegypti* illustrantia adferuntur a *Christiano* MULLERO in *satura observationum philologicar.* Lugd. Bat. 1752. 8.

ARTICULUS III.

Singularia veteris Geographia Sacra argumenta illustrata.

I. JOH. HOPKINSONI *Synopsis Paradisi*, *sive Paradisi descriptio*, *cum Chronologica ejusdem tabula*, Lugduni Batav. 1598. 4. Extat etiam in CRENII *Fasciculo* II. *opusculorum*, *qua ad historiam & philologiam sacram spectant* p. 1. & in UGOLINI Thesauro Tom. VII. p. 608.

Thoma MALVENDA Ord. Prædic. *de Paradiso voluptatis*, Romæ 1605. 4.

Augusti VARENII *trifolium historicum sacrum de Paradiso*, *Ophir*, *& Simone Mago*, Gostochii 1655. 4.

Samueliis BOCHARTI *delineatio brevis Paradisi terrestris*, *ex epistola* ejus ad *Ludovicum Capellum* scri-

ſcripta anno 1665. excerpta, exſtatque in vita *Bocharti ejus Geographiæ ſacræ* præmiſſa Lugd. Batavor. 1692. p. 29. & in *Ugolini Theſauro* T. VII. p. 628. *Petri Dan.* HUETII, *Traitè de la ſituation du paradis terreſtre*, Lipſiæ 1694. 12. ac cum Auctoris *demonſtratione evangelica* eodem anno 4., præterea in *Criticor. ſacror. ſupplem.* Tom. II. p. 739. & in *Ugolini Theſauro* T. VII. p. 496. *Salomon* Van TIL. diſſertatio geographico theologica *de ſitu paradiſi terreſtris*, adjecta eſt ejus *Malachiæ* illuſtrato, Lugduni Batav. 1701. 4. Conf. *Memoir. de Trevoux* 1705. Aug. p. 1351. *Adriani* RELANDI *diſſertatio de ſitu Paradiſi terreſtris*, eſt in ejuſdem diſſertation. Miſcellanear. P. I. pag. 1. & in *Ugolini Theſaur. antiquit. ſacrar. Tom. VII. p.* 582. *Joh.* MARCHII *hiſtoria Paradiſi illuſtrata libris quatuor*, quibus non tantum loci ſitus plenior deſcriptio exhibetur; ſed etiam de hominis integritate, lapſu ac prima reſtitutione agitur, Amſtelodami 1705. 4. *lettre de* M. MALLEMANS, *ou eſt donnèe l'evidente intelligence du* 2. *verſet du* VI. *chap. de la Geneſe, & ou le veritable ſyſteme du paradis terreſtre eſt etabli contre le ſentiment de* Calvin, *de* Scaliger, *& autres modernes*. Extat apud Trivultianos 1707. ſept. artic. 123. pag. 1635. *Johann.* KERKHREDERE libellus *de ſitu paradiſi terreſtris*, cum *conatu novo de Cephareprehenſo*, Lovanii 1729. 8. Præter hæc, ſunt plura alia ſcripta, quibus doctiſſimi viri idem argumentum perſequuti fuerunt, exſtantque: *Stephani* MORINI (in nuper indicata *Bocharti* vita p. 9. & *Ugolini* Theſauro Tom. VII. pag. 633.)

Joh. VORSTII (cujus diſſertatio extat in *Crenii* Faſcic. 4. p. 306. & *Ugolini* Tom. 7. p. 696.) *Georgii Caſp.* KIRCHMAIERI (apud eumdem *Crenium* Faſcic. 4.) *Chr.* KORTHOLTI, *David* CHRISTIANI, *Joh. Henrici* MICHAELIS, *Joh.* OLEARII, *Martin. Caſpar.* VVOLFBURGII, *Joh.* FABRICII, *Joachim* LUTKEMANNI diſſertatio-

tationes de Paradiso. Addo his *Guil.* SALDENII duas *de horto Edenis* Commentationes in ejus *otiis Theologicis* excusas p. 309. & 594. *Joh.* HARDUINI dissertationem in ejus ad *Plinium* Commentariis Lib. 6. *Tac-Hai*. *Van den* HONERT commentationem de *situ Edenis & horti quem Deus ipse plantavit* in ejus dissertationibus *historicis* p. 123. *Martini* CORSCHII dissertationes de *fluviis paradisiacis*, Regiomont. 1706. 1707. & D. RONDET Gallicam de terrestri Paradiso dissertationem T. XVIII. *Diarii Ecclesiastici Dinovartii* p. 3.

II. Sequuntur *Chr.* VVAGNERI *de* UR *Chaldæorum* Lipsiæ 1681.

Paulli PEZRON, *Dissertation su les anciens, & veritables bornes de la Terre promesse*. Extat in *Trivultianorum* Ephemeridibus Litterariis a. 1705. M. Junio artic. 97. pag. 1017.

Salomon DEYRINGII *fertilitas terræ Chanaan*. Vide ejus *observationes Sacras* T. II.

De *Ægypto*. Insigne opus de vetere & recentiore *Ægypto* proposuerat P. SICARD *Memoir des Missions dans le Levant*. T. 5. pag. 204. seqq. Verum (quod sciam) in iisdem Missionum monumentis T. 7. nonnisi prodiit p. 91. ejusdem *Sicardi discours sur l' Ægypte*.

Paulli Ernesti JABILONSKI *de terra* GOSEN, Francof. ad Oder. 1725.

Petri HARDY *Carnotensis Lettre au* P. Calmet *sur la terre* de GESSEN, 1757. 12.

Christ. Benedicti MICHAELIS *de* IDUMÆA, *& ejus antiquissima historia*; *Italæ* 1733.

Hæ dissertationes ad *Genesim* & *Exodi* initium pertinent.

III. Ad *Josue* Librum spectant *Urban. God.* SIBERI Liber *de* GAZA, Palæstinæ *oppido*, *ejusque Episcopis* Lipsiæ 1715.

Joh. Christoph. VVICHMANSHAUSENII *de* BETHEI & BETHAVEN, Vitembergæ 1706. Ejusdem *de* ARAMÆA *Sacra*, ibidem 1711.

Por-

Porro in Libris *Regum* celeberrimæ sunt *Salomonis* navigationes, & Regio OPHIR. De his extant.

Joh. BLOMII Differt. de Navigatione Salomonis in OPHIR Hamburgi 1660. & 1667. 8.

Petri Dan. HUETII Differt. de Navigationibus Salomonis Amstelodami 1698. 8. 1701. 12. 1716.12.

Joh. Christ. VVICHMANSHAUSEN *de Navigatione ophirtica*, Vitembergæ 1709.

Joh. OLDERMANNI *De regione Ophir*, Helmstadi 1714.

Gasp. BAREIRII *de Ophira regione liber a Calmeto in Biblioth. Sacr.* indicatus.

Vide etiam *Observationum selectarum*, Halæ 1704. Tom. 8. Observat. 1.

Addi his possunt *Joh. Ernesti* MULLERI de UTZ, *terra Jobi* Lipsiæ 1688.

Jac. Chr. ISELII *de* TYRO, & *Prophetarum de ea vaticiniis*, Basileæ 1716.

IV. *Hierosolymorum*, ut quæ princeps urbs passim in Libris sacris memoretur, descriptiones seorsum a nobis sunt indicandæ. Hujusmodi sunt.

Barthol. de SALIGNIACO *Itinerarium Hierosolymitanum* antea laudatum; Lugduni 1526.

Hermanni BORCULOO *delineatio, ac descriptio civitatis* Jerusalem *ac sacrorum locorum universæ* Palæstinæ, Ultrajecti 1538.

Christ. ADRICHOMII, *urbis* Hierosolymæ, *quemadmodum tempore Christi floruit, & Suburbanorum insigniorumque historiarum ejus brevis descriptio*, Colon. Agripp. 1584.1588.1592.8. quæ rara est editio, atque a *Vincentio* GOMEZIO *hispanice* reddita, Valent. 1503. ac 1620. 8. *Italice* autem cura BALDELLI Florent. 1593. 8.

BROCARDI *descriptio Terræ sanctæ*, studio *Reineri Reinecci*, Magdeburgi 1587. 1593. 4.

Joh. Bapt. VILLALPANDI descriptio urbis & Templi *Hierosolymitani*. Extat in amplis ejus in Ezechielem commentariis, Romæ 1596. 1605. tribus

bus tomis fol. editis. Excerpta ex ista dedit VVALTONUS in *adparatu* biblico. *Joh.* BLOMII *Dissertationibus de navigatione* Salomonis *in Ophir*, ac de *purpura & cocco*. Hamburgi 1660. & 1667. 8. addita est *vera* Hierosolymæ *veteris descriptio*, ad mentem *Villalpandi* composita.

Ludovici CAPELLI *Iconographia Hierosolymæ*. Extat in ejus *historia Apostolica illustrata* Genevæ 1634.

Paull. Christ. HOEPFNERI *Hierosolyma antiqua*, Halæ 1715. 12. 1732. 8. qui Libellus tamen præcipue ad ritus *Judæorum* cognoscendos comparatus est.

Christ. Gerardi OFFERHAUSII *descriptio veteris Hierosolymæ*, Daventriæ 1718. 4. Historiam hujus urbis, quæ & *Jebus*, & *Salem* dicta est, eleganter exposuit *Hermannus* VVITSIUS in *dodecade* Dissertationum exercitationibus tribus postremis, quæ recusæ sunt Tomo 2. *Miscellaneorum* ejus *Sacrorum*.

Joh. Bapt. d'ANUILLE, *Dissertation sur l'etendue de l'ancienne Jerusalem*, Parisiis 1747. 8.

CAPUT II.

Historia universa veteris Testamenti.

ARTICULUS I.

Historia universa veteris Testamenti cum historia Biblica novi Testamenti sociata.

I. DUM audis heic acturum me de historia universa veteris Testamenti cum historia BIBLICA novi Testamenti sociata, intelligis me ab hoc censu Libros excludere, qui etsi historiam veteris Testamenti persequuntur, novi tamen Testamenti historiam ita pertractant, ut illam a temporibus,

quæ

quæ in Bibliis novi Teſtamenti indicantur; ad poſteriora ſæcula deducant. Hi enim Libri ad hiſtoriam Eccleſiaſticam Novi Teſtamenti omnino ſpectant. Hujus igitur generis, quod unum heic adtingimus, ſunt.

II. *Bartolom.* DIONIGI *Compendio hiſtorico del Vecchio, e del nuovo Teſtamento cavato dalla Sacra Biblia, nel quale ſi deſcrivono tutte le coſe notabili; che ſucceſſero nel popolo* Ebreo, *dalla creazione del Mondo ſino all' ultima deſtruzione di* Jeruſalemme, con *la vita* di *Gesù* Criſto, *Venetiis* 1588. 4.

Bonaventura ROUSEAU *de Baſoches ſacra per compendium hiſtoria, a mundo condito uſque ad Chriſtum natum* Pariſiis 1634. 8.

Nicolai TALON *Hiſtoire ſainte de l' ancien, & du nouveau Teſtament* Pariſiis 1655. fol. duobus voluminibus.

Hiſtoire du vieux, & du nouveaux Teſtament, enrichie de plus de quatre cens figures en taille douce Antuerpiæ 1700. fol. duobus tomis.

MACE *Abregè hiſtorique, Cronologique & morale de l' ancien & du nouveaux Teſtament*, Pariſiis 1704. duobus voluminibus.

Jacobi BASNAGI *hiſtoire du vieux, & du nouveu Teſtament, rèpreſentèe en tailles douces faites* & *deſſignees par Romein* de Hooque, *avec une explication*; Amſtelodami 1704. fol. duobus tomis, qui liber non ſolùm *Gallice* iterum atque iterum prodiit Amſtelodami 1705. 4. 1707. cum novis imaginibus, aere expreſſis, ac Genevæ 1712. 12. Tribus tomis; verum etiam *Belgice*. Quæ *Baſnagius* utrique volumini præmiſit, ea hiſtoriam veteris ac novi Teſtamenti continent, cum adnotationibus, conjecturis, ac diſceptationibus.

Edmundi MACLOTI *hiſtoire de l' ancien & du nouveau Teſtament*, cujus prima pars de hiſtoria prioris fœderis Nanceii 1705. 8. ſecunda autem, quæ res geſtas Eccleſiæ poſterioris fœderis complectitur, Pariſiis 1712. 8. lucem adſpexit.

Guil. NICHOLSII *Historia Sacra*, ab orbe condito usque ad excidium *Hierosolymorum*, Libris septem, Londini 1711. 12.

De LANGES *histoire* du *vieux*, & du *nouveau Testament par demandes & par rèponses*, *avec des reflexions morales*. Leodii 1718. 8. tribus voluminibus.

Augustini CALMET *histoire de l' ancien & du nouveau Testament*, *& des Juifs*, *pour servir d' introduction a l' histoire Ecclesiastique de l' Abbè* Fleury, Parisiis 1718. 4. duobus tomis: 1725. 8. septem volminibus, ac 1729. 4.

Isaaci Josephi BERRUYER *histoire du peuple de Dieu*; *depuis son origine jusqu' a la naissance du Messie*, *tirèe des seuls livres saints*, *ou le texte sacre des Livres de l' ancien Testament reduit en un corps d' histoire*, Parisiis 1728. 4. septem tomis; post quam primam editionem secunda prodiit Parisiis 1734. 4. cum supplemento, etiam separatim in lucem emisso, sub titulo: *supplement a la premiere edition de l' histoire du peuple de Dieu*, *tirèe de la nouvelle edition de* 1734. *contenant la suite des propheties de l' ancien Testament*, *l' histoire de* Job, *les cartes necessaires pour l' intelligence de l' histoire sainte des Sommaires Chronologiques*, *& une table generale des matieres*, Parisiis 1734. 4. Opus hoc, postea Auctor, continuavit atque in lucem protulit cum *histoire du peuple de Dieu depuis la naissance du Messie jusqu' a la fin de la Sinagoge*; tum: *histoire du peuple de Dieu*, *troisieme partie*, *ou paraphrase litterale* des *epitres des Apotres*, ceter. 1758. Opus sæpius *Gallice* editum cum in 4. tum in 12. redditum quoque *Italice*, & *Hispanice*; jure tamen ac merito non solum a pluribus *Gallicanis* Episcopis, a *Sorbonica* Facultate, atque a *Romanis* Pontificibus proscriptum, sed ab ipso cœtu, cui *Berrugerus* adscriptus erat, graviter improbatum. Confer *Zacharia Annales Litterarios Italia* Tom. 12. pag. 406. seqq. & *Trivultianos* in Litterariis anni 1761. Ephemeridibus Octobr. vol. 11. artic. 169. pag. 3012.

III.

III. Referri & huc possunt D. R. G. *abregè de la sainte Bible en forme* de *questions & de rèponses familieres*, Rothomagi 1707., *ac histoire choisie de l' ancien &* du *nouveau Testament, avec de courtes reflexions a la fin de chaque article*, Parisiis 1772. 12.

Histoire de l' Ancien, & *du Nouveau Testament en* vers *Polonis par le Roi* STANISLAS 1761. fol.

ARTICULUS II.

Historia universa solius veteris Testamenti.

I. INter veteres principem locum tuetur *Flavius* JOSEPHUS, gente & Religione *Judæus*, qui reliquit libros septem *de bello Judaico* ac præter hos, libros viginti ἀρχαιολογίας, idest, *antiquitatum*; vel ut alii loquuntur, *originum Judaicarum*. In his gentis *Judaicæ* historiam ab orbe condito usque ad duodecimum *Neronis* annum persequitur, quumque ea, quæ in Scriptura sacra de rebus *Judæorum* habentur, non solum continuat, sed etiam brevius dicta amplificat, atque illis lucem adfert, non sine utilitate in studia historiæ Ecclesiasticæ veteris Testamenti consulitur. De fide tamen ejus, atque integritate, sententiæ Doctorum virorum diversæ sunt. Nonnulli reprehendunt in eo nunc summam mentiendi libidinem; nunc negligentiam, fraudem atque adulationem; nunc studium, dignitatem, atque auctoritatem miraculorum *Mosis* & aliorum minuendi. Alii fatentur quidem eum vitiorum haud expertem esse, atque interdum discedere a veritate; recte tamen statuunt; hoc non impedire, quo minus præstantissimis historicis recte adnumeretur. Ex quibusdam enim erroribus haud fieri poterit argumentatio, reliqua, quæ commemoravit, nulla fide digna esse. Multæ sunt *Josephi* editiones. Inter recentiores, easque *Græcas* ac *Latinas*.

tinas, locum habent *Eduardi* BERNARDI, Oxonii 1700. fol. quæ tamen non omnia *Josephi* scripta complectitur, quoniam auctor morte impeditus, cœptum opus haud perficere potuit: Joh. HUDSONI; qui ut titulus habet, *opera* Josephi *omnia ad codices fere omnes cum impressos, tum manuscriptos diligenter recensuit, nova versione donavit, & notis illustravit*, Oxonii 1720. fol. duobus tomis: *Sigeberti* HAVERCAMPI quæ editio inter omnes præstantia sua ac splendore eminet atque utilissima est. Accesserunt non solum notæ BERNARDI GRONOVII, COMBEFISII, SIBRANDÆ, ALDRICHII, ut & antea nondum editæ in universa *Josephi* opera COCCEI, SPANHEMII, RELANDI ac selectæ aliorum, sed etiam in fine: DAUBUZII Libri *pro Testimonio Josephi de Jesu Christo*, & ejusdem argumenti epistolæ XXX. virorum Doctorum philologicæ & historicæ, BRINCHII *examen Chronologiæ & historiæ Josephicæ*: OTTII *Animadversiones ad* Josephum, *& specimen lexici flaviani*: NOLDII *historia Idumæa*, Amstelodami 1726. fol. duobus tomis. Editionem *Lipsiensem* anni 1691. fol. commendant maxime *prolegomena*, quibus *Thom.* ITTIGIUS istam ornavit. Conversa sunt *Josephi* scripta in varias linguas, *Anglicam, Belgicam, Gallicam, Germanicam, Hispanicam, Italicam*. De editionibus ac versionibus *Josephi* videantur *Fabricius Biblioth. Græc. volum.* III. *p.* 242. *ac Ittigius prolegomen.* quæ memoratæ editioni *Lipsiensi Josephi* prætermisit: adde *Buddei historiam ecclesiasticam vet. Testam.* Tom. I. p. 10. Fabricii historiam *Bibliothec.* part. II. p. 386. Huc spectant *Jacobi* GRONOVII *decreta* Romana *&* Asiatica *pro* Judæis *ad cultum divinum, per Asiæ Minoris urbes secure obeundum, ab Josepho* libro XIV. *archæologiæ collecta*: sed *male interversa*, & *expuncta, nunc in publicam lucem restituta*, Lugduni Batavorum 1712. 8.

II. Jam vero de recentioribus agendum.

Jacobi CAPELLI *historia sacra, & exotica, ab* Adamo *usque ad* Augustum, *demonstrationibus Mathematicis fulta & documentis ethicis Locupletata*; Sedani 1613. 4.

Ludovici CAPELLI *compendium historiæ Judaicæ, ex* Josepho *contractum*, quod cum ejusdem *historia Apostolica illustrata*, Genevæ 1634. 4. prodiit.

Antonii BOZERENI *Florus Christianus*, ab orbe condito usque ad Christi tempora, Parisiis 1668. 1674. 4.

Arnauld d' ENDILLY *histoire de l'ancien Testament, tirée de l'Ecriture sainte*, Parisiis 1670. fol. liber, qui non magnam habet existimationem.

RAGUENETI *histoire de l'ancien Testament, divisée en six livres* Parisiis 1690. 12.

Joh. Andr. SCHMIDII *compendium historiæ Ecclesiasticæ veteris Testamenti*; Helmstadii 1708. 8.

Historia veteris Testamenti ex elementis VALLEMONTII, cum *Jacob. Benign.* BOSSUETI dissertatione *de successione Religionis*, e lingua *Gallica* in *Latinam* conversa a *Petro* MONTMEDY, Ratisbonæ 1710. 8.

Francisci BUDDEI *historia Ecclesiastica veteris Testamenti, ab orbe condito usque ad Christum natum, variis observationibus illustrata*. Prior tomus primum prodiit Halæ 1705. 4. posterior ibidem 1718. ille iterum 1718. hic autem 1721. quas editiones sequuta est tertia 1726. 1729. Universam historiam Ecclesiasticam veteris Testamenti auctor in duas periodos majores, quarum altera a mundi & Ecclesiæ origine ad *Mosen*, altera a *Mose* ad Christum usque progreditur, divisit.

Joachimi LANGII *Historia Ecclesiastica veteris Testamenti, a mundo condito per septem periodos usque* ad *Christum natum deducta, cum isagoge exegetica in Libros sacros præcipue historicos. Accedunt synchronismi historiæ exoticæ civilis & literariæ, speciatim philosophicæ*, Halæ 1718.4. ubi varia argumenta, quæ inprimis ad illustrandos libros veteris Testamen-

menti pertinent, diligenter ac copiose explanata sunt.

Ignatii Hyacinthi Amat de GRAVESON *historia Ecclesiastica veteris Testamenti*, *Romæ* 1723. 1727. 8. tribus tomis Augustæ Vindelic. 1727. fol. Ven. 1732. 4.

Bartholomæi GAH *Epitome Historico-Chronologica gestorum omnium Patriarcharum, Ducum, Judicum, Regum & Pontificum*, *populi* Hebraici ab Adam, ad Agrippam *usque juniorem propriis uniuscujusque iconibus aucta* ac *illustrata*. Cui ad operis *perfectionem adcedunt eadem methodo Epitome gestorum*, *ac effigies eorum Regum*, *Babyloniorum*, *Persarum*, *Græcorum*, *ac Ptolomæorum quibus populus Hebraicus subjectus paruit*. Opus universum in ære incisum. Romæ

Bernardi MAHY *Historie du peuple Hebreu*, tirèe *de l' Ecriture Sainte*, *depuis la creation du monde jusqu' a la ruine entiere de la sinagogue sous* Tite *&* Vespasien, Leodii 1752. 8. tribus tomis.

Raymundi Mariæ CORSI ord. Prædic. *della storia Ecclesiastica dell' antico Testamento Tomo I. contenente la prima e seconda età del Mondo*; *Romæ* 1756. 4. & Florentiæ 1759. *Tomo II. contenente la terza età del Mondo*, Florentiæ 1757. 4. ec.

CAPUT III.

Historia veteris Testamenti partes.

SAmuelis SHUCKFORD *The sacred*, *and profane history of the vvorld connected*, *from the creation of the vvorld to the dissolution of the assyrian empire.* Prima illius pars sermone *Anglico* Londini 1728. 8. prodiit, hancque secunda & 1738. tertia sequuta est. Versum fuit hoc opus 1. *Germanice* a *Theodor.* ARNOLDO, quæ versio cum præfatione *Christoph.* VVOLLII *Berolini* vulgata fuit 1734. 4. 2. *Gallice* primum a J. P. BERNARD, ejusque interpretatio inscripta: *histoire du Monde sacrèe & profane depuis la creation du Monde jusqu' a la destruction de l'Empire des Assyriens*, ceter. *pour servir d' intro-*

duction a l' histoire des Juifs du docteur Prideaux exiit Lugd. Batav. 1738. duob. volum. in 8. deinde a *Franc. Vincentio* TOUSSAINT *Quesnelliana* factionis homine, atque hujus versio Parisiis 1752. exiit trib. volum. 8. eodem fere quo prior titulo.

Huic ex ipsius auctoris mente subjungenda PRIDÆI historia. *Anglice* scripta hæc est. Prima vero pars prodiit *Londini* 1716. secunda ibidem 1718. 8. Præter alias editiones *Londini* jam 1717. tertia fol. ac 1725. nona 8. quatuor voluminibus sequuta est. Lucem quoque *Gallice* adspexit inscripta; *histoire des Juifs, & des peuples voisins, depuis la decadence des Royaumes d' Israel & de Juda jusqu' a la mort de* Jesus *Christ*, Amstelodami 1722. 12. quinque voluminibus, ac Parisiis 1726. 12. septem voluminibus. Huic editioni, quæ tamen Amstelodami in titulo vulgata dicitur, *Renat. Josephus* TOURNEMINE præmisit: *eclaircissemens sur quelques endroits de l' histoire des Juifs de M. Prideaux. Batavos* enimvero hæc editio maxime pupugit. Hinc in illam *lettre d' un Anonyme sur l'edition de l' histoire des Juifs par M. Prideaux faite a* Paris, quæ in diarium prænotatum: *Bibliotheque Françoise* Tom. VII. pag. 145. illata fuit.

Joh. *Thomæ* FREIGII *Mosaicus, continens historiam ecclesiasticam* 2494. *annorum, ab orbe condito usque ad Mosis mortem*, Basileæ 1583. 8.

Jacobi BOULDUCII *de Ecclesia ante legem libri tres in quibus indicatur, quis a mundi principio usque ad Mosen fuerit ordo Ecclesiæ, quæ festa, quæ templa, quæ sacrificia, qui ministri, quive ritus & ceremoniæ, Lugduni* 1626. Parisiis 1630. 8. quo libro multa continentur, aperte commentitia ac futilia.

Balthas. BEBELII *Ecclesiæ Antediluvianæ, vera & falsa, ex antiquitatibus Mosaicis erutæ* Argentorati 1665. 1706. 4. ejusdem *historia Ecclesiæ Noachicæ, ex vetustissimis sacrarum litterarum antiquitatibus eruta & suffragio Ecclesiæ Christianæ illustrata*, Argentorati 1666. & 1706. 4. qui uterque liber plenus est hæreticæ pravitatis.

I. R.

I. R. C. *historia veteris Testamenti Antediluviana ex recentioribus Gallorum, Anglorum, Italorum, Germanorum, Belgarum, ceter. scriptis collecta & per compendium tradita atque selectis observationibus illustrata*, Lipsiæ 1722. 4.

Guiliel. TURCHII *specimen historiæ sacræ a mundo condito ad exitum Israelitarum, una cum primordiis gentium Assyriorum & Babyloniorum*, Halæ 1712. 8.

Joachimi PERIONII Liber de *Sanctorum virorum qui Patriarchæ ab Ecclesia adpellantur, rebus gestis ac vitiis*, Lutet. 1555. 4.

Christiani MATTHIÆ *historia Patriarcharum, in qua illorum ortus, progressus atque egressus methodo nova & artificiosa describuntur*. Lubecæ 1642. 4.

Joh. Henrici HEIDEGGERI *exercitationes selectæ de historia sacra Patriarcharum*, duobus tomis, quorum prior Amstelodami 1667. posterior autem ibidem 1671. Lucem adspexit hancque primam editionem sequuta est secunda, Amstelodami 1688. 1689. 4. ac tertia Tiguri 1729. 4.

Jacob. Philipp. CÆPOLLINI *Sacrum Chronicum; sive arbor genealogiæ* Patriarcharum *veteris Testamenti Regum, atque* Principum *& ex iis progenitorum* Jesu *Christi, Domini Nostri notitia. Romæ* 1739. fol.

De Judicibus agunt

Gustavus Georg. ZELTNERUS; *adolescentia Reipublicæ* Israelitarum; *seu de Judicum temporibus, hisque proximis in* 1. *Reg.* VI. *& Actor.* XIII. 20. *exercitatio*, Altorfii 1696. 8.

Dan. Guill. MOLLERUS, dissertatio *de duodecim Judicibus* Israelitarum, Altorfii 1709.

Christoph. Henricus RITMEIERUS, commentatio *de vario Reipublicæ Hebræorum statu sub Judicibus*, Helmstadii 1712. 4.

De Regibus prodiit 1757. 12. *Histoire des Rois* d'Israel *& de* Juda par M. JOINVILLE. Cui jungi possunt

Rein. REINECCI *familia Regum* Jud. Lipf. 1572.

Joh. Matth. HASII *Regni Davidici, & Salomonai*

ART. I. Quæstiones ad Ecclesiasticam politiam spectantes. 269
ART. II. Disquisitiones de rebus ad doctrinam & disciplinam sæculi II. pertinentibus. 271
ART. III. Facta & eventa sæculi II. in eaque dissertationes. 278

SÆCULUM III.

ART. I. In Politiam hujus sæculi Ecclesiasticam disquisitiones. 281
ART. II. Doctrina & disciplina hujus sæculi. 286
ART. III. Fata & eventa hujus sæculi. 292

SÆCULUM IV.

ART. I. De hujus sæculi Politia Ecclesiastica. 297
SECT. I. Politia Ecclesiæ Romanæ. *ibid.*
SECT. II. Politia Ecclesiarum Occidentis. 301
Sect. III. Politia Hierarchica Orientis. 306
ART. II. Doctrina, & disciplina sæculi IV. 310
§. I. De Conciliis hujus sæculi, de quibus singulares quædam disquisitiones exstant. *ib.*
§. II. De scriptis hujus sæculi. 315
§. III. De hæreticis hujus sæculi. 319
ART. III. Facta & eventa hujus sæculi quæstionibus obnoxia. 322

SÆCULUM V.

ART. I. Politia Hierarchica hujus sæculi. 328
§. I. *Romani Pontifices.* *ibid.*
§. II. Aliqui *Occidentales* Episcopi. 330
§. III. De Patriarchis, & Episcopis Orientalibus. 332
ART. II. Doctrina & Disciplina sæculi V. 333

§. I.

§. I. *Concilia*. ib.
§. II. Scripta Patrum. 335
§. III. Hæretici ſæculi V. 338
ART. III. Facta & eventa. 342

SÆCULUM VI.

ART. I. In Politiam Hierarchicam hujus ſæculi quæſtiones. 343
§. I. De Politia Hierarchica S. R. E. diſquiſitiones. ib.
§. II. Pauca de Politia Eccleſiarum Occidentalium, & Orientalium. 346
ART. II. Doctrina & Diſciplina hujus ſæculi. 347
§. I. *Concilia*. ibid.
§. II. Scriptores Eccleſiaſtici. 348
§. III. Errores hujus ſæculi. 350
ART. III. Facta & eventa hujus ſæculi. 351

BIBLIOTHECA SELECTA HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI.

CAPUT I.

PROLEGOMENA.

§. I.

De historiæ Ecclesiasticæ studio, ejusque præstantia, atque utilitate.

RAGIONAMENTO del Sig. Abate *Michele* CASALI, sopra lo studio della Storia Ecclesiastica (*a*).

(*a*) Exstat Tom. VII. *Miscellaneorum Venetorum* 1741. pag. 469. seq.

Ejusdem *de Studio Historiæ Ecclesiasticæ Diatriba* (*b*)

(*b*) Exstat in calce operis inscripti: *Vindiciæ Juris Ec-*

Ecclesiastici Auctore *Michaele* CASALI Romæ 1754. 4. pag. 253. seqq. Hic enimvero agit primo Auctor de utilitate historiæ Ecclesiasticæ, ejusque cum aliis disciplinis, ac præsertim Theologia arctissima conjunctione: deinde de studiis, quibus quisque instructus ad historiam Ecclesiasticam pernoscendam adcedere debeat: tandem de critices regulis. Huc spectant ex Protestantium sectis

Joan. Andr. BOSII oratio *de historia Ecclesiastica nostro præsertim tempore, diligentius colenda*, Jenæ 1690.

Joan. CLERICI oratio *de præstantia, & utilitate historiæ Ecclesiasticæ*, Amstelodami 1712. 4.

HISTORIÆ *Ecclesiasticæ specimen* P.J M. Francisci M. LEONI Ord. Min. Conv. Veronensis, & in Gymnasio Patavino Publici Theologiæ, & Ecclesiasticæ historiæ Professoris, seu *pro Ecclesiastica historia* oratio habita *cum* Auctor *ad eam profitendam conjunctam cum Theologia* jussu Triumvirum rei Litterariæ amplissimorum *adcederet, notis dein auctoris ejusdem illustrata* 4. (*c*).

(*c*) Ad illud ostendendum adgreditur Auctor historia Ecclesiastica Theologiæ, aut hæc illi si desit, *utramque disciplinam corruere: neutram vero stare constanter posse, nisi altera alterius mutuo subsidio fulciatur*.

Eodem pertinet *Joan. Van den* HONERT oratio *de historia Ecclesiastica, Theologis maxime necessaria*, Lugduni Batavor. 1735. 4. De ejusdem maximo in Jurisprudentia Ecclesiastica usu inter Protestantes, e quorum secta & is fuit, agunt tum *Justus Henning* BOEMERUS in dissertatione *de necessitate, & utilitate studii historiæ Ecclesiasticæ in Juris Ecclesiastici prudentia*, quam *selectis suis observationibus ad* Petri DE MARCA *dissertationes de concordia Sacerdotii, & Imperii*

præ-

præmisit; tum *Joan. Salamon* BRUNQUELLIUS, cujus exstat dissertatio *de utilitate ex historia, atque Antiquitatibus sacris in Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ studio capienda*, præfixa CIRONII *observationibus Juris Canonici* ejus cura iterum editis Jenæ 1726. 4.

§. II.

De studio historiæ Ecclesiasticæ recte instituendo.

Habent hoc de argumento singulares quosdam libros Protestantes, ut *Martini* SCHMEIZELII „ præcognita historiæ Ecclesiasticæ, in quibus na- „ tura & indoles historiæ Ecclesiasticæ explican- „ tur; adjumenta edisseruntur &c. " Jenæ 1721. 4. Quo etiam spectare potest *Menon. Nicol.* ARSTENS *meditationum subcessivarum specimen*, Lubecæ 1743. 4. ubi „ de prudentia, & circumspe- „ ctione in tractatione historiæ Ecclesiasticæ no- „ vi Testamenti sedulo adhibenda. " Nobis tamen Catholicis satis erunt, quæ hac de re tradunt MABILLONIUS *de studiis Monasticis* T. I. P. II. cap. 8. & ZALLWEIN *in Principiis Juris Ecclesiastici* T. II. quæst. IV. cap. 5. §. 4.

§. III.

§. III.

De artis criticæ Regulis ad historiam Ecclesiasticam adcommodatis.

Historiæ Ecclesiasticæ studiosos id primum moneo, ut *Danielis* PAPEBROCHII *Responsionem ad exhibitionem errorum* P. Sebastiani a S. PAULLO tribus tomis in 4. *Antuerpiæ* editam, atque in *Actis Bollandianis vindicatis* recusam diligentes evolvant Nihil enim ea lectione utilius ad criticæ artis regulas in rebus ad Ecclesiasticam historiam spectantibus pernoscendas. Tum ad *Honorati* a S. MARIA *animadversiones in Regulas & usum critices*, aut Gallicas *Parisiensis*, aut Latinas *Venetæ* editionis 1738. adcedere poterunt. Exstant etiam tres *Petri* LAZERI Exercitationes plenæ bonæ frugis; nempe I. *de arte critica, & generalibus ejus regulis ab historiam Ecclesiasticam relatis* Exercitatio critica, Romæ 1754. 4. typis *Joann. Generosi Salomoni* II. *de Critica regulis, quibus vera falsi admixta secerni possunt*, Exercitatio critica, ibid. eodem anno. III. *de vera, vel falsa traditione historica, regulisque ad eam internoscendam*, Exercitatio critica, ib. 1755. 4. (*a*).

(*a*) Caveat quicumque in critica re, quæ quidem ad historiam Ecclesiasticam pertineat, proficere velit, a libro *Neapoli* excuso 1741., cui titulus. *De critices in re præsertim sacra recto, pravoque usu*, auctore Fr. Bonaventura *Amadeo* DE CÆSARE Min. Conv. Quid enim quæso ex eo libro utilitatis speres, qui totus quantus est ad omnes, si fieri posset, confirmandas fabellas potissimum

ſimum ſpectat? Hinc non ſolum *Dionyſio Areopagitæ* vulgatos ſub ejus nomine libros vindicari, itemque Romanum *Conſtantini* Baptiſmum defendi in eo videas (quæ duo ferri utcumque poſſunt); ſed Pſeudo-Iſidorianas decretales veluti *totius mundi reverentia conſecratas* (pag. 76.) commendari, ac *Natalem* ALEXANDRUM (pag. 88.) ceu *pravum criticum* reprehendi, quod *Marcellini* lapſum, nulla Breviarii Romani ratione habita, tanquam *Donatiſtarum* figmentum refellerit.

Joannis de LAUNOY *de auctoritate negantis argumenti*, diſſertatio: *Joannis Baptiſtæ* THIERS, Exercitatio adverſus *Joannis* de LAUNOY *diſſertationem de auctoritate negantis argumenti*, Pariſiis 1662. 8. (*b*)

(*b*) Huic *Exercitationi* ſatisfacere conatus eſt LAUNOJUS priore recuſa diſſertatione *cum appendice contra* Joan. Baptiſtam THIERS Lutetiæ eodem anno 1662. 8. *Theophilus* quoque RAYNAUDUS LAUNOII diſſertationem oppugnavit in ſuo *Hercule Commodiano & Launoyo Maſtyge*; verum ut ingenue, ſapienterque faſſus eſt *Joan. Baptiſta* SOLLERIUS in Actis Sanctorum ad d. XXII. Julii, in eo RAYNAUDI Libello *nonniſi flagra, lora, & ſcuticæ ſuppeditantur, ad rem illuſtrandam minime conducentia*.

Diſſertatio Theologico-critica *de argumenti* ex Breviario Romano *in Rebus hiſtoricis petiti valore*, Hiſpali 1739. 4. ex typographia D. *Florentii Joſeph de Blas*, & *Queſada*. Auctor optimæ hujus diſſertationis D. *Didacus* DEL CORRO Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis Portionarius. In hac diſ-

dissertatione id præcipue spectavit, ut *Emmanuelis Cajetani* de SOUSA tractatum refelleret *de gravissima auctoritate Romani Breviarii in re historica*.

CAPUT II.

Chronologia, & Geographia ad historiam Ecclesiasticam subsidium, de illisque Scriptores.

§. I.

Chronologiæ Ecclesiasticæ Scriptores.

I. PLerique quos in prima Bibliothecæ hujus parte recensui Chronologi, ad hanc quoque historiæ Ecclesiasticæ tractationem pertinent. Tres tamen addere placet. Sunt autem 1. *Jacobus* GUALTERIUS (c), cujus prodiit „ Tabula „ Chronographica status Ecclesiæ Catholicæ a „ Christo nato ad annum 1614. gallice primum „ scripta, postea latina facta, & multis additamentis locupletata,“ Lugduni 1616. fol. 2. *Matthias* CHEFNEUX *Ecclesia Catholica speculum Chronographicum a creatione ad* 1660., Leodii anno 1661. fol. 3. *Jacobus* GRANDAMICUS, cujus exstat Chronologia *Christiana de Christo nato & rebus gestis ante & post ejus Incarnationem*, usque nimirum ad sæculum XVI. Parisiis 1669.

(c) Vide quæ contra *Lengletum* de *Gualterio* contemptim loquutum disputavit Joannes *Baptista* FAURE in dissertatione *historico critica* ad calcem Tabularum MUSANTII Rom. edit. 1751. vulgata §. *ult.*

II. Atque hi quidem generales Scriptores sunt; peculiaria quædam Chronologiæ capita essent heic enumeranda, ac de iis tractatores. Verum hæc potius extremo capiti, ubi in singulis sæculis, quæ occurrunt, historicæ disquisitiones enarrabuntur, servamus. Heic solum adtingenda, quæ ad Annos Christi spectant, ut quæ Ecclesiasticæ Chronologiæ sunt fundamenta. Atque ut de Christi Domini Natali anno, mense, & die primum dicamus, T. XXII. *Calogerana* Sylloges opusculorum exstant Italicæ dissertationes duæ *Antonii Mariæ* LUPII, altera *de anno*, altera de *die* Christi Natali in quibus varias doctorum hominum de utroque argumento sententias erudite proponit. Enimvero quæ de anno Christi Natali præcipue sententiæ circumferuntur, novem sunt.

1. Quam BEDA DIONYSIO *Exiguo* perperam tribuit, ac vulgo sequimur (unde Æra vulgaris) statuit Christum natum esse Anno U. C. 754. *Juliano* 46. Coss. *Cajo Cæsare & Æmilio Paullo*. Præter *Henricum* PHILIPPI *in Introductione Chronologica Coloniæ* 1621. 4. pag. 63. RICCIOLUM in *Chronolog. Reformata*, & P. SCHWARZIUM *in Collegiis historicis*, exstant pro hac sententia

Petri ALLIX *Diatriba de anno & mense Natali* J. C. Londini 1709. 8.

HORREBOVII item, ut ALLIXIUS Protestantis *diss. de vindiciis æræ vulgaris*, Tom. II. oper. Mathematico-PHYSICORUM, anno 1731.

D. RONDET *dissertation sur les années de* J. C. *ou se trouve justifiée l'Ere Chr. vulg.*

Ejusdem II. *dissertation sur les années de* J. C. *ou se trouve confirmée l'Ere Chr. vulg.* Exstat utraque hæc dissertatio in Parisiensi DINOVARTII *Diario Ecclesiastico* T. XXXIV.

2. Sententia natum ait Christum A. U. C. 753. *Juliano* 45. ante Æram vulgarem 1. Coss. *Corne-*

lio

lio Lentulo; *& Calpurnio Pisone*. Pro hac sententia stant *Joan.* LUCIDUS, *Alph.* SALMERO, *Henr.* HARVILLÆUS, *Phil.* LABBEUS *in ariadne Chronologica*, itemque in Gallico *Chronologiæ* compendio, MUSANTIUS, ejusque vindex *Joannes Bapt.* FAURE in cit. diss. historico critica §. 7. *seq.*

3. Sententia Christi nativitatem confert in annum Urb. C. 752. *Julianum* 44. ante Æram vulg. 2. Coss. *Augusto* XIII. & *Plautio Silvano*. Ita cum PANVINIO, SIGONIO, TEMPORARIO, *Richardus* MONTACUTIUS, *David* BLONDELLUS, *Carolus* LE COINTE *in apparatu ad Annales historico-Ecclesiasticos Francorum*, Isaac NEWTON *opusc.* Tom. III. p. 368. editionis Genevensis.

4. Sententia tribus annis in Christi adserenda Nativitate Æram Vulgarem prævertit, annumque Christi Natalem adstruit U. C. 751. *Julianum* 43. sub Consulatu *C. Lentuli*, *& Val. Messalini*. Ita cum BARONIO, SCALIGERO, PERERIO, TORNIELIO, CALVISIO, *Antonius* BYNÆUS, *de Natali Jesu Christi* Amstelod. 1689. 4. neque ab hac sententia abhorret *Gerardus Joannes* VOSSIUS *de Annis Jesu Christi* dissert. I.

5. Sententia Christi Nativitatem refert ad annum Urb. C. 750. *Julianum* 42. ante ær. vulg. 4. quo Consules fuere *Calvisius Sabienus*, *& Paullus Rufus*. Hanc tuentur *Salamon Van* TILL *in diss. paradoxa theologico-chronologica de anno mense & die nati Christi* Lugd. Batav. 1700. & Jenæ 1740., *Joannes* MARCKIUS *in diss. de natali tempore Servatoris* Lugd. Batavor. 1716. *Bernardus* LAMY *in Apparatu chronologico*, & *Renatus Josephus* TOURNEMINE diss. XII. *de annis Christi*.

6. Sententia, quam Joann. DECKERIUS *Laurentii* SUSLYGÆ *Poloni* adscripto nomine primus invexit, atque eruditissime defendit in *Velificatione, seu*

ne, seu Theorematibus de Annis Ortus, ac mortis Domini &c. Græcii 1605. 4. Christi Nativitatem cum anno U. C. 749. *Juliano* XLI. ante æram vulg. V. conjungit, Consules quum essent *Augustus* XII. & *Cornelius Sulla*. Pro hac sententia, quam Dionysius quoque PETAVIUS, TIRINUS *in Chronico*, USSERIUS, NORISIUS, GRAVESONIUS, aliique tuentur, exstant *Michaelis* SENESCHALLI *Quæstio* I. *in Triade Evangelica* Leodii 1669. 4. VAILLANT dissertatio in Monumentis Regiæ Academiæ Parisiensis, ut ajunt, *Inscriptionum*. D. de la BARRE in dissertatione an. 1731. cujus excerptum exstat in historia ejusdem Parisiensis Academ. T. V. edit. Amstælod. *p.* 160. *seqq.*, *Thomæ Vincentii* MONELIÆ dissertatio *de Annis* J. C. *Servatoris* Romæ 1741. 4. *Mathiæ* PURULICH diss. *de Paschæ Christi ultimo*, Tyrnaviæ 1765. 8. *cap.* III. *artic.* XI. §. I. Neque ab illa abludunt RIGORDIUS in diss. ad Nummum Herodis ANTIPÆ 1689. *Paullus* PEZRON in hist. Evangelica 1695. *Joan. Gottlieb.* HEINECCIUS in diss. *de genuina Nativitatis Christi æra numis, & inscriptionibus antiquis illustrata*, Halæ 1708. J. G. MEYER *in observationibus Chronologicis circa computum æræ Christianæ*, Helmstadii 1732. 4.

7. Sententia a. U. C. 748. *Juliano* 42. ante æram vulg. 6. Coss. *Lælio Balbo*, & *Antistio vetere* Christum nobis faustissime exortum docet. Hanc sententiam *Joan.* KEPLERUS *in commentatiuncula de vero anno, quo æternus Dei Filius humanam naturam adsumpsit*, Francofurti 1614. 4. uterque PAGIUS, *Henric.* DODWELLUS *diss.* I. *in Irenæum* propugnant *Franciscus* BLANCHINIUS; cum primis vero illustrarunt *Godefridus* HENSCHENIUS *in Exercitatione Theocronologica*, quam legere est *in Apparatu ad Conatum* V. Cl. *Danielis* PAPEBROCHII, ceterique BOLLANDIANI. Pro eadem certarunt *Andreas* ZERGOL S. J. *in Theorematibus Chronologicis de anno ortus, & mortis D.*

B *N. J.*

N. J. Viennæ 1725. *Emmanuel* a SCHELSTRATE *diss.* 1. *Antiquit. illustr. cap.* 2. *art.* 4. Auctor dissertationis Romæ an. 1718. editæ *de anno, mense, & die mortis Jesu Christi, Cornelius Dieter*. KOCK *in diss. de anno Natali Jesu Christi ex annis regiminis* Quinctilii Vari, *ceterorumque* Syriæ *Præsidum demonstrato*, Helmstadii 1722. *P. Adrianus* DAUDE *histor. univ. T.* I. *in lib.* 1. *hist. Eccles. Reflex.* 1. Comes *Camillus* de SYLVESTRIS *Chronol. P.* 1. *diss.* 3. Cl. de la NAUZE in dissert. anni 1731. cujus excerptum exhibetur in historia Academiæ Parisiensis Inscriptionum *Tom.* V. edit. Amstælodam. *p.* 142.

8. Sententia stat pro anno ab U. C. 747. *Juliano* 39. ante æram vulg. 7. *Coss. Tiberio Claudio Nerone*, & *C. Calpurnio Pisone*. Eam defensam invenies a *Florentio* VIGORNIENSI, & *Nicolao* MANN in Anglicis dissertationibus *of the true years of the Birth and of the death of Christ* Londini 1733. latine deinde reddidit ibid. 1742. & 1752. 8. nec non a *Ludovico* BOIVIN in Monumentis Regiæ Parisiensis Academiæ Inscriptionum.

9. Tandem sententia annum obtrudit ab U. C. 746. *Julianum* 38. ante ær. vulg. 8. quo Consulatum gessere *Martius Censorinus*, & *C. Asinius Gallus*. Vide *Problema de anno Nativitatis Christi, auctore* P. Dominico MAGNAN *Ordinis Minimorum Presbytero* Romæ 1772. 8.

Neque tamen illi ipsi; qui aliquam ex indicatis sententiis defendunt, si quæras, quoto ab orbe condito anno Christus natus sit, inter se se consentiunt (*b*). Sic *Petrus* LAZERUS in Exercitatione Chronologica *de anno Christi Natali ab orbe condito* Romæ 1753. 4. quum sextam de anno Christi sententiam, quæ PETAVII, atque USSERII est, uti diximus, sequi se profiteatur, Christum tamen natum esse contendit anno Mundi conditi 4230. quum annus Christi Natalis PETAVIO sit 3983. USSERIO 4000. (*c*)

(*a*) Ti-

(*a*) Titulis dissertationum, quæ deinde ann. 1773. *Arretii* iterum excusæ sunt, in ejusdem LUPII Libello inscripto: *Dissertazioni e Lettere Filologiche antiquarie*, hujusmodi est: *due discorsi Accademici del P.* Antonio Maria LUPI, *il primo dell' anno, il secondo della Nascita di G. C.*

(*b*) Quid igitur mirum, si tot de anno mundi, quo Christus D. ortus est, sententiæ circumferantur? eas vide percensas a RICCIOLO *Chronol. Reform.* p. 292. *Carolo Josepho* IMBONATO *de adventu Messiæ* p. 30. Friderico SPANHEMIO *Chronol. sacr. T.* 1. *oper.* p. 159., Canonico *Mario* LUPIO Bergomate in Libro *Romæ* edito an. 1744. *de notis Chronologicis anni mortis & Nativitatis Domini nostri Jesu Christi diss.* 11. §. 1. præsertim vero a *Joh. Alberto* FABRICIO *Bibliogr. antiq. p.* 256. *seqq.* edit. *Hamburg.* 1760.

(*c*) Sunt etiam alii Auctores, qui de hoc argumento consuli omnino merentur, ut præter *Marium* LUPIUM antea indicatum Joh. CLOPPENBURGIUS in diss. *chronologico-theologica de anno, mense, & die Natali Christi* 1641. *Guilielmus* LANGIUS *de annis Christi* Lugd. Batav. 1649. 4. *Ægidius* STRAUCHIUS in diss. *Chronologica de natali Immanuelis*, Vitembergæ 1654. & 1670., *Franciscus* LEVERA *de invicta veritate anni, mensis, & diei Passionis, & Resurrectionis Christi, ejusque Nativitatis* Romæ 1668. 4. *Joh. Guil.* JANUS *in historici Æra Christiana* Vittemberg. 1715. 4. & Cl. TROMBELLIUS in vita B. M. V.

III. Ad mensem, diemque nati Christi D. quod spectat, *Joan. Fridericus* MAYERUS Gryphisvv 1701. diatribam edidit *de eo quod quilibet anni mensis gloriam nati Servatoris ambitiose sibi asserat*, quod clarius patebit ex hac tabella

Natum Christum esse putant.

Januario.

6. *Januarii Jacobus* Apostolus, si credimus *Joanni*

 NI-

NICÆNO in COMBEFISII auctario novo *T*. II. *p*. 297. Sic *Ægyptii* apud Cassian. X. 2. & multi e veteribus Christianis. Epiphan. *haresi* 51. Hierosolymitani, teste *Cosma* INDOPLEUSTE in *Cosmographia Christiana p*. 194. 195. Confer Clarissim. MONTFAUCONI *prolegomen. pag*. xv. & *Isaac*. NEWTONUM ad DANIELEM. Glossa ordinaria in Esther III. *Tebeth apud Latinos est Januarius, in quo Dominus est Incarnatus, a Magis adoratus*. Atque si *Jacobum* EDESSENUM (*a*) audimus, non modo *Armenis* idem persuasum, sed etiam Ecclesiarum Orientalium, & quæ ad Septemtrionem vergunt, hæc fuit sententia, usque ad tempora *Arcadii* Imperatoris, & *Joannis* CHRYSOSTOMI.

10. *Januarii Basilidis* sectatores apud CLEMENTEM Alex. I. *Strom. p*. 340.

Februario.

Medio Februario, vel extremo Augusti. WAGENSEILIUS in SOTA *p*. 942. *seq*.

Martio.

BOCHARTUS II. 44. *Hierozoic*.

Aprili.

Thomas LYDIATUS, & *Petrus* ALLIX in diatriba *de anno & mense natali Jesu Christi*. Londini 1710. 8.

Die 19. vel 20. *Aprilis* nonnulli apud CLEMENTEM Alex. I. *Strom. p*. 340.

Majo.

Die 20. *Maji* quidam περιεργότερον hoc inquirentes apud CLEMENTEM l. c.

Ita quoque *Joannes* VIGNOLIUS *Bibliotheca Germanica T*. 2. *p*. 29. *seqq*. Alogi teste EDIPHANIO *haresi* 51. XI. Kal. Junias.

Junio.

xI. Kal.

xi. Kal. Julias Alogi quidam apud eumdem EPIPHANIUM.

Augusto.

Sub finem mensis. WAGENSEILIUS in SOTA loco laudato.

Septembri.

R. S. Auctor scripti *Christ's bird mistimd*, quod insertum est libro anglice scripto, *The Phenix, or a revival of scarce and valuable Pieces.* Lond. 1707. 8. *pag.* 114. *seq.*

Josephus MEDUS in CRENII fascic. *T.* 10. *pag.* 254. *seq.*

Joan. HARDUINUS in *Antirrhetico.*

Erasmus SCHMIDIUS ad Joann. III. 30.

Die 15. *Septembris* D. Aug. Quirinus RIVINUS Libro *De vera ætate Servatoris nostri*, eique adsentiens *Christianus* GERBERUS libro *de cæremoniis ecclesiasticis*, *pag.* 132. *&* 149. *Joan.* LIGTHFOOTUS *ad Lucæ* 11. 7.

Octobri.

Sub init. Matthæus BEROALDUS, *Josephus* SCALIGER, *Is.* CASAUBONUS, *Sethus* CALVISIUS, *Matthæus* WASMUTHUS.

Novembri.

6. *Id. Nov.* veteres quidam teste EPIPHANIO.

18. *Novemb.* CLEMENS Alex. 1. *Strom. p.* 340. (confer PETAVIUM *pag.* 214. ad EPIPHAN.) *Salomon* van TILL *de anno, mense, & die Natali Christi p.* 31.

Decembri.

25. *Dec.* ex communi Græcæ, & Latinæ Ecclesiæ traditione: *Const. Apost.* v. 12. & Auctor operis imperfecti *homil.* 49. *in Matth. xxiv.* 22. per mensem nonum intelligentes Decembrem. COTELER. 1. *Apostol. p.* 312. *seq.* Pseudo-EVODIUS apud

EUTHYMIUM *ad Joan.* III. & NICEPHORUM II. 3. *hist.* CHRYSOSTOMUS *Tom.* 5. *p.* 417. *seq.* THEOPHYLACTUS, AMBROSIUS, AUGUSTINUS, SULPITIUS SEVERUS, HIERON. FULGENTIUS, HIPPOLYTUS Thebanus in Chronico, cujus fragmentum dedit *Joann. Albertus* FABRICIUS post *Emmanuelem* a SCHELESTRATE, KEPLERUS, *Philippus* a TURRE *in Monumentis veteris Antii pag.* 269. (*b*), *Franciscus* PAGI in Vitis Pontificum T. 1. p. 89. seq. *Franciscus* BLANCHINIUS *de canone Paschali* S. HIPPOLYTI *p.* 113. (*c*), *Honoratus* a S. MARIA *T.* II. SANDINIUS *in histor. Fam. Sacr.* aliique.

(*a*) Apud ASSEMANUM *Tom.* II. *Biblioth. Orient. pag.* 164.

(*b*) Argumentis, quibus doctus hic Præsul HARDUINUM a communi sententia, ut vidimus, discedentem confutavit, occurrere conatus est *Alphonsus* de VIGNOLES *Biblioth. Germanique T. II. p.* 29. *seq.*

(*c*) Hæc (paucis tamen additis) e FABRICII *Bibliographia antiquaria cap. x.* §. 16. *p.* 480. mutuati sumus. Ceterum plerique Auctores, quos de anno Christi differentes indicavimus, etiam de mense & die tam auspicatæ Nativitatis disputant, atque hos inter conferendi omnino sunt SENESCHALLUS *q.* 1. *c.* 34. & 35. ac TROMBELLIUS in Vita Deiparæ Virginis.

IV. Non minor dissensio Chronologorum est de anno, quo Christus passus est. Eorum sententias operose collegit SENESCHALLUS *quæst.* III. *De morte Christi*, qui in annum Æræ vulgaris XXXI. illam confert. Auctorem tantummodo addo ab eo prætermissum, *Josephum* nempe ZARLINI, cujus *Discorso intorno il vero anno e giorno, nel quale fu crocifisso il N. S. G.* Venetiis editus 1579.4. Recensetur in *Bibliotheca Colbertina p.* 522. Pro anno

ta-

tamen æræ vulgaris xxix. quò Consules fuere duo *Gemini* (*a*) pugnant ex antiqua Patrum traditione (*b*) post HENSCHENIUM, ceterosque BOLLANDIANOS, P. GRAMMATICI *in dissert. de Æra Christi passi*, Cl. de la BARRE in dissertatione, cujus antea memini, P. DAUDE *in lib. Histor. Eccles. Reflex.* III. & P. *Mathias* PURULICH in diss. *de Pascha Christi ultimo, cap.* III. *artic.* XI. §. 3.

(*a*) Atqui Cl. Præsul *Franciscus* BLANCHINUS in Diss. *de Anno mortis Christi*, opusculor. ejus Variorum *Romæ* an. 1754. editorum *T.* I. *p.* 98. quum sententiam de conferenda in *Geminorum* Consulatum Christi morte summa accuratione, & vi tueatur, novum tamen Paradoxumne dicam, an commentum invexit de illo *Geminorum* Consulatu in annum Æræ vulgaris xxviii. conijciendo.

(*b*) *Dionysius* PETAVIUS in libris *De doctrina temporum*, & P. POSSINUS ep. 2. ad Bollandianos a PAPEBROCHIO excusa in apparatu ad *Conatum* cum HENSCHENII exercitatione *Theo-Chronologica* vim hujusce traditionis declinare conati sunt. Aliam ab his viam iniit Cl. P. *Hieronymus de* PRATO *Veronensis Congregationis Oratorii* Presbyter T. II. SULPICII SEVERI *operum* Veronæ 1754. 4. Nam in Tertia Dissertatione *de Chronico* EUSEBII, ut eum a violatæ, quod Christi mortem a *Geminorum* consulatu removerit, antiquorum Patrum traditionis accusatione vindicaret, id sibi demonstrandum sumpsit, primum hujusce Traditionis auctorem TERTULLIANUM fuisse, nec illum ex recepta antiquiorum Patrum sententia Christum Coss. *Geminis* passum docuisse, sed falsa ductum opinione, quod *Geminorum* Consulatus in annum incidisset *Tiberii* XV. cui dux ejus, & magister CLEMENS *Alexandrinus* Christi mortem illigarat.

V. Restat ut varias de Christi morientis ætate opiniones proferamus. Christum igitur anno tri-

cesimo primo ætatis inchoato obiisse, opinati sunt TERTULLIANUS, CLEMENS *Alexandrinus*, JULIUS *Africanus*, iisque adstipulatur SEDULIUS, ex quo hymnum hunc Ecclesia decantat:

Lustris sex qui jam peractis tempus implens Corporis,
Se volente natus ad hoc Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur immolandus stipite.

Atque hanc maxime sententiam probavit VOSSIUS diss. 2. *De tempore Dominica Passionis*. Tricesimum secundum delibasse censent APOLLINARIUS *Laodicenus*, OROSIUS, ISIDORUS *Hispalensis*, ZONARAS, *Rogerius* BACHON, *Joannes* de MURIS, D. de la NAUZE in dissertatione supra indicata, aliique. Tertium ac tricesimum adtigisse volunt EUSEBIUS, EPIPHANIUS, HIERONYMUS, SULPITIUS SEVERUS, PANODORUS, CASSIODORUS, S. MAXIMUS (vitiose enim in Editione Petaviana *in fine prima partis computi*, legitur Christus vixisse annis 33. diebus 89.) *Georgius* SYNCELLUS, JOEL CHRONOGRAPHUS, *Nicetas* PECTORATUS, TOSTATUS, LUCIDUS, P. POSSINUS *ep.* 2. Pro inchoato tricesimo quarto faciunt Chronicon *Alexandrinum*, NICETAS, HIPPOLYTUS *Thebanus*, *Nicephorus* CALLISTUS, ONUPHRIUS, CAMPANUS, BARONIUS, SUAREZ, CAPPELLUS, MARIANA, TORNIELLUS, GORDONUS, SALIANUS, HENSCHENIUS, SCHELESTRATE, DAUDE *in lib.* 1. *hist. Eccl. Reflex.* 3. Pro tricesimo quinto DECKERIUS, PETAVIUS, TIRINUS, BUCHERIUS, BULENGERUS, SCALIGER, LANGIUS, HELVICUS, SENESCHALLUS *quæst.* 3. *cap.* 27. Ad tricesimum sextum usque annum Christi promovet Rabbi *Abraham* BEN-DAVID, in Cabbala historia, & KEPPLERUS, *in Eclog. Chronol.*, *juncto*

cto opere de vero anno Natalis Christi (*a*). Ad tricesimum septimum, cum VENDELINO, & USSERIO; NATALIS ALEXANDER *de annis Christi* quæst. 3. (*b*) Christi ætatem perducit. Hactenus de Chronologia.

(*a*) Inter Comitis *Lucæ Antonii* FLORIDI Dissertationes historicas, geographicas, criticas, quæ Neapoli 1743. 4. e Mutiano typographio Italice prodierunt, p. 453. 492. quintadecima inscribitur: *Intorno la vera epoca dei XV. anni del Regno di* TIBERIO *notati da S.* LUCA *c.* 3. 1., *e nella quale si procura di fissare l' anno della morte di Cristo* (anno scilicet Æræ vulgaris xxxiii. Chr xxxvii.)
(*b*) Confer *Jani* BIRCHERODII *Seriem chronologicam annorum Jesu Chisti* Hafniæ 1679. 4.

§. II.

Geographiæ Ecclesiasticæ Scriptores.

I. Ad Geographiam Ecclesiasticam me converto, generales tantum de ea Scriptores heic indicaturus: alios suis locis, ac præsertim ubi de Christianæ Reipublicæ politia agendum erit, enumerabo. Ab antiquioribus igitur ut initium faciam, primum occurrit *Notitia Episcopatuum Orbis Christiani, sive Codex Provincialis* Romanus *ex vetusto Codice* Victoriano Parisiensi, *Sæculi* xi. *cum notis* Auberti MIRÆI, *Canonici* Antuerpiensis, *ad calcem antiquarum collectionum Decretalium, ex* Antonii AUGUSTINI, *Episcopi* Ilerdensis *collectione editarum* a Carolo LABBEO, Paris. 1610, *fol. &* *in* Joannis GUALTHERI *sive* Jani GRUTERI *Chronico Chronicorum Ecclesiastico, tomo* 1. *Francof.* 1614. 8. Eadem est *Notitia quinque Patriarchatuum,* quam ex Regia Bibl. edidit *Carolus* a S. PAULLO in appendice ad Geographiam Ecclesiasticam p. 64. 77. Ceterum anno jam 1503. etsi non ex tantæ vetustatis Codice, quanta *Victoriano* exemplo

plo tribuitur, idem liber prodierat inscriptus *Provinciale Romanum*, immo & sæpius recusum fuerat *Parisiis*, *Lugduni*, alibi. Est mihi ad manus exemplum *impressum* (in 4.) Parisiis *expensis* Joannis Petit *Universitatis Bibliopolæ jurati*: *ad iduo Mayas* M. CCCCC. XVIII., uti in operis calce legitur; hoc autem titulo prænotatur: „ Provinciale omnium Ecclesiarum Cathedralium universi orbis: „ cum practica, stilo, & formis Cancellariæ Apostolicæ juxta morem Romanæ Curiæ per litteras „ Alphabeti descriptarum. " *Petrus* quoque REBUFFUS illud intulit in suam *Praxim beneficiariam* Venet. 1600. fol. Idem *liber Provincialis* ex Codice Sæculi XIV. vulgatus est a *Valentino Ernesto* LOESCHERO in appendice ad *Stromateum variarum dissertationum p.* 173. *seq.* Witemb. 1724. 4.

Proxime adcedat NILI DOXOPATRI Diaconi, & Nomophylacis Ecclesiæ Constantinopolitanę sub *Joanne Comneno* Imp. Patriarchici Notarii & Protosyncellorum Præsidis, atque Archimandritæ, scriptum hoc titulo: „ Commentarius concinnatus a „ NILO DOXOPATRIO Archimandrita, jussu nobilissimi Magni Regis ROGERII, de quinque „ Patriarchalibus Thronis, & illis subjectis Archiepiscopatibus, & Metropolitatibus, & qui his subduntur, Episcopis, & Dioecesibus uniuscujusque „ Sedis Patriarchalis. Et quomodo, & quando „ Patriarchici Throni instituti sunt, & eorum ordine, & propriis nominibus, & cujus locum teneant. " Concinnatus est anno 6651. (Christi nempe 1143.) Indictione sexta. Hunc libellum e Codice *Levini* WARNERI, quem Bibliothecæ Leidensi ille legaverat, cum latina versione sua vulgavit *Stephanus* LEMOYNE tomo priore *Variorum Sacrorum* Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. *pag.* 211. 267. Lacunam quaternionis, qui in Codice illo desideratur, ex schedis suis editor supplevit. Sed integer NILI liber etiam Græce & Latine legitur in appendice ad *Emanuelis* SCHELSTRA-

TE-

TENI totum ſecundum poſtumum *Antiquitatis Eccleſ. illuſtrata* Rom. 1697.

II. Recentiores Scriptores, librique ſunt, qui ſequuntur.

Petri OPMEER Catalogus totius orbis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum ad ſua uſque tempora *Colon.* 1595. 8.

Auberti MIRRÆI *Bruxellenſis* notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, in qua Chriſtianæ Religionis amplitudo elucet. *Antuerp.* 1613. 8. libri V. primo de quinque primariis Patriarchis Orbis Chriſtiani. Secundo Codex Provincialis vetus. Tertio de veteri Statu quatuor Patriarchatuum orientalium. Quarto Codex Provincialis novus. Quinto Geographia Eccleſiaſtica, ſive notitia Epiſcopatuum ordine Alphabetico. Idem MIRÆUS an. 1620. geminos de hoc argumento libros *Lugduni* apud *Antonium Pillehotte* edidit. Alter inſcribitur: *Politia Eccleſiaſtica ſive Status Religionis Chriſtianæ per* Europam, Aſiam, Africam, *& orbem novum, libri* IV. Alter quintus eſt liber *Notitiæ* nuper indicatæ, ſed recognitus, auctuſque, cui titulus: „Geographia Eccleſiáſtica, in qua Provinciæ Metropoles, Epiſcopatus, ſive urbes titulo Epiſcopali illuſtres, Alphabeti ſerie digeſtæ leguntur, ac de Eccleſiarum maxime illuſtrium originibus, progreſſibus, ac viciſſitudinibus breviter diſſeritur."

Paullus GESLINUS *Salmurii* 1629. 8. exhibuit *la Sainte Chorographie, ou deſcription des lieux, ou reſide l' Egliſe Chretienne par tout l' Univers.*

Opus longe celeberrimum nunc dabo. *Caroli* a S. PAULLO *Fulienſis* Abbatis, Epiſcopi poſtea *Abrincenſis* Geographia ſacra, ſive Notitia antiqua Epiſcopatuum Eccleſiæ univerſæ ex Conciliis, Patribus, hiſtoria Eccleſiaſtica, & Geographis antiquis excerpta. *Pariſ.* 1641. fol. & cum *Luca* HOLSTENII notis (*a*), curante *Joanne* CLERICO *Amſtel.* 1704. fol.

Philippi LABBEI S. J. Geographiæ Epiſcopalis bre-

breviarium. *Parif.* 1661. 12. cum tribus tabulis Geographicis *Nic.* SANSONIS, & in tomo ultimo Conciliorum, editionis *Labbeanæ* Parif. 1672.

Adde his *Renati* CHOPPINI *Notice generale des Archevechez, & Evechez de tout le Mond*, inter ejus opera *Parif.* 1662. fol. tomo quarto penultimo.

Michael Antonius FRANCES *de* VERRUTIGOYTI in Tractatu *de Ecclefiis Cathedralibus earumque privilegiis & prærogativis*, Lugd. 1665. fol. Epifcopatuum totius orbis novam & exactam notitiam dare fe profitetur capite ultimo *p.* 629.643.

Friderici SPANHEMII filii *Leidenfis* introductio ad Geographiam facram Patriarchalem, Ifraeliticam, & Chriftianam, hancque cum per Romanum omne Imperium ante & poft Conftantinum M., tum per Provincias Barbaricas, *Lugd. Bat.* 1679. & editione tertia *Ultrajecti* 1696. 8. & Tomo 1. Operum, *Lugd. Batav.* 1701. fol.

Michael Antonius BAUDRAND *Parifinus* (*b*) in *Geographia ordine litterarum difpofita* Parif. 1682. fol. ad calcem tomi prioris exhibet fyllogem Epifcopatuum & Archiepifcopatuum totius orbis juxta ftatum Ecclefiæ, qualis noftra eft memoria.

Emmanuel a SCHELESTRATE *Opus Geographico-Heraldicum, De inftitutione Ecclefiarum per orbem univerfum a Chrifto, & Apoftolis, ac Apoftolorum Principe* PETRO, *ejufque fucceſſoribus Romanis Pontificibus facta*, Romæ 1697. fol. Secundum volumen eft egregii operis *Antiquitatis Ecclefiaftica illuftrata*, quod mortuo jam auctore e prælis emerfit.

(*a*) Notæ HOLSTENII poftumæ lucem viderant *Romæ* 1666. 8. cum ejus obfervationibus in *Philippi* CLUVERII *Italiam antiquam & thefaurum Geographicum* Abrahami ORTELII, differtationeque duplici *de Sacramento Confirmationis apud Græcos.*

(*b*) Promiferat is *Geographiam Chriftianam*, quam ta-

tamen non dedit. Vide *Trivultianos* in Monum. litter. an. 1206. p. 1309.

III. Nec minus hoc sæculo ad illustrandam Ecclesiasticam Geographiam adlaboratum est. Mitto Germanicos libros (*a*).

Tables Geographiques, & Chronologiques de tous les Archevesches, & Evesches de l' Univers par Mons. l' Abbé Echard DE COMMANVILLE, *Rotomagi* 1700. 8. Parte *prima* Archiepiscopatus & Episcopatus Ecclesiæ *Latinæ*, parte *secunda Græcæ* persequitur: *tertia* eos, qui nec *Græci* nec *Latini* ritus sunt, *Moscoviæ*, *Georgiæ*, *Mingreliæ*, *Syrorum Jacobitarum*, & *Maronitarum*, *Armenorum* in *Persia*, *Turcicoque* Imperio: *Nestorianorum* denique, *Coptorum*, & *Abyssinorum*.

Henrici SCHERERI S. J. Geographia Hierarchica, in Atlantis parte secunda, *Monachii* 1703. 4.

Joannes CLERICUS, a quo novam, ut diximus, *Caroli* a S. PAULLO editionem nacti sumus, anno 1705. *Amstalodami*, exhibuit „ Atlantem antiquum Ecclesiasticum, & profanum, in „ quo terræ sacræ variæ divisiones, diœcesium Pa„ triarchalium & Episcopalium limites, orbemque „ universum antiquum ex tabulis Geographicis „ *Nic.* SANSONIS, ejusque filiorum, & aliorum „ celebrium Geographorum.

Josephus BINGHAM, qui anno 1723. obiit, *in originibus Ecclesiasticis* Anglice editis volumine tertio, libro nono. Lond. anno 1711. 8. & 1726. fol. & ex latina versione *Joan. Henrici* GRISCHOVII Halæ 1717. 4. *Notitiam* dedit *Ecclesiæ primitivæ*; neque illam omisit A. BLACHMORIUS in epitome illius operis, seu *notitia primitivæ Ecclesiæ* Anglice edita Lond. 1722. 8.

Joannis HARDUINI index Geographicus locorum, quorum Episcopi in Conciliis memorantur (*b*). Prodiit anno 1715. (*c*) Parisiis in ultimo Conciliorum volumine.

Au-

Augustinus ALBERTI a. 1718. *Taurini* vulgavit *idea delle Cattedrali di Europa, con un addizione dell'idea dell'* Asia, Africa, *ed* America.

Joannes Albertus FABRICIUS a. 1724. *Biblioth. Græca* vol. XII. *Indicem Geographicum* magno labore ex præstantioribus quibusque quos antea appellavimus, scriptoribus contexuit *Episcopatuum orbis Christiani, tum aliorum, tum quorum in Conciliis mentio, & locorum, in quibus Concilia habita sunt*. Tum illum 1731. auctum & paginis 201. comprehensum recudit in extremo opere, quod inscripsit *Salutaris Lux Evangelii*. Prænotatur *Index Geographicus Episcopatuum orbis Christiani cum notitia Scriptorum, e quibus plerumque historia & successio Episcoporum peti potest*.

Claudat hunc Librorum censum P. *Francisci* ORLENDIS orbis sacer, & profanus illustratus. Pars I. in qua diœceseon, Provinciarum & Metropoleon, tum ecclesiasticarum tum civilium distributio ad normam Veteris Notitiæ Imperii Romani explicatur. *Florentiæ* tupis *Bern. Paperini* 1728. Pars II. Europam complectens. Volum. 1. in quo de *Italia* ejusque Provinciis *Pedemontio*, *Liguria*, *Insubria*, *Venetia*, & ditione Pontificia, ibi 1731. volum. II. in quo *Etruria regalis*, sive *annonaria* Metropoles earumque urbes, & loca explicantur: ibi 1732. fol. Auctoris obitu interceptum opus, quod tamen accuratiorem criticen postulasset (*d*).

(*a*) Cujusmodi est *Hieronymi* DICELII Professoris Lipsiensis *Geographia sacra & Ecclesiastica*, Lipsiæ 1704. de qua *Acta eruditorum* ejusdem anni p. 281.

(*b*) Sane Conciliorum subscriptiones magna Episcopatuum notitiam suppeditant, ut docent vel solæ subscriptiones Episcoporum ccci. ex Provinciis ix. in Concilio Lateranensi sub Papa Alexandro III. A. C. 1179. in *Lucæ* DACHERII *spicilegio* Tom. I. edit. novæ *p. 636*.

(*c*) In *Bunavianæ* Bibliothecæ Catalogo T. II. p. 29.

bi-

libris Geographiæ Ecclesiasticæ adscribitur *Vincentii* FUGA *notitię orbis sacri & profani ab ejus exordio ad pręsentia usque tempora compendium*, Patavii 1715. Verum non Geographicum opus hoc est, sed historicum. Confer diarium litteratorum Virorum Italiæ T. xxii.

(*d*) Quinque tomis constare debebat. Vide idem *Diarium* T. 38. p. 408. & *Acta eruditorum Lips.* 1727. p. 188. Haud absimile opus *Orbis Christiani* SAMMARTHANI fratres paraverant; quod testatur *Richardus* SIMON T. 1. *Bibl. critique* p. 146. & *lettres choisies* T. 3. p. 7. & T. 4. p. 161.

IV. Aliud quoddam Geographiæ Ecclesiasticæ genus, sed maxime utile dabunt

Philippi FERRARII nova Topographia in Martyrologium Romanum. *Venet.* 1609. 4.

Et *Augustini* LUBINI *Augustiniani* Martyrologium Romanum tabulis Geographicis, notisque, & historicis animadversionibus illustratum. Paris. 1661. 4.

CAPUT III.

Historici Ecclesiastici antiqui

§. I.

Historici Ecclesiastici Graci.

I. OMissis cum apocryphis Libris (*a*), tum auctoribus, quorum nonnisi fragmenta quædam supersunt (*b*), primus ex historicis *Gracis* prodeat EUSEBIUS *Casariensis*, cujus exstant *de historia Ecclesiastica* Libri x., Arrianæ fidei scriptor, cetera accuratus, nec credulus. Præter *Rufinum*, de quo sequenti §., hoc opus e *Graco* exemplo *Roberti Stephani* quod a. 1544. exierat *Parisiis* in vulgus, latine vertit heterodoxus *VVolphangus* MUSCULUS cui nec satis candoris fuit, nec doctri-

ctrinæ, quam istiusmodi interpretatio postulabat: Novam igitur adgressus est *Joh.* CHRISTOPHORSONUS *Anglus Cicestrensis* Episcopus vir pietate, Catholicæ rei studio, diligentia, atque eruditione illustris, ejusque versio sæpius excusa est cum Latine tantum, ut *Coloniæ* 1570. f. cum aliis Historicis *Græcis*, de quibus mox dicam, item ab eo in Latinum translatis, tum Græce, & Latine cum *Suffridi* PETRI adnotationibus, ut *Genevæ* 1612. fol. Negari tamen non potest, ne hanc quidem CHRISTOPHORSONI translationem suis nævis carere, quemadmodum CL. HALLOIXIUS scite animadvertit T. II. *Vitarum Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum*. Id caussæ *Henrico* VALESIO fuit, ut ad aliam *Eusebianæ* historiæ editionem animum adjiceret. Quamobrem non solum *Græca* ad codices manuscriptos recensuit; sed etiam novam versionem latinam composuit: eruditissimas adnotationes adjecit, una cum dissertationibus *de schismate Donatistarum de uno tantum non duobus templis*, *a* Constantino Hierosolymæ *conditis*: ad *Jacobum* USSERIUM adversus illius sententiam *de perdita versione* LXX. *interpretum*, *& hexaplis* ORIGENIS: *de Martyrologio*, *quod* ROSWEIDUS *edidit*, ac *perperam pro veteri genuino Romano Martyrologio jactavit*. Præmisit præterea dissertationem de EUSEBII vita ac scriptis: veterum de EUSEBIO in utramque partem testimonia: *Petri* DE MARCA epistolam ad se scriptam *de originibus Christianismi in Gallia*. Editio hæc VALESII Græce ac Latine *Parisiis* prodiit primum 1659. fol. deinde ex VALESII manuscripto paucis in versione mutatis ac pluribus additis in animadversionibus ex secundis illius curis 1673. fol. Ad priorem editionem *Parisiensem historia* hæc iterum Litteris descripta est *Moguntiæ*, ut titulus habet; sive *Francofurti* potius 1672. fol. ad posteriorem autem *Parisiensem Amstelodami*, quemadmodum in titulo est 1665. fol. Editiones has sequuta est, ea-

que

que novis adceſſionibus ac notis acuta ; cura *Guilielmi* READING *Cantabrigenſis* 1720. fol. quam *Taurinenſis* a. 1747. imitata eſt.

(*a*) Hujuſmodi ſunt PROCHORI *de vita, miraculis, & Adſumptione* Joannis Baptiſtæ : Abdiæ Babylonici *de certamine Apoſtolorum* : LINI *de paſſione Apoſtolorum* PETRI & PAULI : CLEMENTIS *Romani* libri *recognitionum*.

(*b*) HEGESIPPI *υπομνήματα τῶν εκκλησιαςικῶν πράξεων*, ſive *commentariorum actorum eccleſiaſticorum libri quinque*, quibus res, a Chriſti morte uſque ad ætatem ſuam in civitate Chriſtiana geſtas, commemoraverat; perierunt autem iſti, præter partes quaſdam de martyrio JACOBI fratris Domini: de perſequutione propinquorum Servatoris noſtri : de SIMEONIS CLEOPHÆ filii martyrio, ab EUSEBIO *in hiſtoria Eccleſiaſtica* conſervatas : HESYCHII *hiſtoria Eccleſiaſtica*, ex qua locus de *Theodoro* MOPSUESTENO extat in Collatione v. Synodi v. Conſtantinopolitanæ an. 553. celebratæ. Ex PHILONIS Philoſophi *hiſtoria Eccleſiaſtica* profert nonnulla *Michael* GLYCAS. Scripſit etiam *Philippus* SIDETES *χριςιανικὴν ἱςορίαν* ſive *hiſtoriam Chriſtianam*, cujus inſigne fragmentum de Scholæ *Alexandrinæ* ſucceſſione *Henric.* DODVVELLUS edidit, atque illuſtravit. Reliqui ejuſdem hiſtoriæ Scriptores Græci penitus ſunt deperditi, ut JOANNES presbyter *Regeates*, qui compoſuerat *hiſtoriam Eccleſiaſticam* a depoſitione *Neſtorii*, & *Theodoſii* Junioris temporibus libris decem: BASILIUS cilix, de cujus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libris tribus veteres teſtantur.

II Sequitur SOCRATES, qui Libros VII. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* reliquit, ab anno Chriſti 306. uſque ad annum 439. Et hunc MUSCULUS, CHRISTOPHORSONUS, VALESIUS Latio donarunt, ac cum EUSEBIO, ceteriſque Græcis hiſtoricis ediderunt. Huic proximus eſt HERMIAS SOZOMENUS, qui ſcripſit *Libros* IX. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, eoſque auſpicatus eſt ab anno Servato-

ris 323. & æque ac SOCRATES, usque ad annum Christi 437. perduxit.

III. THEODORETUS his adjungitur, cujus *Libri V. historiæ Ecclesiasticæ* ad nos pervenerunt. Narrationis suæ initium fecit ab hæresi *Ariana* atque ad mortem *Theodori Mopsuesteni*; sive ad annum Christianum 427. progressus est, ita ut quæ a SOCRATE, ac SOZOMENO omissa fuerant, suppleret. Lucem adspexit *historia* hæc Græce *Basilea* 1535. fol. ac cum EUSEBIO aliisque *Parisiis* 1544. fol. Latine, interpretibus *Joachimo* CAMERARIO 1536. ac *Joh.* CHRISTOPHORSONO cum aliorum historiæ Ecclesiasticæ Libris; tum in THEODORETI operibus a *Jacobo* SIRMONDO Parisiis 1642. fol. editis; postea autem cura *Henrici* VALESII.

IV. Post THEODORETUM nominandus PHILOSTORGIUS, cujus opus *historiæ Ecclesiasticæ* ab anno Christi 300. usque ad annum 425. duodecim Libris distinctum, injuria temporum quidem periit; superest tamen illius epitome a PHOTIO excerpta, & ab iis, quæ in ejusdem *Bibliotheca* de opere hoc habentur, diversa. Primus illam Græce cum latina interpretatione, uberioribus, doctisque adnotationibus, ac prolegomenis *Jacobus* GOTHOFREDUS *Genevæ* 1642. 4. in lucem protulit. Post eum *Henricus* VALESIUS eamdem emendatiorem, & cum meliore versione ac notis edidit, ac historiæ THEODORETI, EVAGRII, ac THEODORI Lectoris adjecit. Parisiis 1673. quam editionem ceteræ antea indicatæ sequutæ sunt. EVAGRIUS, quem nuper nominavi, *Libros* VI. historiæ Ecclesiasticæ reliquit. In illis incipit, ubi SOCRATES ac THEODORETUS desierunt, a Synodo videlicet Ephesina, in qua *Nestorius* damnatus est; sive ab anno Christiano 431. ac progreditur ad annum 594. THEODORUS porro *Lector compendium historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ* ex Libris SOCRATIS, SOZOMENI, ac THEODO-

RE-

RETI a vicesimo anno *Constantini Magni* usque ad obitum *Constantii* composuit ; nondum autem id lucem vidit ; sed tantum manu exaratum in quibusdam Bibliothecis habetur. Scripsit & duos Libros *historiæ Ecclesiasticæ* a temporibus , in quibus SOCRATES desierat , ad principatum *Justini senioris*, quorum excerpta , sive *collectanea* supersunt postquam *Nicephorus* CALLISTUS ista Amanuensi suo dictavit. Græce & Latine prodierunt cum EUSEBII & aliorum , quos appellavi , historia ecclesiastica præsertim studio *Henrici* VALESII qui illa non solum nova versione donavit , sed etiam notis illustravit , atque aliis auxit THEODORI fragmentis ex SUIDA , THEOPHANE , DAMASCENO , & Synodo septima .

V. Hactenus *Græcos* historicos percensui a VALESIO in Latinum translatos. Memorandus ex Græcis superest NICEPHORUS CALLISTUS. Exstant illius *historiæ Ecclesiasticæ* Libri XVIII. a nato Christo usque ad interitum *Phocæ* , id est , ad annum Christianum 610. ex EUSEBIO SOZOMENO , SOCRATE , THEODORETO , PHILOSTORGIO , THEODORO *Lectore* , BASILIO *Cilice*, EVAGRIO , atque aliis collecti ac compositi. Quum summa singulorum librorum *libri* 1. *cap.* 1. recenseatur , adduntur etiam argumenta libri XIX. ac sequentium usque ad XXIII. usque ad mortem *Leonis* Philosophi ; sive ad annum Christi 911. Ex his recte colligitur, exstitisse Operis istius continuationem ; nunc autem injuria temporis ablatam ; sive illa ab ipso NICEPHORO , sive ab alio Auctore addita fuerit. Libros XVIII. primus *Joannes* LANGUS latine *Basileæ* 1553. fol. in lucem emisit hancque editionem aliæ sequutæ sunt : *Basileæ* 1561. cum LANGI Scholiis : *Antuerpiæ* 1560. *Parisiis* 1562. 1563. *Francofurti* 1588. fol. *Parisiis* 1566. 8 duobus voluminibus. Græce ac Latine prodierunt illi cum LANGI latina interpretatione cura *Frontonis* DUCÆI *Parisiis* 1630. fol. duobus tomis.

§. II.

Historici Ecclesiastici Latini.

I. Princeps inter Latinos Ecclesiasticæ historiæ Scriptores est RUFINUS. Exstat ejus *Historia Ecclesiastica* in libros XI. divisa. Novem eorum priores complectuntur latinam interpretationem EUSEBII *Historiæ Ecclesiasticæ*, in qua tamen componenda RUFINUS tanta usus est libertate, ut alia, atque in his integrum fere decimum librum EUSEBII omitteret: alia adderet, atque interpolaret (*a*). Duo posteriores ab ipso RUFINO scripti sunt, iisque historia usque ad mortem *Theodosii senioris* perducta est. Libri hi sæpius in lucem prodierunt. Edidit illos cum CASSIODORI *Historia tripartita*, ac cum præfatione *Beatus* RHENANUS, *Basileæ* 1523. fol. iidemque cum dicta RHENANI præfatione: CASSIODORI *Historia tripartita* ac quibusdam aliis Scriptoribus ecclesiastistis eodem loco 1539. lucem viderunt. Reliquas illorum editiones, quæ exstant, prætereo; unam tantum addo *Romanam* anno 1741. quam *Carmelitæ P. Thomæ* CACCIARIO debemus, in duas partes tributam, & ad Vaticanos Codices exactam. Duo posteriores libri, quorum ipse RUFINUS auctor est, habentur etiam in ejus *Operibus Romæ* 1470. *Lugduni* 1570. *Parisiis* 1580. fol. & *Veronæ* nuperrime a VALLARSIO editis. Sed de RUFINO satis.

(*a*) Id plures RUFINO exprobrarunt. Conatus quidem est illum defendere CACCIARIUS in historica dissertatione, quam *Rufinianæ* historiæ a se recusæ adjecit, *pro* RUFINO P. iii. immo eo progressus est, ut *Rufinianam* versionem *Valesiana* longe præstare contenderit. Id tamen vix ulli persuasit; immo CACCIARIO *Hieronymus* TARTA-

ROT-

ROTTUS *Tridenti* an. 1748. oppoſuit *de Verſione* Rufiniana *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* EUSEBII Cæſarienſis *diſſertationem, in qua* VALESIANÆ *interpretationis dignitas, & præſtantia vindicatur.*

II. Ceteri antiquiores hiſtorici ſunt I. SULPICIUS SEVERUS, ſive ut alii eum adpellandum eſſe, putant, SEVERUS SULPICIUS. Tranſlati ad nos ſunt *Libri* ejus *duo Hiſtoriæ Sacræ*, quibus res gentis *Iſraeliticæ* non ſolum civiles; ſed etiam ſacras enarravit, ac partem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Novi Teſtamenti adjunxit, ab orbe quidem condito uſque ad exitum ſæculi quarti poſt natum Chriſtum. Prodiit cum aliis hujus Auctoris operibus, ut *Lipſiæ* cum notis Joan. CLERICI 1709. 8. duobus tomis, quorum prior antea edita cum adnotationibus Joan. VORSTII; poſterior autem epiſtolas cum reliquis operibus nondum evulgatas complectitur. Sequuta eſt illam editio *Hieronymi* de PRATO, *Veronæ* 1741. 1744. 4. duobus voluminibus, quæ præſtantia ſua inter reliquas excellit. In ea SULPICII *opera*, ex Codicibus manu exaratis emendata; ſunt notis ac diſſertationibus illuſtrata. Præter hunc, ac jam commemoratos VORSTIUM, & CLERICUM, commentariis auctorem hunc explanarunt: *Carolus* SIGONIUS, Joann. DRUSIUS, *Victor* GISELINUS, *Georgius* HORNIUS, Joan. *Caſp.* HOFMEISTERUS. 2. EPIPHANIUS *Scholaſticus*, qui SOCRATIS, SOZOMENI, ac THEODORETI Hiſtorias Eccleſiaſticas latine reddidit, atque ex illis unum hiſtoriæ volumen compoſuit, in XII. libros diviſum. Redacti illi ſunt poſtea in epitomen, ſive compendium, ac nomen *Hiſtoriæ tripartitæ* adceperunt. Prodierunt iſti in lucem a *Beato* RHENANO recenſiti, atque emendati, *Baſileæ* 1523. fol. ac iterum, iterumque impreſſi ſunt ibidem 1528. 1533. 1539. 1568. fol. *Pariſiis* 1562. fol. 1566. 8. ac *Francofurti* 1588. fol. una cum EUSEBII *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, quam

RUFINUS latine vertit ac duobus libris continuavit. Qui postea CASSIODORI *Opera* edidit *Rothomagi* 1679 (repetita *Venetiis* fuit hæc editio 1729. fol. cum pluribus adcessionibus) *Joan.* GARETIUS ad Codices manuscriptos *Historiam tripartitam* recensuit (*a*), ac loca SOCRATIS, SOZOMENI, ac THEODORETI, quæ EPIPHANIUS interpretatus est, ex *Valesiana* editione adnotavit. 3. GREGORIUS *Turonensis*, qui *Historia Ecclesiastica Francorum* libros decem, ab antiquissimis temporibus usque ad annum Christi 591. reliquit. In illis *Francorum* quidem præcipue res Ecclesiasticæ commemorantur; antequam tamen Auctor ad eas exponendas adcedit, de iis quoque breviter differit, quæ ab orbe condito gesta sunt. Sæpius in lucem exiit opus hoc, non solum separatim, studio *Guilielm.* PARVI *Parisiis* 1512. fol. *Guil.* MORELLII, *Parisiis* 1561. 8. *Matth.* FLACII *Basileæ* 1568. 8. sed etiam conjunctim cum aliis libris in *Bibliothecis Patrum*; ceteris tamen omnibus præstat editio, quam in GREGORII operibus dedit *Theodoricus* RUINARTIUS *Parisiis* 1699. fol.

(*a*) Quam tamen CASSIODORUS operam ad *historiam tripartitam* contulerit, non plane exploratum est; nec quidquam pro certo adfirmari potest. Aliorum sententia est, *historiam* hanc a CASSIODORO ex Scriptoribus tribus græcis SOCRATE, SOZOMENO, ac THEODORETO, ab EPIPHANIO Scholastico latine versis, collectam, atque in compendium redactam fuisse. Alii non sine probabilitate suspicantur, non CASSIODORUM; sed EPIPHANIUM epitomen hanc fecisse, ac CASSIODORUM tantum suscepti laboris suasorem extitisse.

III. Plures medio ævo habuimus. Primus sit BEDA *venerabilis*, cujus ad nos delati sunt: *historia Ecclesiastica gentis Anglorum* libri V. Orditur a pri-

primo *Julii Cæsaris in Britanniam* adventu ac progreditur ad annum Christi 731. ac quamvis quæ narrat, ea præcipue ad civitatem Christianam in *Anglia* spectent, non pauca tamen admiscet; unde generatim historiæ illorum temporum sacræ cognitio peti potest. Præter veteres editiones cum in BEDÆ operibus, tum separatim *Argentorati* 1500. f. 514. *Hagenoæ* 1506. *Antuerpiæ* 1550. *Lovanii* 1566. *Coloniæ* 1601. 8. & in Commeliana *Sylloge Scriptorum de rebus Anglicis* in lucem prolatas, commemorandæ inprimis sunt tres recentiores, *Cantabrigensis* cum *Saxonica* ALFREDI Regis paraphrasi, ac *Abr.* VVHELOCI adnotationibus 1644. fol. *Parisiensis* locupletior notis ac dissertationibus *Petri Francisci* CHIFLETII 1681. 4. ac *Cantabrigensis* cura *Jo.* SMITHI ac filii *Georgii* SMITHI, una cum reliquis BEDÆ operibus historicis ac notis 1722. fol.

Secundus HAYMO, qui *de Christianarum rerum memoria* libros decem scripsit, a Christo nato usque ad tempora *Theodosii* magni. Exhibent isti epitomen ex EUSEBII, ac RUFINI *historia Ecclesiastica*. Prodiit liber hic *Hagen.* 1531. 8. *Coloniæ* 1531. 8. 1573. 1600. 12. *Lugduni Batavor.* cura *Marc. Zuer.* BOXHORNII 1650. 12. *Helmstadii* 1671. 4. edente *Jo. Joachim* MADERO: item SALVIANO, MAXIMO *Taurinensi*, PACIANO, SULPICIO SEVERO, & DOROTHEO *Tyrio* subjunctus, cum *Petri* GALESINII notis, *Romæ* 1564. fol.

Tertius ANASTASIUS *Bibliothecarius*, qui historiam Ecclesiasticam ex tribus *Græcis* scriptoribus sumpsit, ac latine composuit. Tribus illa partibus constat, quarum prima complectitur NICEPHORI *Chronographiam compendiariam*: secunda excerpta ex SYNCELLO, quæ incipiunt ab *Hierosolymis* per *Pompejum* victis; tertia vero, eaque maxima ex THEOPHANE hausta est. In publicam lucem historia hæc cum adnotationibus emissa est

a *Carol. Annibal.* FABROTTO, *Parisiis* 1649. fol.

Quartus ADAMUS *Bremensis*, Exstat ejus *historia Ecclesiastica, continens Religionis propagata gesta, qua a temporibus* Caroli *Magni usque ad* Henricum IV. *adciderunt in Ecclesia tam* Hamburgensi, *quam* Bremensi *vicinisque locis Septemtrionalibus libris quatuor*. Adcedit tamquam libri quarti appendix, *libellus de situ* Daniæ *& reliquarum, quæ trans* Daniam *sunt, regionum natura, deque gentium istarum, istis temporibus, moribus, religionibusque*. Perducta est historia hæc ab anno Christiano 788. ad annum 1572. atque in lucem edita ab *Andrea Severino* VELLEIO, *Hafniæ* 1579. 4. ab *Erpoldo* LINDENBROGIO cum separatim, *Lugduni Batavorum* 1595. 4. tum inter Scriptores *septemtrionales*, *Francofurti* 1609. 1630. fol. & *Hamburgi* 1706. fol. & a *Joachimo Joanne* MADERO *Helmstadii* 1670. 4.

Quintus denique ORDERICUS VITALIS, cujus *historiam Ecclesiasticam* a Christo nato usque ad annum 1140. descriptam, ac libris xiii. distinctam inter scriptores veteres historiæ *Normannorum Andreas du* CHESNE juris publici fecit *Parisiis* 1619. Primo libro res a tempore Christi, in lucem editi, usque ad annum 1140. gestæ per seriem Imperatorum breviter narrantur, & in his illæ quoque, quæ ad Christum atque Apostolos pertinent: secundo historia Apostolorum & Apostolicorum virorum, ac sub finem illius Pontificum Romanorum usque ad *Innocentium II.* exhibetur: tertio ac sequentibus libris de rebus *Normannorum in Francia, Anglia, Apulia, Calabria, Sicilia & Palæstina* usque annum Christi 1140. disseritur.

§. III.

§. III.

COLLECTIONES

Historicorum Veterum Ecclesiasticorum.

I. *Christophorsoniana* itemque *Valesiana* historicorum *Graecorum* editio collectionibus adcenseri jure poterat; sed quum nullae extarent singulorum editiones, ut clariorem aliquam illorum notitiam exhiberem placuit de eis agere perinde ac si seorsum singuli prodiissent. Una igitur supererit aut altera de qua dicamus, collectio. *Basilea* quae anno 1551. evulgata est, *VVolfgangum* LAZIUM auctorem habet. Hic operi titulus: Hoc opere continentur „Liber de Passione Domini nostri *Jesu* Christi, carmine hexametro, incerto Autore ad DONATUM „Episcopum scriptus ABDIAE *Babylonia* Episcopi „& Apostolorum discipuli, de historia certaminis „Apostolici libri decem, JULIO *Africano*, cujus „subinde HIERONYMUS meminit, interprete „MATTHIAE Apostoli vita, ex Hebraica lingua „incerto interprete versa. Beatorum MARCI, CLE„MENTIS, CYPRIANI, & APOLLINARIS „historiae, ex scriniis & archivis primitivae Ec„clesiae notariorum. Vita B. MARTINI *Saba„riensis* Episcopi *Turonensis* a SULPITIO SEVE„RO Rhetore latine conscripta. Quos omnes Au„ctores multis saeculis latentes, dum antiquitatem „sacrosanctam rimatur, una cum aliis pluribus a „blattis & tineis eruit *VVolfgangius* LAZIUS „*Viennensis Austriacus*, *D. Ferdinandi* Rom. Re„gis a consiliis & historiis. Adjecimus & *Joachi„mi* PERIONII doctissimi viri librum de rebus „gestis, vitisque Apostolorum, & locupletem re„rum ac verborum in his omnibus memorabilium „indicem *Basilea* ex officina *Joan. Oporini*.

II. Aliquanto uberior est, sed adulterinis fere mer-

mercibus, uti LAZIANA, scatet collectio altera uno volumine vulgata a *Renato Laurentio* de la BARRE. Prænotatur illa: *historia Christiana veterum Patrum, in qua omnium fere eorum, qui a tempore Apostolorum viguerunt, & pro Christi Ecclesia militarunt, Acta, Tempora, ac rerum Ecclesiasticarum status tanquam in speculo vere Christiano ad veritatis antiquitatem demonstrantur. Illorum nomina, Chronologiam, & Catalogum proxima ante primam Libri faciem pagina declarabit.* R. Laurentii de la BARRE *labore, & industria castigata, atque per ordinem digesta. His adjecimus in principio Capitum, in calce vero rerum & verborum indices copiosissimos*. Parisiis *apud* Michaelem Sonnium, *via* Jacobæa *sub scuto* Basileensi 1583. Qui porro heic a BARRÆO exhibentur Libri, sunt omnino viginti hoc ordine.

1. PROCHORI *Christi discipuli, & Apostoli* JOHANNIS *Amanuensis, peregrinationum quoque, & Laborum ejusdem Comitis Historia de miraculis vita, & assumptione* B. JOHANNIS *Apostoli*: quam pseudepigrapham esse satis constat.

2. ABDIÆ Babyloniæ *primi Episcopi, qui Christum in carne vidit*, (si vera est fabula) *luculenta certaminis Apostolici historia*.

3, *Vita* S. MATTHIÆ *Apostoli, ex* Hebræo *incerti auctoris*.

4. *Historia* D. MARCI *Evangelistæ, ex vetustissimo Codice descripta*.

5. *Synopsis vitæ* S. CLEMENTIS Romani *Episcopi, incerto auctore*.

6. *Historia* B. CYPRIANI *Martyris & Episcopi Carthag. vetustissimo Codice transcripta*.

7. *Vita, res, & acta* S. APOLLINARIS *Martyris*.

8. LINI Romanorum *Pontificis de Passione* PETRI & PAULLI *ad Ecclesias Orientales Liber*.

9. PALLADII *D.* EVAGRII *discipuli & æqualis* B. HIERONYMI, *Lausiaca, quæ dicitur historia*.

10.

10. B. THEODORETI *Θεοφιλὴς*, id est, *Sanctorum Patrum religiosa historia*.

11 THEODORI STUDITÆ *de vita, operibus, & dormitione beati* PLATONIS *Oratio*.

12. EGESIPPI *Scriptoris antiquissimi de bello Judaico, seu excidio* Hierosolymitano *Libri quinque*.

13. PAULI OROSII *Presbyteri* Hispani *Hormesta mundi, seu adversus Paganos Libri septem*.

14. GREGORII TURONENSIS *Historia* francorum *Libri* X. *in quibus passim Martyrum cum infidelibus bella, & Ecclesiastica cum hæreticis concertationes exponuntur*.

Ejusdem Lib. 2. *de gloria Martyrum & Confessorum*.

15. BEDÆ *gentis* Anglorum *Ecclesiastica historia*.

16. *Auctarium* Anglicanæ *Historiæ cujusdam alterius*.

17. SIGBERTI Gemblacensis *Cœnobitæ Chronographia seu rerum descriptio memorabilium ab anno Domini* 381. *ad annum* IV.

18. Robertus DE MONTE *ex insertionibus* GALFRIDI *Chronicam ejusdem* SIGEBERTI *perduxit in annum Domini* 1210.

19. ADONIS Viennensis *Archiepiscopi Chronicorum breviarium, sive de sex mundi ætatibus commentarius*.

20. USUARDI *Martyrologium, quo* Romana *Ecclesia, & alia quamplures utuntur jussu* Caroli M. *conscriptum*.

III. Utinam Bibliopolarum aliquis Latinorum Historicorum Ecclesiasticorum collectionem susciperet edendam, sed ex genuinis tantum Libris conflatam, ut ea Valesianæ *Græcorum* editioni addita integrum Ecclesiasticorum corpus Historicorum haberet? Suaderem autem ut Veterum Chronica non omitteret, S. HYERONIMUS, PROSPERI, IDACII, Anonymi *Scaligerani*, CASSIODORI, MAR-

MARCELLINI, VICTORIS *Tunnunensis*, MARII *Aventicensis*, JOHANNIS *Gothi*, seu *Biclariensis*, ISIDORI *Hispalensis*, BEDÆ, ac FRECULPHI; immo ab his collectio inchoanda esset. Tum historici hoc ordine addendi.

1. SULPICII *Severi Historia sacra*.
2. RUFINI *Historia Ecclesiastica*.
3. HAYMONIS *de Christianarum rerum memoria*.
4. CASSIODORI, seu EPIPHANII *historia tripartita*.
5. ANASTASII Bibliothecarii *Historia Ecclesiastica*.
6. S. GREGORII *Turonensis Historia Ecclesiastica Francorum*.
7. BEDÆ *Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum*.
8. ADAMI *Bremensis Historia Ecclesiastica*.

CAPUT IV.

Recentiores Historici, qui universam Historiam Ecclesiasticam conscripserunt.

ARTICULUS I.

Recentiores Historici, qui universam omnium temporum historiam Ecclesiasticam scriptis suis consignarunt.

§. I.

Scriptores Catholici, ac primum Cardinalis BARONIUS *ejusque Continuatores.*

I. HIstoriæ Ecclesiasticæ universæ inter Recentiores Scriptores, veluti Parens jure habetur Cardinalis *Cæsar* BARONIUS *Soranus* ad Magnum *Annalium* opus a S. PHILIPPO NERIO,

cujus

cujus Congregationi nomen dederat, adversus MAGDEBURGENSIUM, de quibus seq. §. Centurias suscipiendum excitatus. Multa de his Annalibus, nec passim obvia alibi dabo. Heic eorum fere contentus ero, quæ WALCHIUS *in Bibliotheca Theologica* T. III. *p.* 143. commemorat. Initium igitur facio ab Editionibus. Prima earum est *Romana*. Exiit illa *Romæ* ex typographio Vaticano ab anno 1588. ad 1607. duodecim voluminibus fol. ac tamquam optima singularem honorem atque auctoritatem sibi conciliavit. Post primam hanc editionem multæ aliæ lucem viderunt, quas adcurate percensere, res fere est ardua, quum difficulter fieri possit, ut quis ipse omnes istas adspiciat; scriptores autem in enumerandis iis inter se discrepent: nunc plures; nunc pauciores illarum adducant: immo alias cum aliis confundant, ac quasdam memorent, quæ in lucem numquam exierunt, hocque nomine tuto eos sequi, non licet. Sufficiat igitur, illas enarrasse, quas omnino prodiisse, pro certo habendum est. Spectant huc sequentes: *Antuerpiensis* 1589. decem tomis fol. præterquam duæ aliæ quidem *Antuerpienses* annorum 1594. & 1597. memorantur; quarum autem primus tantum tomus, ac fortasse nonnulli alii denuo descripti iisque reliquorum exempla, nondum vendita, adjuncta sunt: *Moguntina* 1601. duodecim voluminibus fol. quæ, ab ipso auctore adprobata, tantam auctoritatem consequuta est, ut editiones, post illam publicæ luci expositæ, ad normam illius compositæ sint: *Veneta* 1601. fol. *Romana* 1607. ex typographia Vaticana tomis XII. fol. *Coloniensis* 1609. fol. *Antuerpiensis* 1624. fol. cujus itidem duo ac decem tomi sunt: *Antuerpiensis* 1624. fol. duodecim tomis: *Antuerpiensis* 1675. fol. *Veneta* 1705. fol. XII. tomis: *Lucensis*, quæ reliquis omnibus auctior est, ac splendidior. Adcesserunt enim *Antonii* PAGII *Critica* cum ejusdem *dissertatione hypatica* ac *Henrici*

rici NORISII *epistola consulari*: *Odorici* RAYNALDI *Continuatio Annalium*, *Dominici* GEORGII & *Dominici* MANSI *notæ* in PAGIUM *&* RAYNALDUM. Absolvitur opus hoc XXXIV. tomis fol. fine iis, quibus indices continentur. Præmissus est *Annalium Ecclesiasticorum* Cæsaris BARONII *adparatus*, *in quo præterea*, *quæ* BARONIUS *&* PAGIUS *Annalibus præmiserunt*, *alia plura continentur pertinentia ad Historiam Ecclesiasticam*, Lucæ 1740. fol. Differunt istæ editiones inter se; nec solum aliæ aliis ad usum commodiores sunt quum in illis Scriptorum testimonia ad ipsius BARONII Sermonem Litterarum formis distincta habeantur; sed etiam adcuratiores atque auctiores. In quibusdam omissa est tractatio *de Monarchia Siciliæ*, quam BARONIUS *tomo* XI. *Annalium* addiderat, in reliquas autem illa cum translata fuit, tum separatim prodiit *Parisiis* 1609. 8. Illius caussa Rex *Hispaniæ Philippus* III. dictum *Tomum Annalium* proscripsit, eamdemque oppugnarunt *Marcus Antonius* DE DOMINIS opere *de Republica Ecclesiastica*, & *Ludovicus Ellies* DUPIN in *defense de la Monarchie* de Sicilie *contre les entreprisces de la Cour de* Rome, Amstelodami 1716. 8. Exstat *Index alphabeticus rerum & locorum omnium memorabilium ad Annales Cardinalis* BARONII, *opus posthumum de* LAURÆA, Romæ 1694. 4. Auctor est Cardinalis *Laurent. Brancatus* DE LAURÆA, qui quum indicem hunc manuscriptum reliquisset, is a *Joh.* DE LIMA, & MELLO juris publici factus est.

II. Annalium horum versiones variæ commemorantur; sed fortasse nonnisi duæ prodierunt, eæque vix cœptæ intermissæ sunt. Ac 1. in *Germanicam* Linguam tomum primum transtulit *Marcus* FUGGERUS, atque evulgavit, *Ingolstadii* 1594. fol. II. *Slavonice* duos priores tomos conversos esse, testatur *Joh. Petrus* KOHLIUS, ac perhibet, se ipsum istos

istos vidisse (*a*) Ceteræ quæ indicantur, versiones, non tam versiones sunt quam compendia diversis Linguis edita (*b*).

(*a*) *In histor. litter.* Slavorum Altonaviæ 1729. *p.* 102. Confer VOGTII *catalogum librorum rariorum p.* 74. & Acta *Eruditorum* 1729. *p.* 511.

(*b*) Uti PANIGAROLÆ compendium, quod versionibus a WALCHIO adnumeratur.

III. Ad Epitomas igitur quod spectat, plurimæ illarum exstant, Latino maxime sermone scriptæ, harumque in numero sunt I. *Gabriel* . BISCIOLÆ *epitome Annalium Ecclesiasticorum* Cæsaris BARONII *Venetiis* 1601. T. I. 1603. T. II. apud *Varisum* & socios; item *Coloniæ*, & *Lugduni* T. I 1602. T. II. 1604., atque iterum *Coloniæ* 1614. 4. cui editioni sæculum XI. & XII. ex SPONDANO additum est. II. *Henrici* SPONDANI *Annales Ecclesiastici*, *ex tomis* Cæsaris BARONII *in epitomen redacti & ejusdem auctoritate editi*, quæ epitome sæpius Litterarum formis descripta ac in quibusdam editionibus locupletata fuit. Prodiit opus hoc *Parisiis* 1622. 1630. 1639. cum SPONDANI *continuatione Annalium* BARONII ejusdemque Annalibus sacris ex TORNIELLO, 1647. fol. sex voluminibus *Moguntiæ* 1618. 1623. *Coloniæ* 1640. *Lugduni* 1660. 1686. fol. duobus voluminibus, ubi adcesserunt nonnullæ lucubrationes posthumæ & ad Annales pertinentes, cum notis ad eosdem Annales, ac brevi auctario ab eo tempore quo BARONIUS desiit, usque ad annum 1522. Eadem SPONDANI *epitome* exiit Belgice *Antuerpiæ* 1622. fol. Gallice autem cum SPONDANI *Annalibus sacris*, quorum ex TORNIELLO epitomen fecit, studio *Petri* COPPINI, *Parisiis* 1654. 55. & 57. fol. sex voluminibus. In honore illa est præ aliis ejusmodi epitomis. SPONDANUS nonnumquam BARONIUM emendavit. III. *Cornelii* SCHMLTINGII *epitome Annalium Ecclesiasticorum* CæsarisBARONII,

con-

continens thesaurum sacrarum antiquitatum ex octo prioribus tomis, ab incunabulis nascentis Ecclesiæ usque ad annum Christi 714. & ad ætatem GREGORII II. *aucta magnaque nova adcessione plurimum locupletata*, Coloniæ 1603. 8. duobus voluminibus. Ante editionem hanc *adparatus sacrarum antiquitatum*, ex septem prioribus tomis BARONII ordine litterarum, *Coloniæ* 1601. exierat, cui deinde epitome tomi octavi adjuncta est: IV. *Abr.* BZOVII *Historia Ecclesiastica ex* Cæsaris BARONII *Annalibus aliorumque virorum illustrium ecclesiasticis historicisque monumentis*, Coloniæ 1617. fol. Historia hæc itidem epitome est Annalium BARONII; attamen non ex his tantum, sed etiam ex aliorum monimentis, ut auctor in titulo indicat, collecta. Absolvitur opus hoc tribus tomis. Duo priores, quorum auctor est BZOVIUS, ita dispositi sunt, ut primus ad annum 860. secundus ad annum 1198. qui apud BARONIUM ultimus est, progrediatur. Tertius hanc inscriptionem præsefert: *Historia Ecclesiastica ex* Abr. BZOVII *annalibus aliorumque virorum illustrium Ecclesiasticis historicisque monumentis, liber decimus tertius*, Auctore *Joan. Friderico* MATENESIO, quo tomo comprehensa est epitome ex BZOVII *Annalibus*, postea a me commemorandis. Horum tomus primus quum jam 1616. vidisset lucem, fieri omnino potuit, ut ille in summam contraheretur. V. *Ludovici* AURELII Perusini *Annales Ecclesiastici* Cæsaris BARONII, *in totidem libellos brevissime redacti, in quot magna volumina opus ab Auctore digestum est*, Romæ 1634. 12. Monaster. Guestphal. 1638. 8. *Parisiis* 1665. 12. quæ epitome est brevissima. VI. *Augustini* SARTORII Monachi Cisterciensis *compendium* Pragæ 1722. Tomulis XII. in 8. & Norimbergæ 1733. fol., & cum *Eustachii* JANKÆ continuatione Pragæ 1736. fol. hoc titulo. *Compendium Annalium Ecclesiasticorum* Cæsaris BARONII, Odorici RAYNALDI, *&* Jacobi de

LA-

LADERCHIO *ab adventu Domini nostri* Jesu Christi *usque ad annum* 1567. *inclusive deductum*, Auctore *Augustino* SARTORIO, *&* *continuatore* Eustachio JANKA, *nunc ab eodem auctum & emendatum*. Non latina solum, sed aliis quoque linguis scriptæ atque editæ sunt epitomæ. Italicas statim indico, quarum tres præsto sunt, duæ editæ, tertia MS. latet in locupletissima *Mutinensis* Ducis Bibliotheca. Alterius ex primis illis duabus nonnisi primum volumen exiit prænotatum: *Compendio degli Annali Ecclesiastici del Card.* Cesare BARONIO *dall' anno primo di* Cristo *fino al* 100. *fatto da* Francesco PANIGAROLA *Vescovo di* Asti, Romæ apud heredes *Joannis Gigliotti* 1590. 4. Alterius vero Auctor *Odoricus* RAINALDI. Tribus illa tomis comprehenditur, quorum primus anno 1641. reliqui anno 1643. *Romæ* vulgati sunt typis *Vitalis Mascardi*: titulus autem operis est: *Annali Ecclesiastici del Card.* Cesare BARONIO *ridotti in compendio*. Tertiam quam MS. dixi, Italicam epitomen scripsit Cl. *Alexander* TASSONI, nec solum nonnulla in *Baronianis* Annalibus emendavit, sed illos etiam ad annum 1400. perduxit. Exstat præterea *Arabica* epitome, Auctore F. BRITIO, *Romæ* ab anno 1653. ad annum 1671. 4. quatuor voluminibus edita, atque ita composita, ut ex RARONII ac SPONDANI *annalibus* summam rerum Ecclesiasticarum novi Testamenti; ex TORNIELLO autem ea, quæ ad vetus Testamentum spectant, exhibeat; *Gallica*, quæ *Parisiis* anno 1616. prodiit ex *Quillemoti* typographio prænotata: *Les Annales Ecclesiastiques de* BARONIUS *abregées, & traduites par* Cl. DURAND, Joseph de la PLANCHE, *&* Artus Thomas Sieur d' AMBRY; *Germanica* Coloniæ 1600. 4. *Polonica* Scriptore *Petro* SCARGA, *Cracoviæ* 1602.

IV. Hæc satis ad *Baronianorum* Annalium commendationem esse possent. Verum nihil illis honorificentius, quam furor, quo in eos hæretici exar-

 se-

ferunt. Inter *Calvinianos* præcipue *Isaacus* CASAUBONUS locum sibi fecit, ita ut materiam certaminis ac variorum scriptorum præberet, quibus alii contra BARONIUM, alii pro illo disceptarunt. Edidit: *Exercitationes XVII. de rebus sacris & Ecclesiasticis ad Cardinalis* BARONII *prolegomena, in Annales & primam eorum partem de Domini nostri* Jesu Christi *Nativitate, Vita, Passione, Adsumptione, cum prolegomenis, in quibus de* Baronianis *Annalibus candide disputatur*. Primam lucem illæ viderunt *Londini* 1614. fol. ac deinde denuo descriptæ fuerunt *Francofurti* 1615. 4. ac *Geneva* 1655. 1663. 4. Desinunt in Anno Christiano 34. atque in numero apud BARONIUM 221. Adcessit CASAUBONUS ad eas scribendas incitatus a Jacobo I. *Britanniæ* rege. Quo minus in cœpto opere progressus fuerit, mors impedivit, ipso enim anno, quo *Exercitationes* ejus primum exierant, e vivis ereptus est. Bellum ei indictum est, suique illum defendere conati sunt. Pugnavit igitur contra eum *Petrus* LANSSELIUS *in dispunctione omnium quæ notarum, quæ calumniarum, quæ ab* Isaac. CASAUBONO *in exercitationibus adversus* BARONIUM JUSTINO *Martyri inuruntur*, quæ editionibus JUSTINI *Martyris operum* Græcis, ac Latinis, *Parisiis* 1615. 1636. *Coloniæ* 1686. fol. addita conspicitur. *Heribertus* ROSWEIDUS eodem fere tempore edidit *legem talionis* XII. *tabularum Cardinali* BARONIO *ab* Isaaco CASAUBONO *dictam, retaliatione retortam*, Antuerpiæ 1614. 8. Apposuit Jacobus CAPELLUS *Vindicias pro* CASAUBONO, quatuor libris, *Francofurti* 1619. 4. iisque ROSWEIDUM, EUDÆMONEM JOANNEM, BULENGERUM, atque alios oppugnavit. Libros hos ROSWEIDUS eodem anno refellit, atque *anticapellum* emisit, sive *explosionem næniarum* Jacobi CAPELLI, *quas funeri* Isaac CASAUBONI *ad legem XII. tabularum in vindiciis suis adcinuit*, Antuerpiæ 1619. 8. nec segnior

gnior autem in respondendo CAPELLUS fuit. In lucem enim protulit: *adsertionem bonæ fidei adversus præcipuas* Heriberti ROSWEIDI *strophas; seu artes Romanæ Sedis*, Jacobi CAPELLI *notis in Herib.* ROSWEIDI *librum de fide, hæreticis servanda, delineata*, Gedani 1619. 4. ubi CAPELLUS non solum ROSWEIDI *anti-Capellum*, sed etiam ejusdem librum, *de fide hæreticis servanda*, Antuerpiæ 1610. 8. impugnavit. Verum ROSWEIDUS pugnam innovavit, ediditque *syllabum malæ fidei* Capellianæ, *excerptum ex* Jacobi CAPELLI *mendaci adsertione bonæ fidei, & fictis artibus Sedis* Romanæ, *pro* anti-Capello *suo & dissertatione de fide, hæreticis servanda*, Antuerpiæ 1626. 8. Ad dictos CASAUBONI adversarios adjunxerunt se: *Andreas* EUDÆMON JOANNES, ac *Julius Cæsar* BULENGERUS. Ille evulgavit: *responsionem ad caput quartum exercitationis primæ* CASAUBONI, Coloniæ 1614. 8. *ac defensionem Annalium* BARONII *adversus* CASAUBONUM libris duobus, *Coloniæ* 1617. 4. ubi & *Joan. Matth.* CARYOPHILI *notæ, sive strictura ad exercitationes* CASAUBONI exhibentur. Ab hoste hoc CASAUBONUM defenderunt, *Joan.* PRIDEAUX in scripto pro CASAUBONO, *Oxonii* 1614. 8. ac *Jacob.* CAPELLUS libris tribus *vindiciarum pro* CASAUBONO, quos antea recensui. BULENGERUS juris publici fecit: *diatribas in* CASAUBONUM, in duas partes divisas, Lugduni 1617. fol. Respondit ad eas *Richardus* MONTACUTIUS *in antidiatribis ad priorem diatribarum partem* BULENGERI, Genovæ 1625. fol. atque alia, postea memoranda, contra BARONIUM exaravit; ita tamen ut nonnumquam & a CASAUBONO dissentiret. Fuerunt præterea, qui ad CASAUBONI *exercitationes* continuandas adgrederentur, ut *Adam.* TRIBBECHOVIUS *exercitationibus ad* BARONII *Annales*, Kilonii 1666. 4. *Samuel* BASNAGIUS, qui edidit: *de rebus sacris & Ecclesia-*

sticis exercitationes historico-criticas, in quibus Cardinalis BARONII *Annales ab Anno* Christi XXXV. *in quo* CASAUBONUS *desiit, expenduntur: tum & multa adversus* BELLARMINUM, LIGTHOFOOTUM, PAGIUM, *& alios discutiuntur, plurimique historiæ & chronologiæ errores emendantur*, Ultrajecti 1692. 4. & iterum 1717. 4. Epitomen lucubrationum criticarum CASAUBONI ad BARONII *Annales*, una cum *David* BLONDELLI *animadversionibus quibusdam ad* BARONIUM publicæ luci exposuit *Andreas* MAGENDEUS, sive MAGENEL in opere, cujus inscriptio est: *Anti-BARONIUS; seu animadversiones in Annales Cardinalis* BARONII, *cum epitome lucubrationum criticarum* CASAUBONI *in tomi primi annos XXXIV. quibus adcesserunt quædam ad* BARONIUM *animadversiones David.* BLONDELLI, Lugduni Batavor. 1675. ac cum novo tantum, ut videtur, titulo 1679. fol. Quæ a MAGENDEO adnotata sunt in BARONII *Annales*, ea non magnum momentum habent, ac quamvis scribat, se animadvertere velle in res trium priorum sæculorum, a BARONIO narratas, atque in testimonia Scripturæ Sacræ ac Patrum, ab isto adducta, inquirere, desinit tamen in Anno Christiano XLIX. Sufficiant hæc de CASAUBONO, BARONII adversario. Præter eum inter *Calvinianos* in BARONIUM invecti sunt *Abrahamus* SCULTETTUS, qui edidit: *confutationem prolixæ disputationis* Cæsaris BARONII *de Baptismo* Constantini Romano, *quam tertio Annalium Ecclesiasticorum tomo inseruit*, Neostadii 1607. & *Richardus* MONTACUTIUS, cujus, præter antea a me adductas *antidiatribas* contra BULENGERUM, huc spectant: *Analecta Ecclesiasticarum exercitationum, contra priores tomos* BARONII *Annalium*, Londini 1622. fol. quæ sub titulo: *adparatus ad origines ecclesiasticas*, auctiora prodierunt *Oxonii* 1635. fol. *commentationes de originibus ecclesiasticis*, duobus tomis, quorum primus

Lon-

Londini 1636. fol. lucem vidit; secundus autem cum inscriptione: θεανθρωπικȣ, *seu de Vita* Jesu Christi *Domini Nostri*, *originum ecclesiasticarum pars posterior*, eodem loco 1640. fol. Addantur his *Thomas* COMBERUS in libro, cujus inscriptio est: *Fraudes* Romanæ, *in editione Conciliorum priorum quatuor saculorum commissa*, *cum adpendice fraudum & errorum*, *in Annalibus* BARONII *deprehensorum*, Londini 1689. 4. lingua Anglicana: *Joann. Henricus* OTTIUS *in examine perpetuo historico-theologico in Annales* Cæsaris BARONII, Tiguri 1676. 4. Perductum illud est ad annum Christianum trecentesimum, atque in tres centurias divisum, quibus de vita & triumpho Christi, de Apostolis virisque Apostolicis, de Evangelii plantatione & propagatione, Ecclesiarum fundatione & successione, persequutionibus, hæresibus, Conciliis, doctorum monimentis exponitur. Auctor quidem in opere hoc conficiendo ante obitum ad annum 1198. progressus fuerat; bibliopola autem, quum emptores non haberet, quot ut essent, cupiebat, sumptus ad edendum illud deinceps suppeditare recusavit. *Augustinus* REDINGIUS librum in lucem emisit, hoc titulo inscriptum: *Vindex veritas annalium ecclesiasticorum* Cæsaris BARONII *adversus arrogatum* Joan. Henrici OTTII *examen perpetuum*, *centuria prima*, typis Monasterii Einsidelensis 1680. fol. Ab hoc adversario se se defendit OTTIUS *in vindiciis examinis*, quæ prodierunt *Tiguri* 1681. 4. *Antonius* PAGI objicit OTTIO, neglectam ab eo fuisse Chronologiam, aliaque in ejus *examine* reprehendit. Quid vero dicam *de Samuele* BASNAGIO? Præter *exercitationes historico-criticas*, quarum mentionem feci, in lucem protulit: *Annales politico-ecclesiasticos annorum* 645. *a Casare augusto ad Phocam usque*; *in quibus res imperii ecclesiaeque observatu digniores subjiciuntur oculis errorisque evelluntur* BARONIO, Roterodami 1706. fol. tribus tomis. Pæne oblitus fueram *Melchioris*

GOLDASTI; qui edidit *rationale constitutionum Imperialium αὐτοσχεδιασθὲν, sive extemporale, in quo cum ipsis Constitutionibus argumenta dicuntur, tum sacri Romani Imperii jura adversus* Cæsaris BARONII *Annales elenchos præscribuntur*, Francofurti ad Mœn. 1607. quumque adversus illum pro BARONIO *Jacobus* GREPSERUS evulgasset *apologiam pro* BARONIO; *sive* Cæsarem BARONIUM *a* Melchioris GOLDASTI *calumniis vindicatum*, Ingolstadii 1610. ac *retectionem insipientiæ & falsimonia* GOLDASTI, Ingolstadii 1611 respondit ille *in replicatione pro Cæsarea & regia Majestate & ordinibus imperii contra* GRETSERUM, eodem anno; GRETSERUS autem iterum se opposuit *in gemina defensione adversus* Melchiorem GOLDASTUM, eodem anno; GRETSERUS autem iterum se opposuit *in gemina defensione adversus* Melchiorem GOLDASTUM, *calumniarum replicatorem*, Ingolstadii 1612. Nec minus *Calvinianis Lutherani* BARONIUM insectati sunt. Nam præter TRIBBECHOVIUM antea memoratum *Daniel* LIPSTORPIUS omne maledicentiæ virus evomuit in *formatione, & exclusione infrunita Monarchiæ papalis, publicata simul mala* Cæsaris BARONII *fide & vindicatis ab ea juribus Cæsareis, & summarum potestatum circa sacra, ex ipsa veneranda antiquitate Ecclesiastica per partes ostensa, & explicata*, Senæ 1656. ac sub novo tantum titulo: *tractatus historico-politicus de Monarchiæ Ecclesiasticæ incrementis, & decrementis, quo simul jura majestatis circa sacra discutiuntur*, 1658. Exstat quoque *Georgii* GRENII *Enneas animadversionum in loca* BARONII. Sed a *Lutheranis* magni fiunt cumprimis *Christiani* KORTHOLTI *disquisitiones Antibaronianæ* cum *Exercitatione Antisalmasiana de pane ἐπιουσίῳ quem in oratione Dominica petimus*, Kilonii 1677. 4. quarum disquisitionum septem in volumine hoc locum obtinuerant, nimirum: de domo Nazarethico-Lauretana: de Suffragiis pro defun-

fun-

functis: de Purgatorio: de Confirmationis Sacramento: de Ordinis Sacramento: de extrema Unctione, ac de traditionibus non scriptis: Quum istæ iterum describerentur cura *Sebastiani* KORTHOLTI *Hamburgi* 1708. 4. adcessit octava disquisitio de Reliquiarum cultu, cum exercitatione in Canonem sextum Concilii *Nicæni* BARONIO, ac BELLARMINO opposita, prætereaque, ut jam dixi, TRIBBECHOVII *exercitationes* adjectæ sunt. Adcedat *Joh. Friderici* KREBSII *schediasma de jure alienandi imperia cum animadversionibus politicis, historicis & Theologicis ad* Cæsaris BARONII *Annalium Ecclesiasticorum* Tom. IX. a. 800. Hamburgi 1709. 4.

V. Nolim tamen quis credat, me eum esse, qui nævis omnibus *Baronianos* Annales carere contendam; quin novi ex nostris Catholicis Scriptoribus *Henricum* VALESIUM, *Natalem* ALEXANDRUM, BOLLANDIANOS, aliosque non pauca Eminentissimi viri errata adnotasse (*a*). PAGIUM *Antonium* non nominavi, quia in illo aliquanto plus immorandum. Publici is juris fecit *criticam historico-Chronologicam in Annales* BARONII, *in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, innovatur, & periodo* Græco-Romana, nunc *primum concinnata, munitur* Parisiis 1689. Spectabat *critica* hæc, quæ quatuor priora sæcula complectebatur, magis ad SPONDANI *epitomen*, quam ad ipsos BARONII *Annales* atque ad ordinem dictæ *epitomes* disposita erat. Quemadmodum autem primum tantum tomum exhibebat; ita post auctoris mortem non solum ille ad ordinem BARONII adcommodatus, ac notis auctus est; sed etiam reliqui tres tomi adcesserunt, cura *Francisci* PAGI, totumque opus in lucem prodiit hac inscriptione: *Critica historico-chronologica in universos Annales Ecclesiasticos* Cæsaris BARONII, *in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, innovatur & periodo* Græco-Romana,

nunc primum continuata, *munitur*; *opus posthumum*, Coloniæ Allobrogum; sive potius *Geneva* 1705. fol. quatuor tomis. Ante ipsam criticam conspiciuntur: *dissertatio de periodo* Græco-Romana, *veterum Pontificum* Romanorum *catalogi decem*, atque *adparatus Chronologicus ad annales Ecclesiasticos*, Baronianum *illustrans*, *&* *supplens*, quorum Scriptorum primum ac tertium habentur etiam in primo tomo, ab ipso PAGI edito. In conspectum orbis eruditi *critica* hæc iterum venit, *Antuerpia*, ut titulus habet; rectius autem *Geneva* 1727. fol. quatuor tomis, huicque editioni adcessit: PAGI *dissertatio hypatica*, *seu de Consulibus Cæsareis*. Verum non erat, cur Protestantes de Catholicis BARONII oppugnatoribus tantopere sibi plauderent, quemadmodum factum vidimus a *Joan. Friderico* MAYER *in Eclogis de fide* BARONII *&* BELLARMINI, *ipsis Pontificiis ambigua*, Amstælodami 1647. 8. una cum *Niceta* CRYTOPULI; sive qui nomen hoc fictum sibi adscivit, *Petri* ZORNII *censura eclogarum Joan.* Friderici MAYERI *de fide* BARONII *&* BELLARMINI, *ipsis Pontificiis ambigua selectis ex Historia Ecclesiastica observationibus referta, auctaque plusquam* LX. *Pontificiorum Scriptorum farragine*, Dusseldorp. 1769. 8. qua MAYERI *ecloga* cum augentur, tum emendantur. Non enim Catholicis suspecta fides est aut BELLARMINI, aut BARONII, sed ii in utroque lapsus aliquot notant, quos aut adcuratioris cujusdam critices defectus, aut monumentorum, quæ postea detecta sunt, inopia, aut operis longi, quod moliti sunt, natura ipsa veluti necessarios fecit.

(*a*) Locum in his habeant J. DARTIS, qui reliquit: *animadversiones in annales Ecclesiasticos* Cæsaris BARONII, *&* Isaaci CASAUBONI *exercitationes*, Parisiis 1616. 8.

VI. Nunc de iis dicendum, qui BARONII Annales

nales prosequuti sunt. Hos inter principem sibi locum vindicat *Odoricus* RAYNALDUS, cujus *Annales Ecclesiastici ab anno* 1198. *quo desinit* BARONIUS *ad annum* 1534. prodierunt *Romæ* ab anno 1646. ad 1663. fol. octo tomis; sive si isti BARONII voluminibus duodecim adnumerantur, a tomo xiii. usque ad xx. Postquam RAYNALDUS mortalitatem finierat suam, tomus nonus accessit, jam anno quidem 1676. litteris descriptus; non prius autem, quam anno 1689. ad publicum usum translatus. Vidit ille lucem *Romæ* fol. duabus partibus ac prioribus octo tomis additus est in *editione Coloniensi* horum Annalium, quæ anno 1693. prodire cœpit. Exempla illorum, qui BARONII Annales reddiderunt breviores sequutus RAYNALDUS ipse & suos in epitomen redegit. Titulus illius est: RAYNALDI *Annales Ecclesiastici ex tomis octo ad unum pluribus auctum redacti* Romæ 1665. fol. Propositum sibi habuit, ut *epistolarem*, quam vocat, *historiam ex Romana* Ecclesiæ scriniis ac Bibliotheca Vaticana componeret, hancque in rem varias litteras Pontificum *Romanorum*, atque aliorum publici usus fecit.

RAYNALDUM continuavit *Jacobus de* LADERCHIO nullius judicii Scriptor, cujus exstant *Annales Ecclesiastici ab anno* 1566. *ubi Odoricus* RAYNALDUS *desinit*, tribus tomis, *Romæ* fol. editis. Primus eorum 1728. evulgatus, complectitur duos annos 1666. 1667. secundus, qui 1732. exiit, itidem duos, eosque sequentes annos 1668. 1669. ac tertius, 1737. publicæ luci expositus, annos 1670. 1671. Optandum ut alius quispiam tantum opus prosequatur, non tamen *Laderchiano* more, sed *Baroniano*, & *Raynaldiano*; immo fortasse LADERCHII tomis neglectis opus ab anno quo RAYNALDUS desiit, retexere præstaret.

VII. Sunt etiam a Vallicellanæ Congregationis Patribus alii, qui ad BARONII prosequendos Annales operam suam contulere. Nempe *Abrah.* BZO-

VIUS

VIUS Dominicanus postquam BARONII Annales in epitomen redegit, octo omnino tomos conscripsit, sive ubi BARONII duodecim tomi simul numerentur, annales a tomo xiii. ad xx. continuatos, qui sub titulo *Annalium Ecclesiasticorum post* Cæsarem BARONIUM *tomus* xiii. xx. *ab anno* 1198. *usque ad annum* 1565. *rerum, in orbe Christiano gestarum, narrationem complectentes*, in conspectum Orbis eruditi venerunt: primum *Romæ* 1616. ac sequentibus annis. deinde *Coloniæ* ab anno 1621. ad 1640. fol. In editionibus *Coloniensibus* multa habentur, quæ in *Romana* desunt, hocque nomine illæ majorem existimationem præ se habent. Præter alia, in iis locum obtinuerunt. *Nicolai* JANSENII *animadversiones & scholia in apologiam, nuper editam de vita & morte* Jo. DUNS SCOTI adversus *Abrahamum* BZOVIUM: *Theodori* AMYDENI libellus *de pietate Romana* I. BZOVII *vita* Silvestri II. item *vita & passio* Adelberti Ursini a Silvestro II. *edita*. Octo tomis horum Annalium post mortem BZOVII nonus, ab anno 1565. ad 1572. accessit ac prodiit *Romæ* 1572. fol. Quæ ab eo scripta fuerant contra *Ludovicum Bavarum* Imperatorem, illa refellit ac pro existimatione dicti Imperatoris pugnavit *Georgius* HERWARTUS *in Annalium Ecclesiasticorum post* Cæsarem BARONIUM *tomi* xiv. *ab* Abr. BZOVIO *conscripti, appendice*, Monachii 1621. fol. Posterior hæc editio, prior autem prodiit 1618. 4. ita inscripta: Ludovicus iv *Imperator defensus contra* BZOVII *calumnias in annalibus suis*. Præterea *Henricus* SPONDANUS acri judicio, & multa eruditione insignis Episcopus *Annalium Ecclesiasticorum* Cæsaris BARONII *continuationem ab anno* 1198. *quo is desiit, ad finem* 1640. juris publici fecit, *Parisiis* 1640. 1641. duobus voluminibus fol. Quam primam lucem postquam opus hoc viderat, illud iterum editum est cum *Parisiis*. 1647. id itidem duobus tomis fol. tum Ticini 1675. & *Lugduni* 1678. tribus

tomis

tomis fol. Post mortem enim SPONDANI appendix sex annorum a. 1641. ad 1646. prodiit *Parisiis* 1659. fol. hæcque editionibus *Ticinensi*, & *Lugdunensi*, quarum mentionem feci, veluti tomus tertius, addita est. Nec tamen SPONDANO censorias effugere animadversiones licuit. Nam præter *Leonem* ALLATIUM *in diatrib. de* Nilis *p.* 52. & *in notis ad* Georgium Acropolitam *p.* 251. *Hieronymus* de MARINIS sub anagrammatico nomine *de* ARMINIS *observationes* in SPONDANI *Annales* a. 1656. 4. edidit, iisque expendit nonnulla ejus de principibus quibusdam, ac nationibus, maxime *Joan.* JUSTINIANO & GENUENSIBUS, elogia.

§. II.

Scriptores alii Catholici universæ omnium temporum Historiæ Ecclesiasticæ.

I. Uberiores Historiæ tractatores primum percenseamus. Atque hos inter statim nominandus *Natalis* ALEXANDER Ordinis *Prædicatorum*. Eju *Historia Ecclesiastica Novi Testamenti* cum inscriptione: *Selecta Historiæ Ecclesiasticæ capita*, *&* *in Loca ejusdem insignia dissertationes Historicæ, Chronologicæ, criticæ, dogmaticæ*, primum *Parisiis* ab a. 1676. ad annum 1686. 8. quatuor ac viginti, sive ut alii numerant, sex ac viginti voluminibus, deinde cum quibusdam additamentis ibidem 1687. 8. lucem vidit. Quo opere Historiæ Ecclesiasticæ posterioris fœderis confecto, auctor operam in Historia sanctiore prioris fœderis enarranda posuit; hancque *Parisiis* 1689. 8. sex tomis juris publici fecit. Utraque Historia cum veteris, tum novi Testamenti postea conjunctim prodiit hoc titulo: *Historia Ecclesiastica Veteris Novique Testamenti ab orbe condito ad annum post* Christum *natum millesimum sexcentesimum, & in loca ejusdem insignia dis-*

ser-

sertationes historicæ, Chronologicæ, criticæ, dogmaticæ, in octo divisa tomos, ante quidem per partes; nunc autem conjunctim & adcuratius edita, rerum novarum adcessione, scholiis & indicibus locupletissimis aucta, illustrata, ornata, Parisiis 1699. fol. octo tomis. Præter observationes plurimas, in nova hac editione dissertationes aliquot, antea ab ALEXANDRO separatim publicæ luci expositæ, adcesserunt. Evulgaverat nempe *dissertationem polemicam de Confessione Sacramentali adversus libros quatuor* Joann. DALLÆI Calvinistæ, *divinam ejus institutionem & usum in Ecclesia perpetuum impugnantis*, Parisiis 1678. 8. *Dissertationum Ecclesiasticarum triadem*: primam *de divina Episcoporum supra Presbyteros eminentia* adversus BLONDELLI *Apologiam sententiæ* HIERONYMI *de Episcopis & Presbyteris cum quæstione de Chorepiscopis*: secundam *de sacrorum ministrorum cælibatu; sive de historia* PAPHNUTII, *cum* Nicæno *Canone concilianda*, ac tertiam *de vulgata Scripturæ Sacræ versione*, Parisiis 1678. 8. Quam ultimam quum *Claudius* FRASSENIUS impugnasset, atque auctorem illius perstrinxisset acriter, tamquam „ Historiæ Ecclesiasticæ compilatorem & hæreticorum exscriptorem, virum, qui hæreticis blanditur, sciolum temerarium, ALEXANDER *opposuit* dissertationem Ecclesiasticam, Apologeticam, & anticriticam adversus *Claudium* FRASSEN; seu dissertationis *Alexandrinæ* de vulgata Scripturæ Sacræ versione vindicias, *Parisiis* 1682. 8. “ Ediderat quoque *dissertationes historicas & criticas* pro S. *Thoma* AQUINATE, Parisiis 1680. 12. Omnes has dissertationes, jam litteris descriptas, ALEXANDER in memoratam novam editionem Historiæ suæ Ecclesiasticæ transtulit; nec has solum; sed etiam „ novam dissertationem, his maxime necessariam temporibus, adversus errores *Beguardorum*, in *Quietistis* redivivos, qua spuriorum mysticorum fanaticum systema funditus evertitur,

„ tur,

„ tur, & periculosa dogmata refelluntur. " Addita sunt scholia, quorum occasionem „ indicu- „ lus Anonymus Religiosorum quorumdam censo- „ rum *prabuerat*. " In illo enim censores ALEXANDRI *Historiam Ecclesiasticam* ob varios errores reprehenderant; ALEXANDER autem ut ab Adversariis his se defenderet, scholia ista scripsit. Ita locupletata nova editio iterum iterumque in lucem exiit, Parisiis 1715. 1726. 1736. fol. Lucæ 1734. fol. notis & animadversionibus aucta & castigata studio *Constant.* RONCAGLIA novem voluminibus, rursus ibidem novem item voluminibus in fol. additis Cl. *Joan. Dominici* MANSII animadversionibus, & postea *Venetiis* sæpe cum novem in fol. tum 18. voluminibus in 4. Habuit ALEXANDER inter eruditos viros, qui illum oppugnarunt; *Cœlestinum* SFONDRATUM *in Gallia vindicata* p. 161. *Franciscum* d' ENGHIEN, qui edidit *auctoritatem Sedis Apostolicæ pro Sancto* GREGORIO *Papa VII. vindicatam adversus* Natalem ALEXANDRUM, Coloniæ 1684. 8. (*a*) *Jacobum le* FEURE *de la* BASTILLE (*b*), *Antonium* CHARLAS in libro inscripto: „ Caussa re- „ galiæ penitus explicata; seu responsio ad disser- „ tationem " Natalis ALEXANDRI *de jure regaliæ*, Leodii 1687. 4. aliosque (*c*).

(*a*) Hunc ALEXANDER confutavit *diss. VI. sæc. XV. & XVI.*

(*b*) Ediderat is *Remarques critiques sur l'histoire Ecclesiastique de Noel* ALEXANDER; sed hæ adnotationes suppressæ fuerunt, nec nisi duo earum exempla servata fuisse dicuntur.

(*c*) Nolim his adcenseri *Eliam* VEIELIUM *Lutheranum*, qui *Ulmæ* an. 1699. nescio quam dissertationem vulgavit adversus *Natalem*. Audi impudentissimum operis titulum, & stomachare: *Dissertatio Isagogica in selecta Historiæ Ecclesiasticæ capita*; sive *in dissertationes historicas, Chronologicas, Criticas, Dogmaticas* Natalis ALEXANDRI,

DRI, *in qua, tamquam in breviario, adductis viri clarissimi, & domesticorum fidei propriis verbis, graves illius ac plurimae in multis, magnique momenti capitibus cum sodalibus dissensiones acresque censurae producuntur, ac ostenditur, adversarium veritatis Evangelicae tam gravem caussae Pontificiorum plus offecisse, quam Protestantium, simulque decus Imperatorum* Romano-Germanicorum *contra acerbas* Gallicani *Scriptoris criminationes paucis vindicatur ac pietas D.* LUTHERI, *& parastarum adseritur.*

II. *Claudius* FLEURY *Natalem* sequatur. Celebris est ejus *Histoire Ecclesiastique*, cujus viginti tomos a nato Christo ad annum 1414. Auctor in lucem emisit. Prodierunt illi *Parisiis* ab anno 1691. usque ad annum 1720. 4. quae editio est elegantissima. Post eam iterum in conspectum publicum isti venerunt: *Parisiis* 1717. 1718. 8. *Bruxellis* ab anno 1692. ad annum 1721. 8. & ad viginti hos tomos studio FABRI adjuncti sunt sex ac decem alii, ut opus continuaretur, atque ita amplius fieret, sub titulo: „ Histoire Ecclesiastique „ pour servir de continuation a celle de feu M. „ FLEURY. " Adspexerunt illi lucem itidem cum *Parisiis* 4. tum *Bruxellis* 8. ab anno 1726. ad annum 1740. Composita quoque est interpretatio *Germanica* historiae hujus *Francofurti* ab an. 1752-4. edita; antea autem similis versionis tomus primus cum Praefatione *Chr. Ernest.* SIMONETTI, *Goettingae* 1746. 4. exiit. Praefationes, ac Dissertationes, quae opere hoc continentur, ac varias adnotationes, ad Historiam Ecclesiasticam ejusque studium pertinentes, complectuntur, separatim luci publicae expositae sunt sub titulo: „ Discours „ sur l' Histoire Ecclesiastique par M. l' Abbè „ FLEURY, " Parisiis 1724. 8. duobus tomis, quibus postea tertius adcessit in Indicem librorum prohibitorum jure illatus. Tres priores harum dissertationum jam antea prodierant, sub eadem in-

scri-

ſcriptione, *Pariſiis* 1708. 12. Quam periculoſæ lectionis opus hoc ſit, docent opuſcula quædam, quæ *Avenione*, *Mechliniæ*, ac *Venetiis* tribus tomis comprehenſa exierunt. Prodiit quidem „ Juſtification des diſcours, & de l' Hiſtoire Eccleſiaſtique de M. l' Abbè FLEURY, contre les „ reproches & les calomnies de quelques religieux „ *Flamans* contre cet hiſtorien, principalement au „ ſujet de la doctrine du clergè de *France*, & de „ pluſieurs abus introduits dans l' Egliſe, " Nanceji 1736. 8.; ſed vide quid de hac Apologia ſenſerit Auctor Diarii litterarii, quod inſcribitur *Bibliotequé raiſonnée*, *T. XVIII. p.* I. *pag.* 8. & *T. XVIII. part.* II. *pag.* 250. (*a*) Tria hujus hiſtoriæ compendia habuimus. Primum a *Franciſco* MORENAS *Avenionenſi* hoc titulo: „ Abregè de l' „ Hiſtoire Eccleſiaſtique de M. FLEURY, conti- „ nuèe juſqu' en 1750.: " conſtat 10. volum. in 12. Alterum dedit 21. Novembris ann. 1757. *Romæ* jure ac merito proſcriptum *Queſnellianus* effrons Anonymus, quem D. RACINE eſſe ferunt: XIII. illud voluminibus in 12. concluditur; fingiturque *Coloniæ* editum, recuſumque 1754. titulus operis eſt: „ Abregè de l' Hiſtoire Eccleſiaſtique conte- „ nant les èvenemens conſiderables de chaque ſiè- „ cle, avec des Reflexions. " His voluminibus additur epiſtolarum volumen, in quibus D. MORENAS omni conviciorum, & calumniarum genere proſcinditur. Prænotatur: *Lettres d'* Euſebe PHILALETHE *a M.* François MORENAS *ſur ſon prétendu Abregè de l' Hiſtoire Eccleſiaſtique de M.* FLEURY, Leodii 1757. Tertium hæretici hominis eſt, qui tamen, ut errorum ſuorum patronum in Catholico Scriptore incautis obtruderet, *Claudii* FLEURY Breviarium quoddam in operis titulo mendaciſſime pollicitus eſt. *Bernæ* vulgatum eſt hoc *Abregé de l' Hiſtoire Eccleſiaſtique de Monſ.* FLEURY ann. 1766. dignum ſane opus, quod

Ro-

Romani Fidei Quæsitores ann. tandem 1770. Kalendis Martii configerent.

(*a*) Confer P. ZACHARIAM in Antifebronio T. 1. Cæsen. edit. *pag.* 266. *seqq.*

III. Alios jam Scriptores breviore stylo prosequamur. I. *Franciscus Timoleo* CHOISY edidit *Parisiis* undecim tomis in 4. *Histoire de l' Eglise*. Primus eorum prodiit ibi 1703. secundus 1704. tertius 1705. quartus 1706. quintus 1712. sextus 1713. septimus 1714. octavus 1715. nonus 1719. decimus 1721. & undecimus 1723. 4. Opus hoc confectum est in usum non tam eruditorum atque in rebus ecclesiasticis exercitatorum; quam eorum, qui aut litterarum plane expertes sunt, aut ad studia civilia animum adpulerunt. II. *P. Ignatius Hyacinthus* AMAT de GRAVESON „ Historia Ecclesiastica, variis colloquiis digesta, ubi pro Theologiæ candidatis res præcipuæ, non solum ad historiam; sed etiam ad dogmata, criticam, chronologiam & ecclesiæ disciplinam pertinentes, per breves interrogationes, & responsiones perstringuntur & in præclaro ordine collocantur; distributa vero in tomos novem, & continuata a sæculo primo, usque ad annum 1721. " quę historia prodiit primum *Romæ* ab anno 1717. 8. novem tomis: deinde *Venetiis* 1726. tribus voluminibus, ac *Augustæ Vindelic.* 1727. fol. duobus tomis. III. Cardinalls *Josephus Augustinus* ORSI *Florentinus* Ordinis Prædicatorum, qui *Romæ* in 4. & in 8. ann. 1747. divulgare cœpit Historiam Ecclesiasticam hoc titulo: *della Istoria Ecclesiastica descritta ec.* Tomos XX. & unum edidit: morte autem Auctoris interceptum opus *P. Philippus Angelicus* BECCHETTI ejusdem ordinis magno plausu prosequitur., atque anno 1774. quintum jam volumen emisit, quo prima & secunda pars noni [Eccle-

clesiæ sæculi continetur (*a*): IV. *P.* *Hadrianus* DAUDE S. J. anno 1748. *VVirceburgi* Tomum 1. exhibuit magni operis inscripti: „ Historia Universalis, & pragmatica *Romani* Imperii, Regnorum, Provinciarum una cum insignioribus monumentis Hierarchiæ Ecclesiasticæ ex probatis Scriptoribus congesta, observationibus criticis aucta, atque ad Theologiæ positivæ, jurisprudentiæ, ac Philosophiæ peculiarem usum Reflexionibus dogmaticis, politicis, & chronologicis illustrata. " Secundi porro tomi primam & secundam partem totidem voluminibus quum edidisset, morte abreptus est. Præstantissimæ historiæ continuandæ onus susceperat *P.* *Thomas* GREBNER; verum hactenus ab eo non adcepimus nisi *Daudiani* operis compendium ad nostra tempora perductum tribus grandioribus voluminibus in 8. inscriptis *Compendium historiæ universalis, & Pragmaticæ*, quorum primum continens octo priora sæcula prodiit *VVirceburgi* 1757. secundum priora quinque medii ævi sæcula complectens 1761. tertium postrema quinque recentioris ævi Christiani sæcula exhibens 1764. V. Tandem *Gaspar* SACCARELLI Congreg. Oratorii Romani Presbyter ann. 1771. Romæ vulgare cœpit „ Historiam Ecclesiasticam per annos digestam, variisque observationibus illustratam 4.

(*a*) Vide quæ de hoc Tomo tradiderunt auctores diarii quod *Pisis* vulgatur inscriptum: *Giornale de' letterati* Tom. xviii. art. vi. p. 209.

IV. Non plane omittenda Historiarum Ecclesiasticarum compendia. In his præter BARONII & SPONDANI, itemque D. FLEURY jam indicatas epitomas *Michaelis* BUCHINGERI *historia Ecclesiastica*, Moguntiæ 1560. quæ duplicem faciem exhibet: altera est Ecclesiæ Catholicæ, quę pars præcipue catalogo Pontificum Romanorum à

S. PETRO usque ad PAULLUM IV. absolvitur, altera vero Ecclesiæ antichristianæ, ubi de tyrannis, hæreticis & falsis fratribus agitur. *Petri* a STREITHAGEN *Florus Christianus*; *sive Historiarum de rebus Christianæ Religionis Libri* IX. Coloniæ 1640. 8. *Ignatii* BOMPLANI *historia Christianarum rerum a Christi ortu ad nostra usque tempora*, Romæ 1665. 12. *Augusti* RIBOTHI *Florus Christianus, hoc est, totius historiæ Ecclesiasticæ epitome, duodecim Libris collecta, a Christo genito ad nostra tempora* Parisiis 1666. 1677. 12. Sed omnes antecellit tum *Herberti* ROSWEIDI *historia Ecclesiastica a Christo nato usque ad Pontificatum* Urbani VIII. in duos tomos divisa, Antuerpiæ 1625. fol. tum *Jo.* CABASSUTII *notitia Ecclesiastica historiarum, Conciliorum, & Canonum invicem collatorum veterumque juxta, ac recentiorum Ecclesiæ rituum ab ipsis Ecclesiæ Christianæ incunabulis ad nostra usque tempora secundum cujusque sæculi seriem accurate digesta*; cujus utilissimi operis sexta editio Venetiis a. 1752. apud *Laurentium Basilium* curata est. Atque hæc quidem Historiæ breviaria superiore sæculo habuimus: Nostro autem sæculo, quæ subjicio.

Histoire de l'Eglise &c. quæ deinde *Venetiis* prodiit *Selvaggio* CANTURANO interprete quatuor tomulis in 12. prænotata: *La storia della Chiesa dal principio del mondo sino al presente espressa in ristretto*. In vetitorum Librorum indicem relatum opus a. 1719. (*a*).

Abregè Chronologique de l'historie Ecclesiastique (*b*), Parisiis 1752. Tom. II. 8. Primus ab anno I. Æræ Christianæ ad 1200. secundus ab an. 1201. ad 1700. Historiam perducit, Et hoc Breviarium Italice redditum *Venetiis* prodiit quatuor tomis in 8. confixumque est *Romæ*.

Fr. *Joan. Laurentii* BERTI *Augustiniani Ecclesiasticæ historiæ Breviarium*, sæpius editum. Quinta editio Neapolitana a. 1766. duobus tomis con-

stat

ſtat in 8. ceterisque auctior eſt *Iſagoge* (ejuſdem BERTI) ad ſacram Geographiam, auctario ad annum uſque 1766. Breviario Hiſtoriæ Neapolitanæ, & indicibus VIII. Chronologicis.

(*a*) Opus hoc Romanæ Sedi inſenſiſſimum a *Ludovico Ellies* du PIN profectum eſt.
(*b*) Auctor *Philippus* MACQUER advocatus.

§. III.

Catholici Scriptores qui hiſtoriam Eccleſiaſticam univerſam quidem, ſed certorum temporum tradiderunt.

I. In his percenſendis ſæculorum, quorum Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcriptis ſuis commendarunt, ordinem ſequar. Prodeat primus *Ambroſius* GARDEBOSC: *Hiſtoria Eccleſiaſtica a Chriſti ortu ad hanc uſque ætatem ſynopſis & in omnia ejuſdem controverſa capita diſſertationes*, cujus Hiſtoriæ ſæculum primum, ſive tomus primus prodiit *Toloſæ* 1713. fol. Alterum quoque ſæculum edidit, nec ultra progreſſus eſt. Huic addatur *Petrus* FAYDIT, qui anno 1695. 8. vulgavit *Eclairciſſemens ſur la doctrine & l'hiſtoire Eccleſiaſtique de deux premiers ſiecles*. Sæculum quoque ſecundum non prætergreditur inſigne opus Præſulis *Franciſci* BLANCHINII a *Joſepho* Nepote an. 1752. *Romæ* evulgatum hoc titulo: *Demonſtratio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quadripartitæ* comprobatæ *monumentis pertinentibus ad fidem temporum, & geſtorum* fol. (*a*) Proximum locum depoſcunt *Caroli* SIGONII *hiſtoriæ eccleſiaſticæ Libri* XIV. (ad annum CCCXI. pertingunt) *nunc primum e MS. Codice Bibliotheca* Vaticanæ *in lucem emiſſi* cum prolegomenis *Horatii* BLANCI, Mediolani Tom. IV. part. 2. ejus operum, & duobus tomis in 8. 1734. Ultra quintum ſæculum haud progrediuntur Fr. *Joan. Laurentii* BERTI

dissertationes historicæ, quæ tribus voluminibus in 4. *Florentia* primum a. 1753. 16. excusæ, deinde *Bassani* quatuor Tomis in fol. ann. 1769. iterum emissæ. Primum utriusque editionis volumen illustriores epochas sex dissertationibus exponit, & ad Christiana sæcula adcommodat; in secunda autem editione adcessit *historia* Evangelica brevioribus Prælectionibus explicata. Volumen secundum historiam trium priorum sæculorum continet, in *Bassanensi* editione auctam dissertatione *de scriptis Patrum duorum priorum sæculorum*. Volumen tertium quarti & quinti sæculi Ecclesiasticam historiam complectitur; quartum *Bassanensis* editionis reliqua ad quintum sæculum pertinentia (*b*). Sex prioribus Ecclesiæ sæculis continetur celeberrimum *Sebastiani Nani* TILLEMONTII opus inscriptum: *Memoires pour servir a l' histoire ecclesiastique de six premiers siecles, justifies par les citations des auteurs originaux, avec une chronologie, ou l' on fait un abregè de l' histoire ecclesiastique & profane, & des notes pour eclaircir les difficultes des faits & de la chronologie*. Opus hoc in publicum exiit *Parisiis* ab anno 1693. ad annum 1712. 4. sex ac decem tomis, quæ editio est splendida, adcurata, ac reliquis postea in lucem emissis, dignitate & pretio superior. Iterum enim illud prodiit cum *Bruxellis* ab anno 1694. ad annum 1730. 8. decem tomis, ac *Venetiis* totidem tomis in 4. 1732. (*c*)

(*a*) Adi historiam litterariam Italiæ *Tom. xi. pag.* 307. *seq.*

(*a*) Plura, quæ recolantur, digna in has dissertationes adnotavit Auctor historiæ litterariæ Italiæ *Tom. viii. p.* 376. 397. *&* *Tom. ix. p.* 338. 378. *& Vol. I.* Annalium litterariorum Ital. *P. II. p.* 112. 126. Qui secundam editionem curavit, adjectis quibusdam in reprehensa loca adnotationibus aut Auctorem hunc refellere, aut suum emendare debuerat: aliquid tum præstitisset lectoribus perutile, ac laude dignum.

(*c*) Pe-

(*c*) *Petrus* FAYDIT cujus antea memini, edidit *Memoires sur les memoires de M.* de TILLEMONT, quę nullius pretii sunt. In multis tamen fatendum est, TILLEMONTIUM errasse; quod passim ostendunt BOLLANDIANI in Actis Sanctorum.

II. Plura saecula alii exposuerunt. Huc spectant *Claudii* ESPENCÆI *apophtegmes ecclesiastiques, ou plutot abregè de l' histoire, contenant tous les faits & dits memorables avenus depuis la mort de* Jesus Christ *jusque a l' Impereur* Phocas. Parisiis 1578. 12. cum primis vero Episcopi *Antonii* GODEAU *histoire de l' Eglise depuis la naissance de* Jesus Christ *jusqu' au* ix. *siecle*, avec *un abregè de l' histoire depuis* Adam *jusqu' a notre Seigneur*. Bruxellis 1697. 8. sex tomis, quae est editio sexta, antea autem historia haec lucem viderat *Parisiis* 1653. fol. tribus voluminibus: ibidem 1663. 1674. fol. tribus tomis, 1690. 8. quinque voluminibus: in *Belgio* 1680. 12. & *Venetiis* Italice curante doctissimo Antistite *Arnaldo* SPERONI. Huc pertinent Comitis *Fausti* VERDELLI *Successi della Chiesa* fin al 1002. Romae 1633. Duodecim priora saecula sex tomulis in 12. persequutus est P. *Josephus* POHL. Viennae: editi sunt 1753. 1759. hoc titulo: *Manuductio ad historiam Ecclesiasticam*.

III. Recentiorum temporum historiae hae sunt 1. *Roveri* PONTANI *vera narratio rerum ab anno* 1500. *usque ad annum* 1549. *in republica Christiana memorabilium*, Coloniae 1559. fol. maxime *Sleidano* opposita atque ex commentariis NAUCLERI, JOVII, atque aliorum sumpta. 2. *Michael David* de la BIRARDIERE, Historia Ecclesiastica ab anno 1517. ad 1547. Parisiis 1705. 12. 3. „Alonsus FERNANDEZ, historia Ecclesiastica de nuestros „tiempos de la conversion de Idolatres y redu„cion de Hereges, Toleti 1611. fol. 4. Memoires „Chronologiques, pour servir a l' histoire ecclesia„stique depuis 1600. jusqu' an. 1716. avec des re-

 „fle-

„ flexions & des remarques critiques, „ sine mentione loci 1723. 8. quatuor tomis. Auctor est P. d' AURIGNY S. J.

§. IV.

Præcipui inter hæreticos historiæ Ecclesiasticæ universæ Scriptores.

I. *Centuriæ Magdeburgenses* huic censui præmittendæ. Inscriptum id opus : „ Ecclesiastica historia integram Ecclesiæ Christi ideam, quantum „ ad locum, propagationem, tranquillitatem, doctrinam, hæreses, ceremonias, gubernationem, schismata, synodos, personas, miracula, martyria, „ religiones extra Ecclesiam, & statum imperii politicum adtinet, secundum singulas centurias „ perspicuo ordine complectens, singulari diligentia, & fide ex vetustissimis & optimis historicis, „ patribus, & aliis Scriptoribus congesta per aliquot studiosos & pios viros in urbe Magdeburgica. „ Lucem vidit primum *Basileæ* ab anno 1559. usque ad 1574. fol. tot voluminibus, quot sunt centuriæ, tres nimirum, ac decem : deinde itidem *Basileæ* 1624. fol. cura *Ludovici* LUCII cujus editionis, quamvis sit nitidior, minor tamen ejus existimatio. In ea enim non solum epistolæ dedicatoriæ omissæ sunt; sed etiam varia loca, *Calvini* adseclis placendi studio corrupta atque interpolata sunt. Datum est operi huic nomen *centuriarum*, quia id Auctores in centurias ita descripserunt, ut singuli tomi annorum complecterentur centuriam : *Magdeburgensium* autem, quod priores tomi *Magdeburgi* compositi sunt. Princeps earum auctor extitit *Matthias* FLACIUS, aliique se tamquam socios laboris, ad eum adjunxerunt, in quorum numero sunt *Martinus* COPUS, *Jo:* WIGANDUS, *Matth.* JUDEX, *Basilius* FABER, *Pancratius* VELDPOCK, *Andreas* CORVINUS,

Tho-

Thomas HOLTHVTERUS. In excerpendis Scriptoribus operam suam collocarunt *Ambrosius* HIDFELD, *David* CICELERUS, *Caspar* LEUNCULUS, *Gull.* RADENSIS, *Nicol.* BEUMULLERUS, *Bernardus* NIGER, *Petrus* SCHROEDER. In singulis centuriis, quarum ultima est tertia ac decima historia Ecclesiastica ad sex & decem capita revocatur. *Primum* eorum totius sæculi conspectum velut in tabula exhibet: *secundum* exponit de propagatione Ecclesiæ, atque ostendit, quibus in locis ac regionibus, quave ratione doctrina Evangelii fuerit recepta: *tertium* de persequutione Ecclesiæ, deque ejusdem tranquillitate & pœnis persequutorum: *quartum* de doctrina Ecclesiæ; fatis ejus per singulos locos Theologicos: *quintum* de hæresibus, hæreticorum erroribus, horumque fontibus ac confutationibus: *sextum* de ceremoniis, ac ritibus ecclesiasticis: *septimum* de politia, seu de gubernatione Ecclesiæ, ubi & de bibliothecis, de scholis, de officio magistratus in juvanda gubernatione, & disciplina Ecclesiastica, deque primatu Papæ agitur: *octavum* de schismatibus, ac certaminibus levioribus: *nonum* de conciliis: *decimum* de vitis Episcoporum, ac doctorum: *undecimum* de hæreticis seu seductoribus; iis nimirum ipsis, de quibus, quum de falsis eorum dogmatibus jam antea dictum fuisset: *duodecimum* de Martyribus: *decimumtertium* de miraculis & prodigiis: *decimumquartum* de rebus Judaicis externis, seu politicis: *decimumquintum* de aliis religionibus extra Ecclesiam Christi, Judaismo & Gentilismo, & a sæculo septimo Muhametanismo: *decimum sextum* de mutationibus politicis in imperiis. Ad XIII. sæculum opus perducitur. *Justus Jacobus* HAUCHIUS novam adgressus est editionem Centuriarum Magdeburgensium, eamque correctam atque auctam, cujus *& voluminis* I. *liber primus*, Norimbergæ 1757. ac *liber secundus*, ibidem 1758. 4. in conspectum orbis eruditi venit, cum Præfationibus Joann. Salom.

SEMLERI, ac sub titulo: „ Centuriæ Magdeburgenses; seu Historia Ecclesiastica novi Testamenti, cum variorum Theologorum continuationibus ad hæc nostra tempora, quas excipient supplementa emendationum, defensionum, illustrationumque ad priores centurias XIII. “ Compendium earum *Franciscum* BURGOINUM edidisse, sunt qui velint; de quo tamen alii tacent ac dubium fere esse videtur, num id in lucem omnino prodierit, nec ne. Notissimæ contra sunt *Lucæ* OSIANDRI „ Epitomes Historiæ Ecclesiasticæ centuriæ XVI., in quibus breviter & perspicue commemoratur, quis fuerit Status Ecclesiæ „ Christi, a nativitate Salvatoris usque ad annum „ 1600. “ Opus hoc quatuor voluminibus comprehenditur 4. Priores octo centuriæ lucem viderunt *Tubingæ* ab anno 1592. ad 1602. quibus editis centuria sexta ac decima, ceteris uberius descripta, ibidem 1602. 1603. exiit, hancque reliquæ centuriæ, a nona ad quintam ac decimam, *Tubingæ* 1604. sequutæ sunt. Sex priores centuriæ iterum prodierunt *Tubingæ* 1607. 4. Epitome hæc in sermonem Germanicum conversa est, interprete *David* FOERTERO, *Francofurti* ab anno 1597. ad annum 1608. 8. prodiitque etiam *Suecice* cura *Erici* SCHROEDERI, *Holmiæ* 1635. fol. Ex epitome hac Germanicum compendium fecit *Joann.* VALENTINUS ANDREÆ una cum *Joan. Bernard.* WAGNERO *Argentorati* 1620. 12.

II. Plures ex Catholicis ad *Centurias* refellendas studium adjecerunt I. *Conradus* BRUNUS „ In „ admonitione Catholica adversus novam historiam ecclesiasticam, quam *Matthias Illyricus*, & „ ejus collegæ *Magdeburgici* per centurias nuper „ ediderunt, ne quisquam illis malæ fidei historicis novis fidat, “ Dilingæ 1565. 8. qua quamvis tantum contra titulum, epistolam dedicationis ac præfationem centuriæ primæ dimicasset; FLACIUS tamen opposuit: „ Refutationem invectivæ

„ BRU-

„ BRUNI contra centurias Historiæ Ecclesiasticæ.
„ Accesserunt & alii libelli diversorum scriptorum,
„ tum ad confirmationem illorum narrationum;
„ tum aliqui ad præsens institutum cumprimis fa-
„ cientes," Basileæ 1566. 4. II. *Guilielmus* EY-
SENGREINYUS, cujus liber hujus inscriptionis
prodiit: „ Contenarii XVI. continentes descriptio-
„ nem rerum memorabilium, in orthodoxa & Apo-
„ stolica Christi Ecclesia gestarum, adversus no-
„ vam historiam Ecclesiasticam, quam *Matthaus*
„ FLACIUS *Illyricus*, & ejus Collegæ *Magdebur-*
„ *gici* contra verum Dei cultum verasque Ecclesiæ
„ Catholicæ ceremonias, scriptis vetustissimorum
„ historicorum depravatis & corruptis nuper edide-
„ runt." *Centenarius* 1. Ingolstadii 1566. ac *cen-
tenarius* 11. Monachii 1568. fol. duobus volumini-
bus. Promisit quidem auctor sex ac decem cente-
narios; duo autem tantum eorum, quantum scio,
lucem viderunt. III. *Alanus* COPUS, sive po-
tius *Nicolaus* HARPSFELDIUS, cujus exstant:
„ Dialogi sex contra Summi Pontificatus, mona-
„ sticæ vitæ, Sanctorum, sacrarum Imaginum op-
„ pugnatores, & *Joan.* FOXI *Martyrologium*,
Antuerpiæ 1566. 1573. 4. quorum dialogorum non
COPUM, sed HARPSFELDIUM Auctorem es-
se, litteræ, quæ sub finem dialogi sexti sunt
A. H. L. N. H. E. V. E. A. C., id est, *Au-
ctor hujus libri* Nicolaus HARPSFELDIUS;
edidit vero eum Alanus COPUS, indicant.
IV. *Petrus* CANISIUS, cujus *Commentariorum de
verbi Dei corruptelis*, duo tomi *Ingolstadii* 1583.
Lugduni 1584. fol. adversus Centuriatores compo-
siti, lucem viderunt, postquam antea separatim
editi fuerant, prior de JOANNE BAPTISTA, *Di-
lingæ* 1571. 4. posterior de Beatissima MARIA Vir-
gine, *Ingolstadii* 1577. V. *Franciscus* TURRIA-
NUS *Libros* V. *adversus* Magdeburgenses *Centu-
riatores*; *pro Canonibus Apostolorum & Epistolis de-
cretalibus Pontificum Apostolicorum*, Florentiæ 1572.
Colo-

Coloniæ 1573. 4. cui responderunt *Joan.* DALLÆUS *Libris de pseudepigraphis Apostolicis*, David BLONDELLUS in *Turriano vapulante* ac multi alii. VI. *Gilbertus* GENEBRARDUS, qui in posterioris partis *Chronici* sui sæpius editi, titulo profitetur, se *Centuriatorum impietatem, mendacia, imposturas coarguere & doctrinæ Catholicæ continuationem ad singulorum sæculorum coronidem ostendere.* VII. *Onuphrius* PANVINIUS Libris *de Primatu* PETRI *& Apostolicæ Sedis potestate* contra centuriarum auctores, *Veronæ* 1589. 4. *Venetiis* 1591. 4. Princeps autem eorum, qui *Centurias* oppugnarunt, BARONIUS est in *Annalibus*, de quibus supra diximus.

III. Ceteros *Lutheranos* paucis nunc adscribo, eorumque, hoc de argumento, Libros Latinos; neque enim in Germanicis titulis describendis immorari placet,

Exstant igitur.

Joh. PAPPI *epitome historiæ Ecclesiasticæ*, Argentorati 1584. 8. Vitembergæ 1611. 12.

,, Joh. MICRAELII Syntagma hystoriarum Ec-
,, clesiæ omnium, quo ab ADAMO Judaicæ, &
,, a Salvatore nostro Christianæ Ecclesiæ, politicæ,
,, ritus, persequutiones, transplantationes, halcyo-
,, nia, doctores, Synodi, hæreses, & schismata
,, proponuntur.

Hieronymi KROMAYERI *Ecclesia in politia, id est, historia Ecclesiastica centuria* XVI. *cum præsente dimidiata*, Lipsiæ 1666. 1673. 4.

Joan. STUBNERI *Tabula synoptica in historiam Ecclesiasticam Novi Testamenti*, Norimbergæ 1684.

Joan. Georgii LAYRIZII *Synopsis historiæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti*. Lipsiæ 1697. 12. iterum edita non solum cum adnotationibus perpetuis 1700. 12. sed etiam cura *Joan. Christ.* MESSERSCHMIDII aucta atque ad nostrum tempus continuata, Vitembergæ 1760. 8.

Christiani KORTHOLTI, ni malis *Sebastiani*

NIE-

NIEMANNI *historia Ecclesiastica Novi Testamenti κατ' ἐπιτομὴν a Christo nato, usque ad seculum* XVII. *sistens statum Ecclesiæ sub Imperatoribus, schismata, hæreses, Synodos, ac Ecclesiæ doctores*, quæ post auctoris obitum in lucem exiit *Lipsiæ* 1697. 4. iterum *Hamburgi* 1708. 4.

Adami RECHENBERGII *Summarium historiæ Ecclesiasticæ*, Lipsiæ 1697. 12. 1700. 1709. 1714. quæ in titulo editio sexta dicitur, 1729. 1735. *Vitembergæ* 1748. 8. cum *Joachimi Samuel* WEICKHMANNI præfatione de *prudentia in sanctioris historiæ studio necessaria causis*. H. G. WELANDUS edidit *tabulas in* Rechenbergianum *historiæ Ecclesiasticæ summarium*. Lipsiæ 1706. 12.

Joan. Andreæ SCHMIDII *compendium historiæ Ecclesiasticæ*, Helmstadii 1701. 1704. 8. 1709. 8. ac cum ejusdem *historia Ecclesiastica veteris Testamenti*, in tres partes divisum, cura *Christiani Gottlieb.* JOECHNERI, qui præfatus est, & supplementa addidit, *Lipsiæ* 1739. 8.

Christiani Eberhardi WEISMANNI *introductio in memorabilia Ecclesicstica historiæ sacræ Novi Testamenti, maxime vero seculorum primorum & novissimorum, ad juvandam notitiam Regni Dei & satanæ, cordisque humani salutarem concinnata*, duobus tomis, quorum prior *Tubingæ* 1718. posterior autem eodem loco 1719. 4. lucem vidit. Primam editionem hanc sequuta est secunda emendata, atque aucta, *Halao* 1745. 4.

Christophori Matthiæ PFAFFII *Institutiones historiæ Ecclesiasticæ*, Tubingæ 1721. 1727. 1741. 8. quæ duæ posteriores editiones multum locupletatæ ac notis ita instructæ sunt, ut notitiæ Scriptorum de singularibus Historiæ Ecclesiasticæ argumentis comparandæ, inserviant.

Joan. Laurentii MOSHEMII *Institutiones historiæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti*, Jenæ 1727. 8. quas auctor postea ita mutavit atque emendavit, ut opus novum, a veteri sententiis pariter, harumque ordi-

ordine, ac verbis maxime diversum, perficeret. Duæ sunt illius partes, quarum prior inscripta: *Institutiones historiæ Christianæ antiquioris*, Helmstadii 1736. 8. posterior titulo: *Institutiones historiæ Christianæ recentioris*, ibidem 1741. 8. in lucem prodiit. Adornata est editio tertia hujus inscriptionis: „ Institutionum historiæ Ecclesiasticæ „ antiquæ & recentioris Libri quatuor, ex ipsis „ fontibus insigniter emendati, pluribus accessioni- „ bus locupletati, variis observationibus illustrati, Helmstadii 1755. Has MOSHEMII institutiones Anglice reddidit, notisque illustravit *Archibaldus* MACLAINE, ex Anglico autem Italice versas a D. *Patritio* ROSELLI, & nonnullis, quæ tamen & nimis paucæ, nec satis solidæ sunt, animadversionibus a *Julio Laurentio* SELVAGGI, si superis placet, correctas typi Neapolitani a. 1769. novem voluminibus in 4. recuderunt hoc titulo: „ dell' „ Istoria Ecclesiastica antica, e moderna dalla na- „ scita di G. C. sino al principio del presente se- „ colo XVIII. in cui si considerano la di lei ori- „ gine, i Progressi, &c.

Justi Laurentii DIELII *succincta historia Ecclesiastica Novi Testamenti a Christo nato usque ad* Philippum Melanchtonem, Amstelodami 1726. ac Hildperhusæ 1750. 8. quæ tamen non est nova editio, sed novo tantum titulo distincta. In operis calce addita sunt excerpta ex dissertationibus *Ægidii* STRAUCHII de *Manichaismo*, de *Catechumenis*, de *Jansenismo*: *Jacob* THOMASII de *Petro Dresdensi*, de *Nigello*: DIELMANNI de *vocis* Papæ *ætatibus*.

„ Gottlob KRANZII Historia Ecclesiastica a „ Christo nato ad nostra usque tempora singulo- „ rum sæculorum Ecclesiæ statum in communi, „ incrementa, lumina, adversitates & Concilia si- „ stens, adjectis ex fontibus genuinis adnotationi- „ bus, Laubæ 1736. 4.

„ Conrad. Samuel. SCHURZFLEISCHII Hi-

„ sto-

„ storia Ecclesiastica, in qua Ecclesiæ status, Imperatores, Pontifices, Patres, viri docti, hæretici ac schismatici, ritus, Concilia, & Synodi exponuntur, Vitembergæ 1744. 4.

Sigism. Jacob. BAUMGARTENII *Breviarium historiæ Christianæ in usum scholarum suarum editum*, Halæ 1754. 8.

IV. *Calvinianorum* sequentes Libri sunt.

Andreæ RIVETI, *histoire de l'Eglise depuis l'envoi des Apotres jusques a l'ann.* 1620. Salmurii 1621. 4.

Danielis PAREI *historiæ Ecclesiasticæ medulla*, Francofurti 1638.

Joan. Henrici HOTTINGERI *historia Ecclesiastica Novi Testamenti* sex ac decem sæculorum, in novem tomos divisa, qui hoc ordine lucem viderunt: *enneas, seu pars prima*, quæ novem priora sæcula continet, Hanov. 1655. 8.: *dyas, seu pars secunda* sæculi decimi atque undecimi, ibidem 1655. *trias, seu pars tertia*, quæ exhibet res sæculorum XII. XIII. XIV. ibidem 1656. *Sæculum* XV., *seu pars quarta*, Tiguri 1657. *sæculum* XVI. cujus quinque partes, seu tomi sunt. Prima earum prodiit *Tiguri* 1655. secunda ac tertia eodem loco 1655. quarta ac quinta ibidem 1667. 8.

Joan. le SUEUR, sive SUDORII *histoire de l'Eglise & de l'Empire, depuis la naissance de Jesus Christ jusqu'a la fin du X. siecle*, Genevæ 1674. ac sequentibus annis 4. 1686. 12. octo voluminibus: *Amstelodami* 1730. octo tomis 4. quæ editio emendata, atque aucta fuit cum adnotationibus, tum testimoniis, antea ab auctore omissis. In ornanda ea *Benedictus* PICTETUS operam posuit & quemadmodum jam in lucem emiserat *historiam Ecclesiasticam ac civilem sæculi undecimi*, Genevæ 1713. 4. eo consilio, ut opus, a le SUEUR cœptum persequeretur, ita postea quoque sæculum duodecimum in *histoire de l'Eglise & du monde pour servir de continuation a l'histoire de Mr. le* SUEUR,

avec

avec quelques courtes dissertations & reflexions critiques, Amstelodami 1732. 4. tribus tomis illustravit.

Joh. Alph. TURRENTINI *historia Ecclesiastica compendium, a Christo nato usque ad annum* 1700., Genevæ 1734. 8. quod *Joh.* SIMON cum *continuatione ad præsens usque tempus*, iterum edidit *Halæ* 1750. 8.

Joan. Joachimi SCHROEDERI *hypomnemata historia Ecclesiastica a Christo nato secundum sæculorum ordinem digesta*, Marburgi 1737. 8.

Paulli Ernesti JABLONSKI *Institutiones historia Christiana*, Tomi tres in 8. *Francofurti ad Viadrum* 1754., & iterum 1766. Primus historiam antiquiorem; secundus recentiorem; tertius recentissimam exhibet.

V. Superest, ut heterodoxos enumeremus, qui universam quidem sed certorum temporum historiam tradiderunt. Igitur exstant

Philippi Jacobi HARTMANNI *de rebus gestis Christianorum sub Apostolis commentarius, in quo ex ipsis monimentis antiquissimis deducitur, hierarchiam Pontificiam nec a Christo institutam, nec ab Apostolis traditam*, Berolini 1699. 4. Cum Libro hoc plane eadem est: *historia antiquitatum Ecclesia Christiana, a Christi & Apostolorum temporibus concinnata* &c. *accurante* Philippo Jacobo SKLERANDRO, Berolini 1710. 4. nec ab isto, nisi solo novo ac mutato titulo, differt.

Joan. Laurentii MOSHEMII *Institutiones historia Christiana majores. Sæculum primum* Helmstadii 1739. 4.

Thomæ ITTIGII *historia Ecclesiastica primi a Christo nato sæculi selecta capita*, quibus præmissa est uberior dissertatio de scriptoribus Historiæ Ecclesiasticæ recentioribus, Lipsiæ 1709. ac ejusdem historiæ *selecta capita sæculi secundi*, cum dissertatione de scriptoribus Historiæ Ecclesiasticæ antiquioribus, ibidem 1711. 4. quæ post mortem au-

cto-

ctoris studio *Christiani* LUDOVICI in lucem prolata sunt.

Joan. CLERICI *historia Ecclesiastica duorum primorum a Christo nato sæculorum, e veteribus monumentis deprompta*, Amstelodami 1716. 4.

„ Conradi HORNEII compendii historiæ Ecclesiasticæ Liber I. II. III. quæ a Christo nato „ usque ad initium Imperii Constantini Magni „ in Ecclesia gesta sunt, complexi, Brunsvic, 1649. 4.

Joan. HENICHII *historia* Ecclesiastica *trium primorum sæculorum*, Rintelii 1669. 4. *quarti* 1670. ac *quinti* post auctoris obitum 1674. 4. quæ tamen historia Ecclesiastica cum civili conjungitur.

Laurentii ECHARDI *historia Ecclesiastica generalis a nato* Christo *ad a.* CCCXIII. Londini 1702. in fol.

Francisci BOURGOING *histoire Ecclesiastique des 4. premiers siecles*, Genevæ 1560. 2. vol. fol.

Jacobi CAPELLI *historia Ecclesiastica centuriæ quinque ab* Augusti *nativitate ad Imperatorem* Valentinianum III. Sedani 1622. 4.

Joan. Andreæ SCHMIDT *historia Sæculi* primi, secundi &c. ad VIII, *fabulis variorum maculata*, Helmestadii MDCC. MDCCXV. 4.

Georgii CALIXTI *historia de Statu rerum in Ecclesia Occidentali sæculis* VIII. IX. X. *& deinceps quando Pontificius dominatus & corruptela invaluerunt*, quæ ejusdem *adparatui Theologico*, Helmstadii 1657. & 1661. 4. adjuncta est.

Quæ de recentioribus sæculis *Reformationis*, quam jactant, scripta a Novatoribus sunt, quum ferri vix possint, (tot scatent blasphemiis, mendaciis, nugacibus fabellis) ne percenseri quidem debent. Uno tamen aut altero libro contentus ero.

Joan. FECHTII *tabula historiæ Ecclesiasticæ sæculi* XVI. Rostochii 1690. 4. cum dissertatione de ubertate & fructu historiæ illius sæculi: ejusdem: „ Historiæ Ecclesiasticæ sæculi XVI. supplementum,

„ plu-

,, plurimorum & celeberrimorum, ex illo ævo ,, Theologorum epistolis ad *Joannem*, *Erasmum*, & ,, *Philippum Marbachios* antehac scriptis; nunc vero ex Bibliotheca *Marbachiana* primum depromptis, constans, divisum in viii. libros; *Francofurti* 1684. 4.

Andr. CAROLI ,, Memorabilia Ecclesiastica ,, sæculi a nato Christo decimi septimi juxta annorum seriem notata & convenienti ordine digesta, " duobus tomis, quorum prior *Tubingæ* 1607. posterior eodem loco 1702. 4. lucem adspexit.

Joan. WOLFANGI JÆGERI ,, Historia Ecclesiastica cum parallelismo profanæ, in qua conclavia Pontificum *Romanorum* fideliter aperiuntur, & sectæ omnes recensentur &c. " ab anno 1600. usque ad annum 1700. duobus tomis, quorum prior *Hamburgi* 1709. posterior eodem loco 1717. fol. lucem vidit. Antea prima tria decennia sæculi xvii. *Tubingæ* 1692. 1693. 4. separatim prodierunt.

Christiani Guil. Francisci WALCHII *Compendium historiæ Ecclesiasticæ recentissimæ* (sæculi scilicet nostri xviii.) Gothæ 1751. 12.

ARTICULUS II.

Dissertationes Selectæ de variis Historiæ Ecclesiasticæ Capitibus.

Petri de MARCA *Opuscula, nunc primum in lucem edita, studio* Stephani BALUZII, Parisiis 1681.; item ejusdem *Dissertationes Ecclesiasticæ*, operi *de concordia Sacerdotii & Imperii*, Francofurti 1708. fol., deinde *Venetiis* ac *Neapoli* additæ, quarum aliquæ in indicatis opusculis exstant. Has quoque BALUZIUS conjunctim evulgaverat *Parisiis* 1669. 8.

Joan. Laurentii MOSHEIM *Dissertationes ad Histo-*

storiam Ecclesiasticam pertinentes, quarum volumen primum *Altonaviæ* 1733. 8., iterum cum additamentis atque emendationibus ibidem 1744., secundum autem eodem loco 1743. 8. in lucem prodiit.

Gerardi CASTEEL controversiæ Ecclesiastico-Historicæ, editio secunda *Coloniæ* 1757. 4.

CAPUT V.

Quinam Historiam Ecclesiasticam nationum pertractarint.

ARTICULUS I.

De Nationum OCCIDENTALIS *Ecclesiæ Historiæ Ecclesiastica Scriptores optime meriti.*

§. I.

Generales Scriptores.

PAullus BRITIUS Albensis Episcopus, *Progressi della Chiesa* Occidentale *per sette Secoli*, Taurini 1652. fol. Heic adferri possent, qui *de suburbicariis regionibus* scripsere; sed eos in caput ultimum rejicimus, ubi sæc. iv. de sexto Concilii *Nicæni* Canone agetur.

§. II.

Italiæ Historia Ecclesiastica generalis.

Petri Josephi CANTELII *Metropolitanarum urbium historia, civilis & ecclesiastica, in qua* Romanæ *Sedis dignitas & Imperatorum ac regum maxime* Francorum, *in eam merita explicantur*, Parisiis 1685. 4. Hoc enimvero loco placet CANTELII librum memorare, quod postquam Auctor *parte*

te prima differuit de vocibus, quæ ad Ecclesiæ administrationem pertinent; de pallio & Cruce Archiepiscoporum; de vicariis & Legatis Romani Pontificis; de Synodis Provincialibus, nationalibus, Oecumenicis; agit *parte secunda* de Romana Sede, speciatim de Provinciis & urbibus ditionis Pontificiæ; de Provinciis Sedi Romanæ olim vectigalibus; de Provincia Romani Metropolitani; *ac tertia* de Urbibus Regni Neapolitani, Siciliæ ac Sardiniæ Metropolitanis.

Dominici GEORGII „ Exercitatio Historica de „ Antiquis Italiæ Metropolibus, " Romæ 1724. 4. qua veterum testimoniis ostenditur, urbes provinciarum matres, in *Italia* potissimum & alibi passim fuisse. Disputat Auctor contra celeberrimi March. *Scipionis* MAFFEI librum *Venetiis* editum 1719. *dell' antica condizione di* VERONA *ricerca Istorica*, in quo vir summus contendit, vigente *Romano* Imperio nullam urbem præter ROMAM Metropoleos jure donatam fuisse. MAFFEJUS autem suam sententiam postea defendit, tum in *Verona illustrata*, tum in *Museo Veronensi*.

Francisci Mariæ FLORENTINII „ Hetruscæ „ pietatis origines; sive de prima Thusciæ Christianitate " a Mario FLORENTINIO filio editæ, *Lucæ* 1701. 4. In libro hoc Auctor differit de PETRI Apostoli, ejusque sociorum MARTIALIS, APOLLINARIS, EUTITII, PTOLOMÆI, ROMANI, FRONTINI, ac ROMULI peregrinationibus, in *Hetruria* Evangelii adnuntiandi caussa susceptis, atque id agit, ut ostendat, præ aliis *Thusciæ* civibus *Lucenses* fuisse, qui Religionem Christianam amplecterentur, postquam PAULLINUS, PETRI discipulus, semina illius sparsisset.

P. Octavii CAJETANI *Isagoge ad historiam sacram siculam*, Panormi 1707. 4. quæ quum per longius tempus in occulto latuisset, tandem illa in lucem prolata est. Explanat Auctor initia Christianæ Religionis in *Sicilia*, ac præter alia, PE-

TRI-

TRI in illam, ac PAULLI *Syracusas* adventum: Quæ dicuntur de antiquo MARIÆ cultu apud *Siculos*, ea etiam legere est in ejusdem opusculo „ ubi origines illustrium ædium Sanctæ Deiparæ „ MARIÆ in SICILIA ad promovendum illius „ cultum, & pietatem explicantur, “ Panormii 1663. 4., & Italice 1664. 4.

Michaelis SCAVO „ Dissertatio historico-dog- „ matica de subjectione SICILIÆ Patriarchæ *Romano*, *Panormi* 1749. 4.

Salvatoris VITALIS *Cronica sacra*, *Santuario di Corsica*, Florentiæ 1639. 4.

§. III.

Peculiaris quarumdam Italicarum urbium Historia Ecclesiastica.

Dabitur *Italo* homini, ut (quod angustiæ temporis nunc vetant de aliis *Occidentis* Ecclesiis exsequi) in Nostrarum urbium, saltem præcipuarum, Historia Ecclesiastica paullulum immoremur. Eas autem alphabetico ordine percensebimus.

ALETIUM: Julii Cæsaris INFANTINI *Lecce sacra*, Aletii 1634. 4.

AVELLINUM: P. *Francisci* de FRANCHIS AVELLINO *illustrato da' Santi*, *e da' Santuarj*, Neapoli 1709. 4.

BERGOMUM: Bartholomæi de PEREGRINIS *sacra Bergomensis vinea*, Brixiæ 1553. 4. liber rarus. Mar. MUTIO *sacra historia di Bergomo*, *ovvero*, *vite de' Santi e Beati e delle Reliquie di essa città*, Bergomi 1621. 4. Vincentii Mariæ CORONELLI *synopsis rerum ac temporum Ecclesia Bergomensis*, Coloniæ 1696. 8.

BONONIA: Celsi FALCONI, *memorie historiche della Chiesa* BOLOGNESE, Bononiæ 1649. Jo. Nicolai Pasqual. ALIDOSI *origine e fondazione di tutte le Chiese di* BOLOGNA, ivi 1633.

MASINI, BOLOGNA *perlustrata*. P. PETRACCHI *della insigne Abbaziale Basilica di* S. STEFANO *di* BOLOGNA, ivi 4. P. D. *Joan. Chrysost.* TROMBELLI, *Memorie* Istoriche concernenti le due Canoniche di S. MARIA del Reno, e di S. SALVATORE ivi 1752. 4.

BRIXIA: Bernardini FAYNI *Cœlum* BRIXIANÆ *Ecclesiæ*, *Episcoporum* BRIXIANORUM, *aliorumque Episcoporum generalium*, Ecclesiarum Brixiæ 1658. 4.

CAPUA: Michaelis MONACHI *Sanctuarium* CAPUANUM, Neapoli 1630. 4.

CATANA: Joan. Baptistæ de GROSSIS, CATANENSIS *Ecclesiæ notitia*, Catanæ 1647. duob. volum. fol.

COMUM: P. Ludovici TATTI, *Annali sacri della Città di* COMO: opus tres in decades tributum, quarum prima COMI 1663. secunda *Mediolani* 1683. ac tertia a *Josepho Maria* STAMPA revisa, emendata, ac variis observationibus aucta, ibidem 1734. 4. in lucem exiit. *Lettera di* Cajo Costantino CINONO, *in cui si cerca; qual fosse il Metropolitano di* COMO *ne' primi tempi della di lei fondazione*. Exstat Tom. xxi. *Syllog. Calog.* p. 29. 90.

FLORENTIA: Josephi RICHA *Notizie Istoriche delle Chiese* Fiorentine *divise ne' suoi Quartieri*, novem tomis in 4. quorum primus *Florentiæ* prodiit 1744. 4.

GENUA: Mariani de GRIMALDIS, *Santuario della Città di* GENOVA, ibi 1613. 4.

JUSTINOPOLIS, *Corografia Ecclesiastica, o sia descrizione della Città, e Diocesi di* GIUSTINOPOLI, Venetiis 1700. 4.

LUCA: *Belisarii* MORGANTII, de B. MARIA Matre Christi LUCÆ picta ex imagine miracula proferente, Lucæ 1591. 4. *Cæsaris* FRANCIOTTI *Historie delle miracolose Imagini, e delle Vite de' Santi Corpi, i quali sono nella Città di*

LUC-

LUCCA, ibi 1613. 4. *Gabrielis* GRAMMATICA; *Guida sacra*, Lucæ 1725. & sæpe alias. *Dominici* MANSII postea Lucensis Archiepiscopi *Diario sacro antico, e moderno delle Chiese di* LUCCA, ibi 1753. 8. Vide histor. litter. Ital. Tom. viii. p. 431.

MANTUA: Hippolyti DONESMONDI *istoria ecclesiastica* di MANTOVA. *Mantua* 1612. & 1616. 4. duob. volumin.

MEDIOLANUM: Caroli BASCAPE', *historia Ecclesiæ* MEDIOLANENSIS, 1615. Josephi RIPAMONTII *historia Ecclesiæ* MEDIOLANENSIS, cujus pars prima *Mediolani* 1617. secunda ibidem 1623. ac tertia itidem eodem loco 1628. 4. prodiit: *Acta Ecclesiæ* MEDIOLANENSIS, *jussu* Federici *Cardinalis* BORROMÆI *collecta*, Lugduni 1682. fol. duobus tomis. Paulli MORIGI *il duomo di* MILANO, ibi 1597. 8. Ejusdem *Santuario della Città, e diocesi* di MILANO ibi 1641. *Joan. Petri* PURICELLI Ambrosianæ MEDIOLANI Basilicæ ac Monasterii hodie Cisterciensis monimenta, quibus historia MEDIOLANENSIS illustratur, *Mediolani* 1645. 4. Ejusdem de SS. Martyribus NAZARIO, CELSO, PROTASIO, GERVASIO, deque Basilicis, in quibus eorum Corpora quiescunt, *Mediol.* 1656. 4.

MESSANA: *Caroli* MORABITI *Annales protometropolitanæ* MESSANENSIS *Ecclesiæ*, quorum primus tantum tomus lucem adspexit, Messanæ 1669. fol. Benedicti CHARELLI *Memorie sacre della Città di* MESSINA, *Messanæ*, 1705. 4. quibus maxime continentur vitæ, atque acta Sanctorum, Beatorum, eorum, qui tutelam gerunt, ac patroni sunt dictæ urbis. PICCOLI dissert. de antiquo Jure Ecclesiæ Siculæ, *Messanæ* 1623. 4. V. *Syracusæ*.

NEAPOLIS: P. de STEPHANO, *descrizione dei Luoghi sacri di* Napoli, ibi 1560. Cæsaris CARACCIOLI *Napoli sacra*, Neapol. 1624. Carol. de LELLIS *supplemento alla* Napoli *sacra* di CARAC-

 CIO-

CIOLO, Neapoli 1654. 4. Antonii CARACCIOLI *de ſacris Eccleſiæ* Neapolitanæ *monumentis Liber ſingularis*, Neapoli 1645. fol.

NOLA; *Andreæ* FERRATI, *del cemeterio* NOLANO, Neapoli 1644. 4.

PANORMUM: Dominici SCHIAVO, *della Religione Criſtiana non eſtinta in* PALERMO *ſotto de'* Saraceni, *diſcorſo*. Exſtat in opere inſcripto: *Memorie per ſervire alla Storia Letteraria di* SICILIA *T.* II. *p.* VI. *pag.* 354 Panormi 1756. 8. Joan-Mariæ AMATI *de principe Templo* PANORMITANO *Libri* XIII. *in quibus oſtendit* PANORMITANA *Cathedra a Sancto* PETRO *Apoſtolo inſtituta*; *deſcribitur maxima* Eccleſia *prima*, *ſecunda*, *tertia*, *quarta hodierna*, *earumque ſitus*, *majeſtas*, *architectura* &c. Panormi 1728. fol.

PAPIA: *Jacobi* GUALLÆ *Sanctuarium* PAPIÆ, Papiæ 1505. 4. *Romualdi* a S. MARIA, PAPIA *ſacra*, *Ticini* 1699. fol. quatuor partibus.

PATAVIUM: Valerii POLIDORI, *Religioſe memorie della Chieſa di* S. ANTONIO *da* PADOVA; Venetiis 1590. 4.

PISAURUM: Annib. de Abbatibus OLIVERIUS, *Storia del ſecolo* XIII. *della Chieſa* PESARESE, exſtat in nova Sylloge opuſc. Calog. T. XXII.

PLACENTIA: Petri Mariæ CAMPI *hiſtoria Eccleſiaſtica di* PIACENZA, Placentiæ 1651. & 1662. fol. tribus voluminibus,

RAVENNA, Hieronymi FABRI, *le ſacre memorie di* RAVENNA antica, Venetiis 1664. 4.

RHEGIUM *Calabriæ*, Joſephi MORSIANI, *de Protopapis & Deutereis* Græcorum, *& Catholicis eorum Eccleſiis diatriba*, ubi multa de *Rhegina* Eccleſia ejuſque juribus, Neapoli 1768. 4.

ROMA: Hiſtoria Romana ab U. C. uſque ad tempus *Conſtantini* M. Imp. Item deſcriptio Templorum 86. Romæ exiſtentium, Indulgentiarum, Stationum &c. Anno 1499. Romæ ſine titulo, uti

eò tempore moris erat, sed hujus plane argumenti prodiit hic libellus; quod vero JOANNÆ *Papissa* fabulam contineret, a Protestantibus ad insaniam fere conquisitus est. Vide *Bibliothecam Germanicam* Tom. v. p. 221. *Mirabilia urbis* ROMÆ, *Indulgentia*, *Sanctorum Reliquia*, & *Stationes*, ibi apud Valerium Doricum 1537. Ludovici CONTARINI, *dell' antichità*, *sito*, *Chiese*, *Corpi Santi*, *Reliquie*, *e statue di* Roma 1569. & Neapoli 1678. 4. Floravantes MARTINELLI ROMA *ex ethnica sacra*, PETRI & PAULI *apostolica pradicatione*, & *profuso sanguine*, *publica venerationi exposita*, Romæ 1653. & 1668. 8. Joan. CIAMPINI *synopsis historica de sacris ædificiis* a CONSTANTINO M. *constructis* ibid. 1693. Onuphrii PANVINII *de pracipuis septem Ecclesiis urbis* ROMÆ, ibi, & deinde Coloniæ 1584. 8. quod opus etiam a M. *Antonio* LANFRANCHI Italice redditum Romæ 1570. excusum fuit. M. Attilii SERRANI *de septem urbis Ecclesiis* Romæ 1575. & Coloniæ 1600. Pompeii UGONII *historia delle Stazioni* di ROMA, Romæ 1588. in 8. Jo: SEVERANI *Memorie sacre delle sette Chiese di* ROMA, *e di altri luoghi*, *che si trovano per le strade di esse*, Romæ 1630. 8. duobus voluminibus. Floravantis MARTINELLI *diaconia* S. AGATHÆ in *Suburra* Romæ 1638. 8. D. Felicis NERINI Abbatis Hieronymiani *de Templo & cænobio Sanctorum* BONIFACII, & ALEXII *historica monumenta* Romæ 1752. 4. Vide histor. Litter. Ital. T. VI. *p.* 569. 581. Petri MORETTI *de* S. CALLISTO *Papa* & M. *ejusque Basilica* S. MARIÆ trans Tyberim *nuncupata disquisitiones dua critico-historica duobus tomis exhibita*. *Accedit pro Appendice necessaria disputatio de Translatione Corporum BB. Apostolorum* PETRI & PAULLI ad *catacumbas*; *adjicitur quoque opusculum inscriptum*: Notitia Cardinalium titularium insignis Basilicæ S. MARIÆ transtyberim. Romæ & 1752. f. Confer histor. Litter. Ital.

 T. VII.

T. VII. *p.* 511. 525. Philippi RONDININI *Libri duo de Sancto* CLEMENTE *Papa & Martyre, ejusque Basilica in urbe* Roma, Romæ 1706. 4. P. F. Bernardini MEZZARDI *dissertatio de actis SS. MM.* COSMÆ & DAMIANI *nec non de monimentis Basilicæ ipsis in urbe erectæ* Romæ 1750. 4. De his acta Lipsiensia *eruditorum* 1756. *p.* 522. Joan. Marii CRESCIMBENI *l' Istoria della Basilica Diaconale, Collegiale, e Patriarcale di* S. MARIA *in* COSMEDIN *di* Roma, ibid. 1715. 4. D. Raymundi BESOZZI *la storia della Basilica di Santa* CROCE *in* Gerusalemme, ibi 1750. 4. De hac adi histor. litter. Ital. *T.* III. *p.* 465. Julii CORDARA Collegii GERMANICI & HUNGARICI historia IV. Libris comprehensa, Roma 1770. 4. Joan. Marii CRESCIMBENI *l' Istoria della Chiesa di* S. GIOVANNI *avanti Porta Latina* Romæ 1716. 4. Philippi RONDININII, *Monasterii* S. MARIÆ & SS. JOANNIS & PAULLI *de* Casamario *Brevis historia*, Romæ 1707. 4. Cæsaris RASPONI Libri quatuor de *Basilica & Patriarchio Lateranensi*, Romę 1656. fol. *Stato* della *S. Chiesa Papale* LATERANENSE *nell' anno* 1723. Romæ eodem anno 4. Constat hic Liber duobus opusculis, quorum alterum *Alexandrum* BALDESCHI, alrum Joan. *Marium* CRESCIMBENI auctorem habet. *Nicolai* ALEMANNI *de Lateranensibus Parietinis*, Romæ 1625. 4. Benedicti MILLINI *dell' oratorio di* S. LORENZO *in* LATERANO, Romæ 1666. 8. Josephi *Mariæ* SORESINI *de* Scala sancta, Romæ 1672. 8. Ejusdem de Capitibus SS. Apostolorum PETRI & PAULLI in Ecclesia LATERANENSI adservatis, Romæ 1673. in 8. Ejusdem de Imagine Sanctissimi Salvatoris in Basilica ad SANCTA SANCTORUM custodita, Romæ 8. de quo opusculo vide diarium Romanum Litteratorum hominum 1676. *p.* 22. *Floravantis* MARTINELII Ecclesia S. LAURENTI in fonte, Romæ 1629. 8. *Caroli Antonii* ERRA, *Storia dell'*

Ima-

Immagine, e Chiesa di S. MARIA in Portico di CAMPITELLI Romæ 1750. 4. *Jacobi de* ALBERICIS Historica S. Mariæ de POPULO Romæ 1599. 4. & Italice: *Grandezza della Chiesa di* S. Maria del POPOLO ibid. 1605. *Ambrosii* LANDUCCI: *origine del Tempio della Madonna del* POPOLO, ibi 1646. 4. *Jacobi* LADERCHI, dissertatio historica de sacris Basilicis Sanctorum Martyrum MARCELLINI Presbyteri, & PETRI exorcistæ, Romæ 1705. 4. *Paulli* de ANGELIS, descriptio, & delineatio Basilicæ S. MARIÆ MAJORIS de urbe Romæ 1621. fol. *Benedicti* DAVANZATI Abbatis Vallumbrosani, *Notizie al Pellegrino della Basilica di* S. PRASSEDE, Romæ 1725. 4. „ Joan. Antonii PHILIPPINI, ristretto „ di tutto quello, che appartiene all'antichità, e „ venerazione della Chiesa de' Santi SILVESTRO, „ e MARTINO de' Monti di Roma, ibi 1634. 4. „ Joannis GIACCHETTI historia della venerabile „ Chiesa & Monastero di S. SILVESTRO de ca„ pite di Roma," ivi 1620. 4. Basilicæ veteris VATICANÆ descriptio, auctore Romano ejus Basilicæ Canonico (Petro scilicet MALLIO) cum notis Abbatis Paulli de ANGELIS, Romæ 1646. fol. P. *Conradi* JANNINGI Commentarius de Basilica antiqua in VATICANO, ejusque sigillatim Altaribus, Tomo VII. Junii Bolland. p. 35. seqq. Raphaelis SINDONE, & Antonii MARTINETTI, *della Sagrosanta Basilica di* S. Pietro *in* Vaticano, *Libri* due, Romæ apud *Joan. Mariam* SALVIONI 1750. 8. *Joan. Baptista* COSTAGUTI, *Architettura della Basilica di* S. PIETRO *in* VATICANO *Libri due*, Romæ 1750. 4. *Josephi Maria* SUAREZ Vasionensis Episcopi notitia Musivo expræssæ opere Naviculæ in Basilica S. PETRI, Romæ 1675. 4. Vide Romanum litteratorum hominum diarium ann. *1676. p.* 183. *Francisci Maria* TORRIGII, *le sacre Grotte Vaticane*, Romæ 1639. 8. *Sacrarum Vaticanæ Basilicæ Cryptarum monu-*

numenta areis tabulis incisa, & a Philippo Laurentio DIONYSIO *commentariis illustrata*, Romæ 1773. fol. Collectionis Bullarum Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ, Tomi tres Romæ 1742. 1750. fol. P. *Conceptii* CAROCCI *il Pellegrino guidato alla visita delle Immagini piu insigni della B. V.* MARIA *in* Roma, T. IV. 8. Romæ 1729. *Antonii* BOSII Roma *soterranea*, Romæ 1632. fol. *Paulli* ARINGHI, Roma subterranea novissima, Romæ 1651. T. II. fol. *M. Antonii* BOLDETTI *osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di* ROMA, ibi 1720. fol. *Johannis* MARANGONII de Cœmeterio Sanctorum THRASONIS, & SATURNINI; exstat in ejusdem MARANGONII Libro de Actis S. VICTORINI. *Philippi* Senatoris BUONARROTI, *osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornato di figure, trovati nei Cimiterj di* ROMA, Florentiæ 1716. 4. *Camilli* FANNUCI Senensis, *Trattato di tutte le opere pie dell' alma Città di* ROMA, ibi 1601. 8.

SYRACUSÆ: *Cæsaris* Comitis CAJETANI & CAJETANI *dissertazione storica apologetica critica intorno all' origine e fondazione della Chiesa* SIRACUSANA *dal Principe degli Appostoli* S. PIETRO, Romæ 1748. 4. *Antonini* de AMICO dissertatio de Urbis SYRACUSARUM antiquo Archiepiscopatu (adversus PICCOLI dissertationem pro Ecclesia Messanensi), Neapoli 1640.

TIBUR: *Joh. Caroli* CROCCHIANTE, *Istoria delle Chiese della Città di* TIVOLI, Romæ 1726. 4.

TORCELLUM: D. *Anselmi* COSTADONI Monachi Camaldulensis *osservazioni intorno alla Chiesa Cattedrale di* TORCELLO exstat T. XLIII. *Sylloges opusc. Calog. p.* 255. 340. *Flaminii* CORNELII Senatoris Veneti *Ecclesia* TORICELLANÆ Tom. III. 4. Venetiis 1755. & 1756. Ejusdem *notizie storiche delle Chiese e Monasteri di* Vene-

ne-

nezia, *e di* TORCELLO, *tratte dalle Chiese* Veneziane, *e* TORCELLANE, Patavii 1758. 4.

VENETIÆ: *Flaminii* CORNELII, quem nuper appellavi, *Ecclesiæ* VENETÆ antiquis monumentis nunc etiam primum editis illustratæ, ac in decades distributæ, Venetiis 1749. Decas 1. decadis decimæ sextæ Pars posterior 1755. 4. Vide TORCELLUM. „ La Chiesa Ducale di S. MAR-„ CO colle notizie del suo innalzamento, spiega-„ zione delli Mosaici, e delle Iscrizioni; un det-„ taglio della preziosità delli marmi, con tutto ciò „ che di fuori e di dentro vi si contiene, e con „ varie riflessioni, e scoperte, *Venetiis* 1753. T. II. „ 4. Joan. THIEPOLO, Trattato delle Santissi-„ me Reliquie ritrovate nel Santuario della Chiesa „ di S. MARCO, *Venetiis* 1617. 4. Dominici „ BOZZONI Istoria della Chiesa e Monasterio di „ S. ZACCARIA di VENEZIA, *Venetiis* 1678. „ 8. Paullini FIAMMÆ vera origine della Chie-„ sa di San LORENZO di VENEZIA, *Venetiis* „ 1645. 4. Nicolai COLETI monimenta Ecclesiæ „ VENETÆ Sancti MOYSIS, ex ejus tabulario „ potissimum, atque aliunde deprompta, ac se-„ cundum Antistitum seriem digesta, *Venetiis* 1758. „ 4. Vera ac nova Ecclesiæ Sancti THOMÆ VE-„ NETIARUM monumenta, *Venetiis* 1758. 4.

VERONA: *Joan. Bapt.* BIANCOLINI *Notizie storiche delle Chiese di* VERONA 1749. 1752. Veronæ T. IV. 4. *Jacobi* Canonici DIONYSII *memorie della Madonna del* POPOLO, *che si venera nella Cattedrale di* VERONA, ibi 1756. 4. Adde *memorie Ecclesiastiche della Pieve di* S. MARIA d' ALBEREDO *diocesi di* VERONA *raccolte ed illustrate dal Dottor* Michele SASSELLI, Veronæ 1749. 8.

VICENTIA: *Francisci* BARBARANO *de' Mironi historia ecclesiastica della Città, Territorio e Diocese di* VICENZA, Vicentiæ 1649.

§. IV.

§. IV.

HELVETIÆ

Historia Ecclesiastica Generalis

Ranutii SCOTTI HELVETIA sacra, e profana, cioè, relatione del dominio temporale de' xiii. Cantoni *Svizzeri*, e de' Vescovati, Abbatie, e altre dignità subordinate alla Nuntiatura Helvetica, Maceratæ 1642. 4. *P. Gasparis* LANGII tomi duo 1692. Germanice editi, de doctrinę Apostolicæ constanti per HELVETIAM ante ZWINGLIUM propagatione, & conservatione. Utilissimum opus, in quod frustra calamum acuit *Joan. Jacobus* HOTTINGERUS heterodoxus in historia Ecclesiastica Helvetica, quam *Tiguri* quatuor tomis 1708. 1729. item Germanice evulgavit.

§. V.

GALLIARUM

Historia Ecclesiastica Generalis.

Francisci BOSQUETI *historia ecclesiastica* GALLIÆ, Parisiis 1633. 8. ibid. 1636. 4. quæ posterior editio priore quidem auctior est; nonnulla tamen hujus sunt omissa.

Caroli le COINTE *Annales Ecclesiastici* Francorum, vastum opus idque octo tomorum *Parisiis* fol. in lucem emissum. Exiit tomus primus 1665. secundus 1666. tertius 1668. quartus 1670. quintus 1673. sextus 1676. septimus 1678. octavus 1688. qui ultimus quum litterarum formis exprimeretur, auctor mortuus est, utque is perficeretur, *Gerardus* du BOIS reliqua ex schedis illius adjecit. Ipsi an-

nales incipiunt ab anno Christiano 235. ac desinunt in anno 845.

P. Jacobi de LONGUEVAL *histoire de l' Eglise* Gallicane, cujus octo tomos *Parisiis* 4. publicæ luci exposuit: quatuor priores 1730. & iterum, ut videtur, 1732. quem annum certe nonnulli illis adsignant; quatuor posteriores autem eorumque quintum ac sextum 1733. septimum ac octavum 1734. Post mortem LONGUEVALI ad historiam hanc, ut plenior illa fieret ac longius perduceretur, alii operam suam contulerunt, istamque pluribus auxerunt voluminibus. Editi sunt cura *Petri Claudii* FONTENAI tomus nonus ac decimus 1739. ejusdem ac *Petri* BRUMOI undecimus 1744. solius dicti BRUMOI duodecimus 1744. *Guil. Francisci* BERTHIERI decimus tertius, quartus 1745. quintus, sextus 1747. septimus, octavus 1749.

§. VI.

GERMANIÆ

Historia Ecclesiastica Generalis.

D. LIRON, *que les Eglises de la* GERMANIE *sont plus anciennes, que* S. IRENEE; *singular. litter.* T. iv. p. 193. 208.

Christiani SCHUTZII dissertatio *de ortu & progressu Christianæ Religionis in* GERMANIA, Lipsiæ 1680.

Josephi Simonii ASSEMANNI Origines Ecclesiarum BOHEMIÆ, & POLONIÆ T. iv. Kalendarior. univ. Eccles. *p.* 142. *seqq.*

Joan. Henrici URSINI „ Compendium historicum de Ecclesiarum *Germanicarum* origine, & „ progressu ab Adscensione Domini usque ad *Carolum* Magnum, *Norimbergæ* 1664. 8.

Godefridi HECHTII, GERMANIA Sacra „ & litterata; sive de origine & progressu rei sa-

„ cræ

„ cræ atque politioris in GERMANIA doctrinæ „ ex ævo medio commentarii, *Vitemberga* 1717. 8.

P. Sigismundi CALLES insigne opus, nec satis laudandum prænotatum: *Annales sacri* GERMANIÆ. Prodiere duobus tomis in fol. 1756. *Viennæ* octo priora a nato Salvatore sæcula. Sequutus altero mox anno tertius; octavo supra quinquagesimum anno quartus; demum anno 1761. quintus singula sæcula, nonum, decimum, atque undecimum percensentes. Alios tres moriens Auctor III. Non. Januar. indicati anni 1761. ferme absolutos reliquit.

§. VII.

HUNGARIÆ

Historia Ecclesiastica Generalis.

Josephi SIMONII ASSEMANNI Origines Eccles. HUNGARORUM T. iv. *Kalendar. Univ. Eccles. p. 99.*

Melchioris INCHOFER *Annales ecclesiastici Regni* HUNGARIÆ, Romæ 1644. fol. quod opus ab anno Christiano 795. ad annum 1059. productum, minusque absolutum fuit. Primus tantum illius tomus in lucem prodiit, hicque locum sibi fecit inter libros rariores.

§. VIII.

BELGII

Historia Ecclesiastica Generalis.

Guil. GAZETI „ Histoire Ecclesiastique du Pays „ bas contenant l' ordre & suite des Eveques & „ Archeveques un catalogue des Saints, les fon„ dations des Abbayes, *Atrebati* 1614. 4.

Heri-

Heriberti ROSWEIDI *historia ecclesiæ* BELGICÆ, Antuerpiæ 1623. fol.

Dionysii MUDZOERTI *historia ecclesiæ* BELGICÆ, Antuerpiæ 1624. quæ laudatur tanquam opus, ex optimis rerum *Belgicarum* Scriptoribus collectum.

Auberti MIRÆI „ Notitia Ecclesiarum BEL-„ GII, in qua, tabulis donationum piarum, sacra „ & politica *Germaniæ* inferioris historia recense-„ tur, & illustratur, " Antuerpiæ 1630. 4. antea autem edidit ille: *codicem donationum piarum præsertim* Belgicarum, Bruxellis 1624. 4. *Diplomata* Belgica, libris duobus, Bruxellis 1628. 4. *Donationes* Belgicas, libris duobus, Antuerpiæ 1629. 4. ac notas adjecit. Quatuor hæc volumina iterum litterarum formis exprimenda curavit *Joan. Franciscus* FOPPENS sub titulo: „ Opera diplomatica, „ & historica, in quibus continentur chartæ fun-„ dationum ac donationum piarum, Testamenta, „ privilegia, fœdera principum, & alia tum sa-„ cræ, tum profanæ antiquitatis monimenta, a „ Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principi-„ busque BELGII edita, & ad *Germaniam* infe-„ riorem vicinasque Provincias spectantia, ex ipsis „ tabularum publicarum fontibus eruta, " Bruxellis 1723. fol. duobus tomis. Prior complectitur dicta quatuor volumina MIRÆI: posterior additamenta ac tabulas FOPPENS, cui editio hæc debetur.

Nicolai VERNULÆI *commentatio de propagatione Fidei Christianæ in* BELGIO *per sanctos* Hiberniæ *viros*, Lovanii 1639. 8.

§. IX.

HISPANIARUM & LUSITANIÆ

Historia Ecclesiastica Generalis.

Joan. de MARIETA *historia ecclesiastica de to-*

dos

dos los Santos de Espanna, Conchæ 1596. fol. quatuor partibus.

Francisci de PADILLA *historia ecclesiastica de* Espanna, Malacæ 1605. fol. duobus tomis, quæ septem annorum centurias complectitur; reliquæ autem desunt.

Alphonsi FERNANDEZ *historia ecclesiastica de nuestros Tiempos*, Toleti 1611. fol.

Josephi PEREZII „ Dissertationes ecclesiasticæ, „ in quibus pleraque ad historiam ecclesiasticam & „ politicam Hispaniæ, remque diplomaticam spe„ ctantia, adcurate discutiuntur, *Salmanticæ* 1688. 4.

Addo *Cajetani* CENNII „ De antiquitate ec„ clesiæ *Hispanicæ* dissertationes in duos tomos di„ stributas. His præmittitur Codex veterum Ca„ nonum Ecclesiæ *Hispanæ*, ex genuina Concilio„ rum, decretalium, epistolarum collectione ISIDO„ RI *Hispalensis*, quo illustratur antiquitas Eccle„ siæ, præsertim occidentalis, *Romæ* 1741. 4.

De *Lusitanis* nihil habeo peculiare quod suggeram.

§. X.

ANGLIÆ, SCOTIÆ, HIBERNIÆ

Insularumque adjacentium historia Ecclesiastica generalis.

BEDÆ *Venerabilis* dicti *historia Ecclesiastica gentis* Anglorum libri v.

Roberti PERSONII Tres Angliæ conversiones Anglice tribus tomis vulgatæ 1603. & 1604. Italice versæ a MORELLIO Florentino.

Jacobi USSERII Britannicarum *Ecclesiarum antiquitates, quibus inserta est pestifera adversus Dei gratiam a* Pelagio Britanno *in Ecclesiam inducta hæreseos historia*, Dublinii 1639. 4. & iterum Londini 1687. fol. quæ posterior editio priore multo est præstantior. Non solum enim locupletata fuit no-

tis

tis atque emendationibus, ipsius auctoris manu exaratis atque ab eo relictis; sed adcessit quoque ejusdem „ gravissimæ quæstionis de Christianarum Ecclesiarum in occidentis præsertim partibus ab Apostolicis temporibus ad nostram usque ætatem „ continua successione & statu historica explicatio „ antea Londini 1613. & Hanover. 1658. 8. edita: nunc itidem aucta.

Eduardi STILLINGFLEETI origines Britannicæ, Anglice Londini 1685. fol.

La conversion d' Angleterre *au Christianisme, comparée a sa pretendue reformation. Ouvrage traduit de* l'anglois *par* NICERON, Parisiis 1129. 8.

Catalogus præmissus Chronico *Farfensi*, & in BENEDICT. IX. desinens T. 2. parte 2. *Scriptorum* Italiæ celeberr. MURATORII *p.* 305.

Catalogus, quem *Joan. Georgius* ECCARDUS exhibet T. 1. *Corporis historicorum medii ævi* p. 25.

Francisci CARRIERII *historia chronologica Pontificum* Romanorum, *cum præsignatione futurorum ex* MALACHIA, quæ in lucem prodiit *Lugduni* 1662. 1663. 12. *Venetiis* 1697. 12. ac sæpius.

Victorii BALDINI „ Cronologia ecclesiastica,
„ la quale contiene le Vite de' Sommi Pontefici,
„ *Ferrariæ* 1604. 8.

Daniel PAPEBROCHIUS, *Conatus chronico-historicus ad catalogum* Romanorum *Pontificum*, *cum prævio ad eumdem apparatu* Godefr. HENSCHENII *atque* Petri POSSINI, *a Sancto* PETRO *usque ad* PASCHALEM II. *deductus*: ejusdem: *Paralipomena addendorum, mutandorum, aut corrigendorum in conatu chronico-historico ad Catalogum* Romanorum *Pontificum*.

Joan. PEARSONII *dissertationes duæ de serie & successione primorum* Romæ *Episcoporum*, Londini 1688. 4.

Hen-

Henrici DODWELLI *dissertatio singularis de Pontificum* Romanorum *prima successione*.

Emanuel a SCHELSTRATE *dissertatio de chronotaxi* Romanorum *Pontificum* Antiq. illustr. *T*. I. *pag*. 131.

Joan. MARANGONI Chronologia Romanorum Pontificum superstes in pariete Australi Basilicæ S. PAULLI Apostoli via *Ostiensi* depicta sæculo V. seu ætate S. LEONIS PP. Magni cum additione Summorum Pontificum nostra ad hæc tempora perducta, *Romæ* 1751. fol. Hæc ea chronologia est, quam Catalogum Paullinum a LAZERO appellari vidimus. Eadem eodem anno 1751. excusa fuit tum in diario litteratorum virorum *Florentino T*. VI. *p*. I. *pag*. 256. tum in *historia litteraria Italiæ T*. II. *p*. 493. *seqq*. Confer eamdem historiam litterariam *Italiæ T*. V. *p*. 562. 583.

§. II.

Historia Universa, Vitaque omnium Romanorum *Pontificum*.

ANASTASII Bibliothecarii, sæculo nono inclinante clari, vitæ Pontificum desinunt in NICOLAO I., qui obiit ann. C. 867. Hæc cum vita HADRIANI II. & STEPHANI VI., quæ GUILLIELMUM Bibliothecarium auctorem habent, post editionem *Moguntinam*, quam ex *Marci* VELSERI Bibliotheca curavit Joan. BUSÆUS S. J. a. 1602. 4., & *Parisiensem Caroli Annibalis* FABROTTI, cum ANASTASII historia ecclesiastica, inter hist. *Byzantinæ* Scriptores Parif. 1649. fol. novissime ad MSS. recensuit, iisque vitam LEONIS VIII. editam *T*. VII. *Misc*. BALUZII *p*. 349. & vitas a GUILIELMO Bibliothecario, *Bernardo* GUIDONE aliisque scriptas, quæ in JOANNE XXII. desinunt, defuncto ann. 1334. addidit MURATORIUS *T*. III. *Rer. Italic. Mediolani* 1723. præ-

missis *Joan.* CIAMPINI *Examine libri Pontificalis* & BLANCHINII, de quo mox, in Præfatione memorans etiam notas in ANASTASIUM circa ann. 1380. scriptas a *Petro* BOERIO, Episcopo *Urbevetano*. Adcessit ad has editiones splendidissima, quam *Franciscus* BLANCHINIUS Præsul doctissimus *Veronensis* curabat; sed quatuor tantummodo tomos habuimus, quod editor vita cesserit. Primus tomus inscriptus: *de vitis* Romanorum *Pontificum a beato* PETRO *Apostolo ad* NICOLAUM I. *adjectis vitis* ADRIANI II. *&* STEPHANI VI. *auctore* GUILLIELMO *Bibliothecario, sub auspiciis Sanctissimi Domini nostri* CLEMENTIS XI. *Pontificis Maximi*, Romæ 1718. fol. in lucem venit, ornatus variantibus lectionibus non solum priorum editionum; sed iis quoque, quas HOLSTENIUS, a SCHELSTRATE, PENIA ex multis codicibus manuscriptis collegerunt; præter has autem copiosa atque erudita præfatione. Tomus *secundus*, *Romæ* 1723. fol. editus, complectitur *Francisci* BLANCHINI amplissima prolegomena, quibus catalogi quidam antiquissimi Pontificum *Romanorum* continentur: *Emanuel.* a SCHELSTRATE dissertationem *de antiquis* Romanorum *Pontificum catalogis*: ipsius BLANCHINI dissertationem *de antiquis* Romanorum *Pontificum catalogis*, atque alia ejusdem generis; secunda autem tomi hujus pars varias eruditissimorum virorum adnotationes in ANASTASIUM exhibet, nominatim: a SCHELSTRATE, ALTESERRÆ (Hujus notæ in ANASTASIUM prodierant, *Parisiis* 1680. 4.) BINII, LABBEI, BENCII, BLANCHINI, CIACCONII, PAGII. Sequutus est tomus *tertius*, *Romæ* 1728. 4. ac *quartus*, isque ultimus ibidem 1735. fol. quo utroque iisdem prolegomena ac notæ continentur. Tandem *Joannes* VIGNOLIUS ann. 1724. aliam *Romæ* ANASTASII editionem adgressus est prænotatam *liber Pontificalis*, *seu de gestis* Romanorum *Pontificum* 4. sed non ultra tomum

mum primum processit. Secundus tomus solummodo ann. 1752. exiit cum notis VIGNOLII ad PASCHALEM I, ab hoc ad finem P. BALDINII e *Somascha* Congregatione eruditissimi viri; anno vero 1755. postremus. Adcesserunt ad calcem hujus tomi variantes lectiones vetustissimi, & celebris Codicis LUCENSIS nunc primum editæ, atque interpretatio vocum Ecclesiasticar. *Onuphrii* PANVINI. Varias hasce, & Glossarium debemus *Petro Josepho* HUGOLINIO; notas partim VIGNOLIO, ab EUGENIO scilicet II. ad S. LEONEM IV. partim BALDINIO a LEONE, inquam, IV. ad finem.

LUITPRANDI (*Cremensis* Episcopi) *opusculum de vitis* Romanorum *Pontificum*, ac ABDONIS *epitome de vitis eorumdem ex* ANASTASII *Bibliothecarii historia excerpta*, quod utrumque monumentum ex pervetustis manuscriptis Codicibus membranaceis descriptum, ac cura *Joh.* BUSÆI conjunctim in lucem prolatum est, *Moguntiæ* 1602. 4.

Martini POLONI *chronicon summorum Pontificum, atque Imperatorum* Romanorum, quod editum primum cum *Mariano Scoto* a Joan. HEROLDO, *Basileæ* 1559. fol. deinde separatim cura *Suffridi* PETRI, *Antuerpiæ* 1574. 8. a *Joan. Fabricio* CÆSARE ex adcuratiori Codice, *Coloniæ* 1616. f. atque *Argentorati* 1685. ad calcem *Æneæ* SYLVII *de rebus* FRIDERICI III. Quæ in chronico hoc post annum 1277. sequuntur, ea addita sunt a *Ptolomæo Lucensi*, & a *Bernardo Guidonis*.

RICCODALDI *Ferrariensis* historia Pontificum usque ad sæculum XIV. exstat T. I. *Corporis historicor. med. aevi* vulgari a *Joan. Georgio* ECCARDO, qui etiam addidit *Theodorici* de NIEM vitas a NICOLAO IV. ad URBANUM IV. & T. II. Chronicon Pontificale *Amalrici Augerii* de BITERRIS compositum sub URBANO V.

Francisci PETRARCHÆ *Chronica delle vite de' Pontefici & Imperatori* Romani, *insino a suoi tempi, alla quale sono state aggiunte quelle da tempi*

del PETRARCA *fino a* PIO III. Veronæ 1476. Florentiæ 1478. (apud S. Jacobum de Ripoli) fol. Venetiis 1507. (cum supplemento ad PIUM III.) 4. Mirandulæ 1624. 4. Genevæ (cujus tamen reticetur) 1625. iterum Venetiis 1634. in 8. apud *Franciscum Bindoni* cum continuatione ad CLEMENTEM VII.

Leonis URBEVETANI Ord. Prædic. *Chronica summorum Pontificum* perductum opus ad CLEMENTEM V. & a *Johanne* LAMI editum in suis *deliciis eruditorum* Florentiæ 1727. 8.

Baptista, sive potius RADULPHI BARTHOLOMÆI vel certe *Bartholomæi* SACCHI; a patria dicti PLATINÆ *vita Pontificum* Romanorum jussu SIXTI IV. scriptæ a PETRO Apostolo usque ad PAULLUM II. ac diversis locis, temporibusque sæpius editæ. Primam lucem adspexerunt illæ *Venetiis* 1479. fol. quum viveret auctor, quæ omnium editionum princeps est, atque optima. Plures aliæ eam sequutæ sunt: sæculo quinto ac decimo: *Norinbergensis* 1481. fol. quæ non est prima, atque antiquissima editio, ut nonnulli tradiderunt, & *Antonius* KOBURGER, typographus, aliis persuadere voluit, ac 1485. *Parisiensis* 1481. 8. *Veneta* 1485. fol. Sæculo autem sexto ac decimo: *Parisiensis* 1505. 8. cui editioni adjuncta sunt varia PLATINÆ opuscula, eaque: *dialogus contra amores*: *de vera nobilitate*: *de optimo cibo* Libri tres atque alia & cum continuatione ad CLEMENTEM VII. 1630. 8. *Veneta* 1505. fol. itidem cum illius opusculis: 1518. fol. 1562. 4. cum *Onuphrii* PANVINII continuatione usque ad PIUM IV. 1566. *Coloniensis* 1529. fol. cui editioni narratio rerum gestarum Pontificum *Romanorum*, qui post PLATINAM vixerunt, addita est, nonnullis PLATINÆ opusculis: 1540. fol. itidem aucta eo modo, quo nuper adducta editio: 1544. 1551. & cum auctario PANVINII 1562. 1568. fol. 1574. 1593. 1599. 4. *Lugdunensis* 1512. 8. *Lovaniensis*

1572.

1572. fol. sæculo septimo ac decimo: *Coloniensis* 1600. 4. cum adcessione adnotationum *Onuphrii* PANVINII ac supplemento Pontificum, primum per eumdem PANVINIUM usque ad PIUM IV. ac deinde per *Antonium* CICARELLAM ad CLEMENTEM VIII. Pontificum effigiebus: 1610. 1612. 1626. 4. *Belgica* 1640. 12. quæ in magna dignitate est, ac 1664. 12. sine mentione loci. Exstant operis hujus præter *Germanicas* duæ *Gallica* interpretationes, quarum altera inscriptionem præfert: *Les genealogies, faits, & gestes des Saints Peres, Papes, Empereurs, & Rois de* France *jusqu'* a LEON X. Parisiis 1529. fol. & aucta continuataque usque ad PAULLUM III. eodem loco 1561. 8. altera: *vies des Papes traduites de* B. PLATINA *avec la continuation d'* Onuphre PANVINI, CICARELLA, CIACONIUS *& autres, jusqu' a* INNOCENT X., auctore *Ludovico* COULONO, Parisiis 1651. 4. Idem Liber prodiit Italice interprete *Lucio* FAUNO *Venetiis* 1543. & cum PANVINII adcessionibus 1563. 4. 1565. 1594. 4. 1600. 4. 1608. 4. præter quas editiones, & aliæ memorantur, ut *Romæ* 1588. 4.

Joan. STELLÆ *vita ducentorum & triginta summorum Pontificum a* PETRO *Apostolo usque ad* JULIUM II., *modernum Pontificem*, Basileæ 1507. 4. bis in lucem prolatæ, quæ duæ editiones quamvis eodem loco atque anno exierint, inter se tamen diversæ sunt; item sine mentione loci 1650. Easdem vitas & *Venetiis* 1504. prodiisse, nonnulli referunt.

Georgii WICELII *epitome* Romanorum *Pontificum* a PETRO usque ad PAULLUM III. Coloniæ 1549.

Onuphrii PANVINII præter PLATINÆ jam indicatum auctarium ad PIUM IV. *epitome Pontificum* Romanorum a PETRO *usque ad* PAULLUM IV. *gestorum videlicet, electionis qua singulorum & conclavium compendiaria narratio, Cardina-*

nalium item nomina, dignitatem tituli, legationes, insignia, patria & obitus, Venetiis 1557. fol. quæ editio quum sine notitia auctoris evulgata esset, is ad aliam, eamque correctiorem atque auctiorem emittendam se contulit. Lucem illa vidit Venetiis 1567. 4. ac postea iterum, iterumque *Coloniæ* 1574. fol. 1624. 4. hoc opus ad CLEMENTEM VIII. perduxit *Joan. Antonius* PETRAMELLARIUS, ediditque Bononiæ 1599.

Michaelis BUCCHINGERI Historia Ecclesiastica nova Romanorum Pontificum ad PAULLUM IV. Lovanii 1560.

Francisci JOANNETI Pontificum Romanorum liber ex veteribus germanis desumptus Auctoribus ad ALEXANDRUM VI. Bononiæ 1570.

Guadisalvi DE ILLESCAS *historia Pontifical y catholica en la qual se contienen las vidas de todos les pontifices* Romanos, Salmanticæ 1574. Cæsaraugustæ 1583. Burgis 1592. Barcinone 1602. Matriti 1608. Cæsaraugustæ 1612. iterum Matriti 1623. & 1630. fol. duobus tomis Opus hoc continuatum atque auctum est a *Ludovico* de BAVIA, *Marco* de GUADALAXARA & *Joan.* BANOS DE VELASCO horumque industria quatuor tomi adcesserunt, qui cum duobus prioribus conjunctim prodierunt *Matriti* 1678. fol. sex voluminibus.

Papirii MASSONII *de Episcopis urbis, qui Romanam Ecclesiam rexerunt, rebusque gestis eorum Libri* XI. Parisiis 1586. 4.

Dominici TEMPESTÆ Vitæ Summorum Pontificum ad CLEMENTEM VII. lat. Ital. cum catalogo eorumdem lat. Ital. Hispan. Gall. Germ. & eorum iconibus Romæ 1596. Italice tantum 1623. 8. sub titulo *Vite, & effigie di tutti li Pontefici* Romani *fino ad* URBANO VIII.

Vita Romanorum *Pontificum a* PETRO *usque ad* CLEMENTEM VIII. *ex* PLATINÆ *historia in epitomen redacta ac juxta* Onuphrii PANVINII *censionem ordinata*, cum eorumdem Pontificum imagini-

ginibus, labore & industria *Joannis* a GLANO incisis, Leodii 1597. 8. Gallice ibidem 1600. 4. inscriptæ *histoire Pontificale jusqu' a* CLEMENT VIII.

Alphonsi CIACONII *Biacensis*, Ord. *Prædicator.* opus de vitis Pontificum & Cardinalium, prodiit primùm Romæ 1601. fol. continuatum illustratumque a *Francisco* CABRERA MORALI & *Andrea* VICTORELLO, usque ad CLEMENTEM VIII. Deinde a *Ferdinando* UGHELLO & *Hieron.* ALEXANDRO usque ad URBANUM VIII. Romæ 1650. fol. 2. volum. & denique ab *Augustino* OLDOINO S. J. usque ad INNOCENTIUM XI. Rom. 1678. fol. quatuor voluminibus, quibus duo adcesserunt ad CLEMENTEM XII. auctore *Mario* GUARNACCI Romæ 1751. vide historiam litterar. Ital. *T.* 111. *p.* 328. *seqq.*

Abr. BZOVII *Pontifex* Romanus; *sive commentarius de præstantia, officio, seu auctoritate, virtutibus, felicitate rebusque præclare gestis summorum Pontificum, a* PETRO *usque ad* PAULLUM V. Coloniæ 1619. fol. opus parvi momenti, exiguæque utilitatis.

Andr. DUCHESNE *histoire des Papes & Souverains Pontifes de l'Eglise*, Parisiis 1646. fol. ac locupletata a *Francisco* DUCHESNE, Parisiis 1658. fol. duobus voluminibus, quibus historia Pontificum Romanorum a PETRO usque ad PAULLUM V. satis diligenter scripta continetur.

Sebastiani NICOLINI *Cabeza visibile Catolica, y Vicaria infallible de Christo en la Catedra* Romana *continuada hasta* Alexandro VII. Valentiæ 1659.

Claudii MOLINETI *historia summorum Pontificum a* MARTINO V. *ad* INNOCENTIUM X. *per eorum Numismata ab anno* 1417. *ad annum* 1678. Lutetiæ 1679. fol.

Joan. PALATII *gesta Pontificum* Romanorum *a Sancto* PETRO *usque ad* INNOCENTIUM XI. *additis Pontificum imaginibus, ad vivum ære exscul-*

sculptis, cum hieroglyphicis, numismatibus, signis, sigillis &c. quinque tomis, qui *Venetiis* prodierunt: primus 1687. secundus, tertius, quartus, 1688. quintus 1690. fol.

Philippi BONANNI numismata Pontificum Romanorum a tempore MARTINI V. usque ad INNOCENTIUM XII. Romæ 1699. fol. duobus tomis, qui opus a MOLINETO cæptum & paullo ante a me indicatum ita continuavit, ut non solum plura numismata adjecerit; sed etiam majori instructus adparatu, varia historiæ, rituumque capita diligentius explicarit. Edidit quoque BONANNI *numismata summorum Pontificum, Templi Vaticani fabricam indicantia*; Romæ 1700. fol. *Joan.* VIGNOLIUS autem *antiquiores Pontificum* Romanorum *denarios* collegit notisque illustravit, Romæ 1709. 4. qui iterum cum adcessionibus, atque adnotationibus cura *Benedicti* FLORAVANTIS lucem viderunt, Romæ 1734. & 1738. 4. duabus partibus.

Histoire des Papes, ou l' on voit ce, qui c' est passè de plus remarquable pendant leur Pontificat depuis Saint PIERRE *jusqu' a* CLEMENT XI. Lugduni 1703. 16. duobus tomis, atque ut titulus habet, iterum edita; non magnum autem liber hic momentum habet.

Francisci PAGI, *Breviarium historico-chronologico-criticum, illustriora Pontificum* Romanorum *gesta, a sancto* PETRO *usque ad obitum* EUGENII IV. *sive ad annum* 1447. *Conciliorum generalium acta, nec non complura cum sacrorum rituum, tum antiqua Ecclesiæ disciplinæ capita complectens*, quatuor voluminibus, quæ *Antuerpiæ*, sive potius *Genevæ* ab anno 1717. usque ad annum 1727. 4. in lucem prodierunt. Tria priora volumina auctor ipse ad usum publicum transtulit, quartum autem *Antonius* PAGI *junior*, sanguine cum illo conjunctus. Recusum opus *Lucæ* 1729. & Venetiis 1753.

Georgii Josephi ab EGGS *Pontificium doctum; seu*

vita,

vitæ, res gestæ &c. summorum Pontificum Romanorum, *a Sancto* PETRO *usque ad* CLEMENTEM XI. Coloniæ 1718. fol.

Guil. BURII, Romanorum *Pontificum brevis notitia, ritus Ecclesiasticos, a singulis institutos, præcipue declarans. Accedit onomasticon vocum obscuriorum, quæ in Missali, Breviario, Martyrologio* Romano *& hac notitia continentur*, Patavii 1724. 12. Dicto anno edidit illam *Hieronymus* de BLANCHIS ac memoravit, eam in *Belgio* primam lucem adspexisse; neque tamen locum, neque annum indicat. Prodiit *notitia* hæc etiam *Augustæ Vindelicor.* 1734. 8., quæ editio in titulo quarta appellatur, *Patavii* 1747. *Venetiis* 1757.

Antonii SANDINI *Vita Pontificum* Romanorum, *ex antiquis monimentis collecta*, Patavii 1739. 8. & auctiores *Ferrariæ*, (idest *Venetiis*) 1753. ac rursus *Patavii* 1763.

Rodulphi VENUTI *numismata* Romanorum *Pontificum præstantiora* a MARTINO V. *ad* BENEDICTUM XIV. *aucta & illustrata*, Romæ 1744. 4.

Præter hos habemus a Cl. P. *Julio Antonio* SANGALLO Ordin. Minor. Convent. *le gesta de' Romani Pontefici*, ut alium Scriptorem omittam, qui nostris temporibus Italice Vitas *Romanorum* Pontificum dicteriis, ridiculisque commentis fœdissime Neapoli contaminavit.

Cœpit autem his diebus aliud egregium opus in lucem edi *Romæ*, typis *Archangeli Copaletti*, inscriptum: *Elementi della Storia de' Sommi Pontefici co' loro ritratti in rame da* S. PIETRO *fino al felicemente Regnante* PIO VI. Duos hactenus tomos habuimus in 8. primum, qui in STEPHANO IV. secundum, qui in BONIFACIO VIII. desinit. Auctor eruditissimorum horumcce elementorum *Josephus* NOVÆS *Lusitanus*.

Hæreticos non moror, ac præsertim *Franciscum* BRUYS, & *Archibaldum* BOWERUM, quorum ille Gallice quinque tomis *Hagacomitum* 1732. 1734. edi-

edidit *histoire des Papes depuis* S. PIERRE *jusqu' a* BENOIT XIII. *inclusivement*; hic Anglice *Londini* 1749. *history of Popes* uterque nefarius Apostata, & procacissimus conviciator.

Appendicis instar addatur opus de Antipapis a *Ludovico Agnello* ANASTASIO *Surrentinorum* Archiepiscopo, Tomis duobus *Neapoli* editis 1754. comprehensum, ac prænotatum *Istoria degli Antipapi*.

§. III.

Historia Romanorum *Pontificum certis temporibus, locis, ac Nationibus adligata*.

Hieronymi GARIMBERTI „ la prima parte delle vite, overo fatti memorabili d' alcuni Papi „ & di tutti i Cardinali passati, " Venetiis 1567. 4., quæ prima pars statim proscripta est, ex quo illa in lucem emissa fuerat, hocque impedivit, quo minus opus integrum juris publici fieret.

Joan. Nicolai ALIDOSI PASQUALI, „ i Sommi Pontefici, Cardinali, Patriarchi, Arcivescovi, e Vescovi *Bolognesi* dagli anni 270. fino al „ 1621. *Bononiæ eodem anno* 1621. 4.

Francisci BOSQUETI *Pontificum* Romanorum *qui e* Gallia *oriundi, in ea sederunt, historia ab anno Christi* 1305. *ad annum* 1394. Parisiis 1632. 8. Exhibet auctor vitas Pontificum, CLEMENTIS V., JOANNIS XXII., BENEDICTI XII., CLEMENTIS VI., INNOCENTII VI., URBANI V., GREGORII XI., CLEMENTIS VII., ex codicibus manuscriptis Scriptorum, qui tempore dictorum Præsulum vixerunt, sumptas ac notis illustratas. Historia hæc est in numero librorum rariorum.

Petri FRIZONII Gallia purpurata, seu de „ rebus gestis Pontificum ac Cardinalium, & epi„ tome Conciliorum *Galliæ* cum nomenclatura elec-

„ mo-

„ mosynariorum *Franciæ*," Parisiis 1638. cujus jam supra mentionem feci.

Stephani BALUZII *Vitæ Paparum* Avenionensium, *hoc est, historia Pontificum* Romanorum, *qui in* Gallia *sederunt ab anno Christi* 1305. *usque ad annum* 1394., Parisiis 1693. 4. duobus tomis.

Joan. Christoph. WAGENSEILII *exercitatio de* Romanis *Pontificibus*, e Germanorum *gente creatis*, Altorfii 1683. 4.

Angeli Mariæ Cardin. QUIRINI „ Tiara, & „ Purpura *Veneta, Romæ* ante annos viginti pennicilli officio adumbrata in aula majori Ædium „ Cardinalis Tit. S. MARCI, adpositis tantum nominibus Pontificum & Cardinalium *Venetorum*, „ nunc aucta istorum elogiis, ex *Ciacconiano* opere „ depromptis, novisque ad hæc adnotationibus in „ publicum prodit." Romæ 1750. 4. Vide histor. litter. Ital. *T.* XI. *p.* 315. *seqq.*

§. IV.

Vitæ & Historia aliquorum Pontificum ordine Alphabetico.

ALEXANDRI III. *Antonii* VELASQUEZII *Vida de* ALEXANDRO III. *Papa*, Matriti 1658. 8. *Joan. Francisci* LOREDANO *Vita di* ALESSANDRO III. *Pontefice Massimo*, Venetiis 1662. 12., quæ ex lingua Italica in Germanicam conversa prodiit *Lipsiæ* 1713. 8.

ALEXANDRI VI. *Joan.* BURCHARDI *historia arcana, sive de vita* ALEXANDRI VI. *Papæ, excerpta ex ejus diario*, edita a *Godefr. Guilliel.* LEIBNITIO, Hanoveræ 1696. 4. *Alexandri* GORDONI *vie du Pape* ALEXANDER VI. *& de son fils Cesar* BORGIA, Amstælodami 1732. 8. duobus tomis, quæ historia Anglice scripta, ac deinde Gallice reddita est: *vies des Papes* ALEXANDRE VI. & LEON. X., Londini 1737. 8.

S. ANICETI. *Joan. Angelus* ab ALTÆMPS, *vitam ejus edidit*, Romæ 1617. 4.

BENEDICTI XIII. *Alexander* BORGIA doctissimus Firmanorum Archiepiscopus: *Vita* BENEDICTI XIII. Romani *Pontificis ex ordine Prædicatorum, commentario excepta*, Romæ 1751. 4.

BONIFACII VIII. *Jacobus* CAJETANI *de electione & coronatione* BONIFACII VIII. *libri* II. *Joan.* RUBEI, BONIFACIUS VIII. *e familia* Cajetanorum *principum*, Romanus *Pontifex*, opus in duas partes divisum, quorum altera vitam & res ab eo gestas, illustrat; altera easdem defendit, Romæ 1651. 4.

BONIFACII IX. V. *Innocentii* VIII.

S. CLEMENTIS I. *Antonius* TEISSIER vitam S. CLEMENTIS præmisit Gallicæ interpretationi *Clementinæ* epistolæ ad *Corinthios*. Avenione 1681. *Philippus* RONDININI *de* S. CLEMENTE *Papa & Martyre, ejusque Basilica in urbe* Roma *libri* II. Romæ 1706. 4. *Eduardus* de VITRY *in Tumulo* T. CLEMENTIS *Viri Consularis*, & *Franciscus Antonius* ZACCARIA in Paralipomenis ad hunc librum, ubi uterque multa de S. CLEMENTE I.

CLEMENTIS XI. *Petrus* POLIDORI de vita & rebus gestis CLEMENTIS XI. P. M. libri sex Urbini 1727. fol. REBOYLET *histoire de* CLEMENT XI. *Pape*, Avenione 1752. 4. Tom. 2. LAFITAU *vie de* CLEMENT XI. *souverain Pontife* eodem anno vol. 2. 8.

COELESTINI V. *Petrus* TELERA ejus vitam præfixit S. Pontificis opusculis a se editis *Neapoli* 1640. 4. Sed *Parisiis* 1539. jam prodierat *Petri* de ALLIACO, & *Dionysii* FABRI vita *S. Petri* COELESTINI V. 4.

S. DAMASI. *Antonius* de MACEDO in *Lusitania infulata*, Parisiis 1663. 4. *Fridericus* UBALDINUS quum ann. 1630. S. DAMASI opera edidisset, vitam S. Pontificis præmisit; sed multo uberiorem dedit *Antonius Maria* MERENDA, qui

ann.

ann. 1754., ejusdem DAMASI opera a se illustrata *Romæ* vulgavit.

EUGENII III. *Joan.* de LANNES *histoire du Pontificat* d' EUGENE III., Nancei 1737. 12.

GELASII II. *Pandulphus* PISANUS vitam ejus conscripsit editam *Romæ* 1638.

S. GREGORII M. MUTIUS Justinopolitanus: *Il choro Pontificale, nel quale si leggono le vite del Beatissimo Papa* GREGORIO, *e di* XII. *altri Vescovi*, Venet. apud *Jo. Andream Valvassoni* 1570. *Torellus* FOLA Canonic. *Fæsulanus* in sua Italica dialogorum *Gregorianorum* versione inscripta *dialoghi, e* VITA *del Santissimo* GREGORIO *Papa* primum edita *Venetiis* 1575. 4. & sæpius alio titulo ibidem recusa. *Ludovicus* MAIMBOURG *histoire du Pontificat de saint* GREGOIRE *le grand*, Parisiis 1686. 12. *Dionysius* SAMMARTHANUS *histoire de saint* GREGOIRE *le grand, Pape & Docteur de l'Eglise; tirée principalement de ses ouvrages*, Rothomagi 1697. 4. quæ etiam in latinam linguam conversa exstat T. IV. *Parisinæ Gregorianorum* operum editionis a PP. *S. Mauri* curatæ. Cum hac tamen vita conferatur *Epistola ad Monachos* Benedictinos Congr. Parif. S. Mauri super quibusdam parum consonis, prætermissis atque improbabilibus in vita S. GREGORII Magni ab ipsis adornata, auctore D. *Petro* de CASTRO *Bononiæ* 1754. vide historiam litterariam Italiæ *T.* IX. *pag.* 406. *seqq. Franciscus* dal POZZO *Vallicellani* Oratorii Presbyter *Istoria della vita e del Pontificato di Santo* GREGORIO *Magno, Papa e Dottore della Chiesa*, Romæ 1758. 4. quæ tamen non tam veram historiam, quam sermonem panegyricum exhibet. Inter antiquiores rebus Pontificis hujus enarrandis operam dederunt: *Paullus* WARNEFRIDUS, JOANNES *diaconus*, PETRUS *diaconus* atque alii, iique Anonymi. Lucem præterea viderunt: *Sancti* GREGORII *Magni ejusque parentum imagines*, cum explicatione *Angeli* ROCCA.

S. GRE-

S. GREGORII VII. *Commentarius* PAULLI Benriedensis *de vita* GREGORII VII. cum notis Jacobi GRETSERI, Ingolstadii 1610. 4. Vide Acta *Bollandianorum* T. VI. Maji.

GREGORII X. *Antonius Maria* BONUCCI *Istoria del Pontefice ottimo Massimo il* GREGORIO; *descritta in tre libri* Romæ 1711. 4.

GREGORII XIII. *Joh. Petrus* MAFFEI *Annali di* GREGORIO XIII. Romæ 1742. vol. II. 4. *Marcus Antonius* CIAPPI *compendio delle attioni e santa vita di* GREGORIO XIII. Romæ 1591. & 1596. 4. *Ignatius* BOMPLANUS *historia Pontificatus* GREGORII XIII. *Summi Pontificis*, Dilingæ 1685. 12. quæ antea *Romæ prodierat*.

HADRIANI V. Vide *Innocentii* IV.

HADRIANI VI. *Gerardus* MORINGUS; vita HADRIANI VI. Lovanii 1536. *Blasius* ORTITIUS, Itinerarium HADRIANI VI. quod exstat in BALUZII *Miscellaneis T.* III. *pag.* 351. *Gaspar* BURMANNUS, HADRIANUS VI. *sive analecta historica de* HADRIANO VI. *Trajectino, Papa* Romano *notis illustrata*, Trajecti ad Rhen. 1727. 4.

INNOCENTII II. Joan. de LANNES *histoire du Pontificat du Pape* INNOCENT II. Parisiis 1741. 8.

INNOCENTII IV. & HADRIANI V. *Paullus* PANSA, & *Thomas* COSTO *Vita* d'INNOCENZO IV., e di ADRIANO V. Neapoli 1598.

INNOCENTII VIII. & BONIFACII IX. *Franciscus Maria* VIALARDO *Istoria delle vite de' sommi Pontefici* INNOCENZO VIII. *e* BONIFACIO IX. *e del Card.* Innocenzo CIBO, Venetiis 1613. fol.

INNOCENTII X. *Joan. Georgius* ROSSTEUSCHERUS historia INNOCENTII X. Vitembergæ 1674. 4.

INNOCENTII XI. *Vita d'* INNOCENZO *undecimo*, *Pontefice ottimo*, *massimo descritta da* D. G. B. P. Venetiis 1690. 4.

S. LEO-

S. LEONIS I. *Gabriel* BERTAZOLLO, *Vita di* S. LEONE I. *e di Attila flagello di Dio*, Mantuæ 1614. 4. *Paschasius* QUESNELLUS quum a. 1675. Magni hujus Pontificis opera *Lugduni* ederet, recuderetque a. 1700. multa de vita illius commentatus est, quæ cum iis conferenda sunt, quæ P. *Petrus Thomas* CACCIARI an. 1751. & BALLERINII 1755. in nova *Leonianorum* operum editione de rebus a Sanctissimo Pontifice gestis adversus QUESNELLUM adnotarunt. *Ludovicus* MAIMBOURG *histoire du Pontificat de Saint* LEON *le grand*, Parisiis 1687. 8. duobus tomis.

S. LEONIS IX. anecdotam vitam debemus Cl. Præsuli *Stephano* BORGLÆ, qui illam T. II. eruditissimi operis de rebus Beneventanis evulgavit.

LEONIS X. *Raphael* BRANDOLINUS LIPPUS *Junior Florentinus*, Dialogus LEO nuncupatus, notis illustratus, Auctoris vita, aliisque additamentis auctus a *Francisco* FOGLIAZZI Parmensi, Venetiis 1753. 8.

S. LINI *Jo. Jacobus* CHIFFLET, elogium S. LINI Papæ & Archipræsulis *Vesuntionensis* in *Vesontione* civitate Imperiali p. II. *Lugduni* 1618. 4.

MARCELLI II. *Petrus* POLIDORI *commentarius de vita, gestis, & moribus* MARCELLI II. *Pontificis Maximi*, Romæ 1744. 4.

S. MARCELLINI. *Samuel* SCHELVIGIUS: *disquisitio historico-chronologica, qua* MARCELLINI, *inter saculi III. Episcopos* Romanos *ultimi*, *& vita recensetur, & in fide constantia adseritur*, Gedani 1699. 4.

NICOLAI IV. *Hieronymus* RUBEUS; vita NICOLAI IV. Sixto V. inscripta, quæ ex Codicibus Vaticanis cum observationibus, & dissertationibus variis *Antonii* MATTHÆI Ord. Min. Convent. prodiit. *Pisis* 1760. 8.

NICOLAI V. *Dominicus* GEORGIUS: *Vita* NICOLAI V. *Pontificis Maximi, ad fidem veterum monimentorum conscripta, cum disquisitione de* NI-

COLAI V. *erga litteras & litteratos viros patrocinio*, Romæ 1742. 4.

PAULLI II. *Angelus Maria* Card. QUIRINUS, PAULLI II. *vita ex Codice Angelica Bibliotheca desumpta, præmissis ipsius sanctissimi Pontificis vindiciis adversus* PLATINAM, *aliosque obtrectatores*, Romæ 1740. 4.

PAULLI III. *Angelus Maria* Card. QUIRINUS: *imago optimi sapientissimique Pontificis; expressa in gestis* PAULLI III. *ad primos tantum quinque annos ejus Pontificatus spectantibus*, Brixiæ 1745. 4.

PAULLI IV. *Antonius* CARACCIOLUS: *Collectanea historica de vita* PAULLI IV. Coloniæ 1612. 4. *Joannes Baptista* CASTALDO, *vita di* PAOLO IV. Romæ 1615. 4. *Franciscus Maria* MAGUS. *Disquisitiones historicæ de* PAULLI IV. *inculpata vita*, Neapoli 1672. fol. P. D. *Bartholomæus* CARRARA *Bergomas* e Clericis Regularibus, quos *Theatinos* dicimus, adscito *Caroli* BROMATI ab ERANO nomine: *Storia di* PAOLO IV. *Pontefice Massimo* Ravennæ T. I. 1748. T. II. 1753. 4.

PII II. *Joan.* CAMPANUS vitam ejus scripsit

S. PII V. Exstant de eo *Hieronymi* CATENÆ, *vita del gloriosissimo* Papa PIO V. *con una raccolta di lettere di* PIO V. *a diversi Principi e le risposte, con altri particolari*, Romæ 1576. 4. *Joan.* Antonii GABUTII *de vita & rebus gestis* PII V. *Pontificis Maximi*, *libri* VI. Romæ 1605. fol. *Archangel.* CARACCLÆ *brevis enarratio gestorum* PII V. Romæ 1629. 8. quæ epitome tantum est majoris, nondum, ut videtur, editi operis: *ristretto della vita, virtù e miracoli del B.* PIO V. *Sommo Pontefice*, Romæ 8. *Antonii de* FUENMAJOR, *vida, y hechos de* PIO V. *Pontifice Romano con algunos notables sucessos de la Christiandad del tempo de su Pontificado*, Matriti 1595. 4. Cæsaraugustæ 1633. Matriti 1639. 8. *la vie du Pape* PIE V. *ecrite en* Italien *par* Agatio *di* SOMMA,

MA, *Mise in François par le sieur* FELIBIEN, Parisiis 1672. 12. Abr. BZOVII PIUS V. Romanus *Pontifex*; *sive Annalium Ecclesiasticorum tomus posthumus & ultimus*, Romæ 1672. fol. *Joan. Baptista* FEVILLETI *vie du* PIE V. Parisiis 1612. 12. *Thom. Maria* MINORELLI *vita* S. PII V. *Summi Pontificis, ex ordine Prædicatorum, brevi narratione descripta*, Romæ 1712. 8. *Paulli Alexandr.* MAFFEI *vita di Santo* PIO V. *Sommo Pontefice, dell' ordine de' Predicatori*, Venetiis 1712. 4.

S. SIXTI II. A. LIBANORI S. SISTO *secondo Pontefice, e Martire* Ferrariæ 1638.

SIXTI V. *Vincentius* ROBARDUS: SIXTI V. *gesta quinquennalia*, Romæ 1590. 8. *Joannes Petrus* MAFFEI historiarum ab excessu GREGORII XIII. Libri tres, SIXTI V. *Pontificatum complexi, ex interioribus* Romanis *tabulariis deprompti, & nunc primum editi*, Bergomi 1747. 4. *Casimirus* TEMPESTI Ord. Min. Convent. *storia della vita e geste di* SISTO V. *Sommo Pontefice*, Romæ, itemque Venetiis 1754. T. II. 4. Etiam Cl. Præsul *Antonius Maria* GRATIANI Vitam SIXTI scribere adgressus fuerat, eamque ad totum primum ejus Pontificatus annum perduxerat. De hac vide histor. litter. Ital. *T.* IX. *p.* 409. 416. Exstat præterea *Gregorii* LETI *vita* (an potius *romanzo?*) *di* SISTO V. *Pontefice* Romano, *Lausonii* 1669. 12. & iterum *Amstelodami* 1685. 12. duobus voluminibus, quæ & prodiit cum Gallice, interprete *le* PELLETIER, *Parisiis* 1683. 12. ac multo locupletata 1702. 8. duobus tomis, tum Germanice *Lipsiæ* 1706. 8.

S. TELESPHORI. *Urbanus Godefr.* SIBERUS, commentatio, *qua* TELESPHORI, *Pontificis* Romani, *vitam ab erroribus purgat*, Lipsiæ 1714. 4.

VICTORIS III. *Joan. Adolphus* HARTMANNUS: *Vita* VICTORIS III. *Pontificis* Romani Marburgi 1529. 8.

URBANI VII. *Laurentius* ARRIGHI, vita URBANI VII. Bononiæ 1624.

URBANI VIII. *Stephani* SIMONINI : *Silva Urbaniana*; *seu gesta* URBANI VIII. *Pontificis*, Antuerpiæ 1637. 8.

SECTIO II.

De S. R. E. CARDINALIBUS

§. I.

Origo & dignitas CARDINALIUM.

D*Ominicus* de DOMINICIS Torcellanus Episcopus a. 1460. librum PIO II. inscripsit *de dignitate Episcopali*, ubi multa de Cardinalibus. Editus tandem Liber hic fuit Romæ 1757. Exstant prætera.

Hieronymi MANFREDI *tractatus de Cardinalibus* Romanæ *Ecclesiæ*, Bononiæ 1564.

Gabr. PALEOTTI commentarius de consultationibus sacri Consistorii, in quo ex instituto de officio Cardinalis in dicenda sententia differitur, *Venetiis* 1594. 4. 1596. 4. *Ingolstadii* 1594. 4.

Hieronymi PLATI *de Cardinalis dignitate & officio Tractatus*, Romæ 1602. Lugd. 1625. iterum Romæ 1713. ac tandem ibidem 1746. cum additionibus, notis & dissertationibus *Joan. Andreæ* TRIA Archiepisc. Tyri 4.

Guil. du PEYRAT *Traité de l'origine des Cardinaux du Saint siege, & particulierement des* François, *avec deux traites des legats a latere* &c., Coloniæ 1669. 12. ac cum adcessionibus ibidem 1670. 12.

Joan. Francisci BUDDEI *schediasma historicum de origine Cardinalitiæ dignitatis*, Jenæ 1693. 12.

Carol. Bartholom. PIAZZA, *la Gerarchia Cardinalizia*, Romæ 1703. fol.

Dominici GEORGII differt. *de Hierarchia* S. R. E. quæ

E. quæ præmittitur Tomo ejus II. *de Liturg. Rom. Pont.* Romæ 1753.

Ludovici Antonii MURATORII differt.(LXXI.) *de Institutione Cardinalium*, quæ exstat Tom. V. *Antiquit. Italic.* Latine Italice T. III. ejusdem operis, conferenda tamen cum *Cajetani* CENNII adnotationibus.

„ Alexii Symmachi MAZOCHII de Cardina-
„ lium *Romana* & aliarum Ecclesiarum notione,
„ & origine. Exstat in ejus dissertatione de Ca-
„ thedralis Ecclesiæ Neapolitanæ &c. vicibus,
„ Neapoli.

P. D. *Bartholomæi* CARRARA (sub fictitio nomine *Caroli* BROMATI ab ERANO *dell' antica preminenza del Cardinalato dissertazione*, Ravennæ 1756. 4. Confer Annales litterarios Italiæ *vol.* I. *p.* II. *pag.* 101. 106.

P. *Andreæ Hieronymi* ANDRUCCII *de dignitate, officio & privilegiis* S. R. Ecclesiæ *Cardinalium dissertatio*. Exstat ejus *Hierarchia Ecclesiastica lib.* II. *p.* 21., Romæ 1766. 4. Ejusdem de Episcopis Cardinalibus suburbicariis ibid. *lib.* I. *p.* 165.

Neque omittenda sunt, quæ pro Cardinalibus contra FEBRONIUM disputavit *Franciscus Antonius* ZACCARIA tum in *Antifebronio* edit. Cæsen. *T.* IV. *lib.* V. *cap.* 2. tum in eodem *Antifebronio vindicato T.* IV. *diss.* X. *cap.* I.

§. II.

Historia Cardinalium.

Præter GARIMBERTUM, PANVINIUM, CIACCONIUM, ejusque continuatores, & QUIRINUM, quos superiore sectione indicavimus, exstant.

Theodor. GALLÆI „ duodecim Cardinalium
„ pietate, doctrina, rebusque gestis maxime illu-
„ strium, imagines, in æs incisæ cum elogiis, "
Antuerpiæ 1598. 4.

 Hen-

Henric. Ludovic. CASTANÆI „ nomenclator „ sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalium, qui ab „ anno *Christi* millesimo quidpiam commentati „ sunt; seu ab eo tempore, quo, Pontificis ele- „ ctione, ad eos tantum ob *Romani* Cleri multi- „ tudinem revocata, maximus illis honor, qualem „ videmus, haberi cœptus est. Adcesserunt ad cal- „ cem Pontificum & Cardinalium epitaphia supra „ ducenta; quæ *Alphonsi* CIACCONII libro de „ Pontificum gestis adposite interseri operæ est, " Tolosæ 1614. 4. sine auctoris nomine: *Pictavis* 1616. 4.; *Parisiis* 1616. 4. quæ duæ posteriores editiones nomen illud præseferunt.

Antonii SANDERI „ elogia Cardinalium, sanctitate, doctrina, & armis illustrium, *Lovanii* „ 1626. 4.

Petri FRIZONII Gallia „ purpurata, qua cum „ summorum Pontificum, tum omnium *Galliæ* Car- „ dinalium, qui hactenus vixerunt, res præclare „ gestæ continentur, " Parisiis 1638. fol. quod opus jam antea memoravi.

Francisci Mariæ TURRIGII liber *de* Romanæ *Ecclesiæ Cardinalibus scriptoribus*, Romæ 1641.

Antonii AUBERY *histoire generale des Cardinaux*, quinque tomis, *Parisiis* 4. editis, ita ut primus 1642. reliqui quatuor ab anno 1643. in lucem exierint.

Felicis CONTELORII *elenchus* Romanæ *Ecclesiæ Cardinalium ab anno* 1294. *ad annum* 1430. *ex Bibliotheca Cardinalis* BABERINI, Romæ 1641. 4.

Henr. ALBI „ eloges historiques des Cardinaux „ illustres *Francois* & etrangers, mis en parallele, „ avec leurs portraits au naturel, " Parisiis 1644. 8. qui liber iterum prodiit sub titulo: *histoire des Cardinaux illustres*, locupletatus vitis Cardinalium de BERULLE, de RICHELIEU, de la ROCHEFAUCAUD opera du VERDIER, *Parisiis* 1653. 4.

Cardinalium sub ALEXANDRO VII. viven-

tium

tium effigies, nomina, & cognomina, Romæ 1658. fol.

Ludovici Donii d' ATTICHY *flores historiæ Collegii Cardinalium*, Parisiis 1660. fol. tribus tomis.

Franc. du CHESNE „ histoire de tous les Car-„ dinaux *Francois* de naissance, ou qui ont etè „ promus au Cardinalat par l' expresse recommen-„ dation de nos Roys, comprenant sommairement „ leurs legations, ambassades, & voyages, " Parisiis 1699. fol. duobus voluminibus, cum figuris in ære incisis.

Jo: PALATII *Fasti Cardinalium omnium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum stemmate gentilitio cujusque Cardinalis, ac lemmate, ex sacris paginis deducto; gesta adnuente illius Cardinalis, cum indicibus Pontificum, pseudo-pontificum, pseudo-Cardinalium &c.* a PETRO usque ad INNOCENTIUM XII. Venetiis 1601. fol. quinque tomis

Georgii Josephi EGGS *purpura docta; seu vitæ, legationes, res gestæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui ingenio, doctrina, eruditione, scriptis præ ceteris claruere, ab anno Redemptoris* 540. *ad nostram ætatem digesta*; duobus libris *Francof.* 1710. fol. quod opus deinde locupletatum atque in sex libros divisum in lucem emissum est 1714. fol. tribus voluminibus. Adcessit ejusdem „ supplementum novum purpuræ doctæ; seu vitæ & res gestæ eo-„ rum Cardinalium, qui in tribus purpuræ doctæ „ voluminibus hinc inde desiderati; nunc vero suo „ quisque loco, servato ordine & tempore, resti-„ tuti sunt, numero prope 400. in libros IV. di-„ visi „ Augustæ Vindelicor. 1729. fol.

Philippi Card. MONTI, elogia S. R. E. Cardinalium pietate, doctrina, legationibus, ac rebus pro Ecclesia gestis illustrium a Pontificatu ALEXANDRI III. ad BENEDICTUM XIII. adposita eorum Imaginibus, quæ in Pinacotheca *Philippi* Cardinalis de MONTIBUS spectantur, *Romæ* 1751. fol.

Status Curiæ Romanæ.

Hieronymus LUNADORO, *Relazione della Corte di* ROMA Bracciani 1641. Venetiis 1702.

Jo: Bapt. Cardin. de LUCA, Relatio Curiæ Romanæ, *Coloniæ* 1683.

P. *Haunoldus* PLETTENBERG, notitia Congregationum, & Tribunalium Curiæ Romanæ, Hildesiæ 1693. 8.

Andreas TOSI *lo stato presente &c. della Corte di* Roma (seu equitis LUNADORI Relatio reformata & aucta) Romæ 1765.

Franciscus Antonius ZACCARIA, *lo stato presente, o sia la Relazione della Corte di* Roma *già pubblicata dal Cavalier* LUNADORO, *ora ritoccata, accresciuta, ed illustrata,* Romæ 1774. T. II. in 12.

Huc spectant *Theodori* AMEYDEN de officio, & jurisdictione datarii, & stylo datariæ, Venetiis 1654. fol.

Francisci a S. Augustino MACEDO *schema* sacræ Congregationis S. Officii Romani cum elogio Eminentissimorum Principum Cardinalium, *Patavii 1676.* 4.

Hieronymi FABRI Ravennatis de Protonotariis Apostolicis, eorumque dignitate, ac munere *Bononiæ* 1674. 4.

P. *Andreæ Hieronymi* ANDREUCCII de Protonotariis apostolicis e numero Participantium. Exstat *Hierarchia Eccles.* ab eo editæ *Romæ 1766. lib.* 1. *pag.* 95. 194.

Josephi CATALANI Oratorii S. Hieronymi Caritatis Presbyteri, de Magistro sacri Palatii libri duo, quorum alter originem, prærogativas, ac munia, alter eorum seriem continet, qui eo munere ad hanc usque diem donati fuere, Romæ 1750. 4.

Ejusdem de Secretario Sacræ Congregationis Indicis libri duo, ibid. 1750. 4.

ARTICULUS II.

Politia Patriarchatus Occidentalis.

SECTIO I.

Episcopalium ITALIÆ *Sedium historia.*

§. I.

Hujus historiæ generales Scriptores.

„ Ferdinandus UGHELLIUS: Italia sacra, sive „ de Episcopis Italiæ & Insularum adjacentium, „ rebusque ab iis præclare gestis, deducta serie ad „ nostram usque ætatem. Opus singulare provin- „ ciis XX. distinctum, in quo Ecclesiarum origi- „ nes, urbium conditiones, Principum donationes, „ recondita monimenta in lucem proferuntur, Venetiis ab anno 1717. usque ad annum 1722. fol. editum, decem tomis. Hæc est nova, eaque secunda editio, quam *Nicolaus* COLETUS ornavit. Prima novem tomis comprehendebatur, exieratque *Romæ* ab anno 1644. ad 1662. Nova præstantissimi operis editio *Florentiæ* promissa est, eaque emendatissima, cujus & specimen habuimus.

Julius Ambrosius LUCENTIUS: *Italia sacra restricta, aucta, veritati magis adcommodata*, Romæ 1704. fol. duobus voluminibus.

„ Augustinus LUBINUS, Italia Ecclesiastica, „ in suas XX. distincta provincias; sive Italiæ Epi- „ scopales Ecclesiæ, cum exstantes, tum excisæ, „ tabula expressæ geographica ejusdem abbatiarum „ Italiæ brevis notitia, Romæ 1693. 4.

Quod LUCENTIUS in primam, alii in secundam UGHELLII editionem adlaborarunt, ut nempe

pe supplerent illum atque corrigerent. Plures §. sequenti servamus. Heic duos tantum addemus.

Eques *Annibal* de ABBATIBUS OLIVERIUS edidit Novæ Sylloges Opusculor. Caloger. *p.* 121. 143. *lettera sopra alcuni Vescovi ignoti all'* UGHELLI.

In eadem nova opusculorum sylloge *T.* xii. *p.* 201. exstat *Vincentii* ZACCONI *lettera*; qua aliquot & ipse suppeditat in UGHELLIUM emendationes.

Vidi COQUILII historiam Episcopatuum Italiæ laudat *Nicolaus Comnenus* PAPADOPOLI T. II. *hist. Gimnasii Patavini* p. 104.

Franciscus Augustinus ab ECCLESIA *historia chronologica Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum* Pedemontanæ *regionis*, Taurini 1645. 4.

Rocchus PYRRHUS: „ Sicilia sacra disquisitionibus, & notitiis illustrata, ubi libris quatuor, „ postquam de illius Patriarcha, & Metropolita „ disquisitum est, a Christianæ Religionis exordio „ ad nostra usque tempora cujusque præsulatus majorumque beneficiorum institutio, Archiepiscopi, „ Episcopi, Abbates, Priores, singulorum jura, „ privilegia, præclara monumenta, civitates diœcescon, cum præcipuis earum templis, religiosisque familiis, atque viri siculi, vel sanctitate, „ vel doctrina illustres, continentur, explicantur. Opus hoc quatuor libris constat, ac *primus* complectitur notitias trium *Siciliæ* Metropoleon, *Panormitanæ, Messanensis*, ac *Monte-regalensis* cum libro *secundo* de Episcopis, quorum munera exstincta sunt, *Panormi* 1623. fol. Sequutus est liber *tertius*, in quo Episcopatuum, nunc florentium, ac eorum diœcescon notitiæ traduntur, ibidem 1638. fol. post hunc autem liber *quartus*, quo *Sicularum* Abbatiarum ac Prioratuum notitiæ habentur. Divisus ille est in quatuor partes; quarum duæ tantum priores in conspectum orbis eruditi venerunt:

Pri-

Prima *Panormi* 1647. fol. ſecunda eodem loco 1649. fol. Duæ poſteriores, ſive tertia ac quarta, quo minus adceſſerint, auctoris mors impedivit. Opus hoc, quum adhuc locum inter libros maxime rariores obtinuiſſet, non ſolum translatum eſt *in theſaurum antiquitatum & hiſtoriarum* Siciliæ; non tamen emendate atque adcurate, ſed etiam ſeparatim iterum litteris deſcriptum, *Panormi* 1733. fol. duobus tomis. Ad editionem hanc ornandam laudabilem operam adhibuit *Antonius* MONGITORE, qui quæ antea vitioſa erant, ea emendavit, quæque omiſſa, addidit: quoniam vero iſte, antequam librum ad finem perduxiſſet, e vita ceſſit, quæ reſtabant de cœnobiis ordinis *Benedictini* ac *Ciſtercienſis*, ea elaboranda *Vitus Maria* AMICUS ſuſcepit.

P. Antonius Felix MATTHÆI Ord. Min. Convent. Sardinia ſacra, ſeu de Epiſcopis SARDIS hiſtoria nunc primum confecta, Romæ 1758. Præmittitur diſſertatio *de* Sardinia, *& illius Eccleſiis*. Auctor poſtea in Ephemeridibus litterariis Florentinis plura edi curavit, veluti operis ſui auctarium.

§. II.

Singularium quarumdam Italiæ *Sedium Epiſcopalium hiſtoria*.

Quod cap. v. *artic.* 1. de Eccleſiaſtica Italicarum Urbium hiſtoria fecimus, idem & heic de Epiſcopalibus noſtræ Gentis Sedibus ex ſequemur, ut qui ſingulatim eas illuſtrarunt, Scriptores percenſeamus. Utinam & de aliarum Gentium ſedibus idem liceret præſtare; ſed ut ſæpe monuimus, ſpecimen damus Bibliothecæ ad Eccleſiaſticam hiſtoriam pertinentis, non abſolutiſſimam Bibliothecam; neque hujus eſt loci, ac temporis tam prolixum, qualis ad id poſtularetur, commentarium conſcribere.

ÆMONIA. *Joann. Raynaldus* Comes CARLI-RUBBII *dissertazione intorno all' antico Vescovato* EMONIESE. Exstat *T.* 1. Sylloges Opusculor. Calog. *p.* 323. 343.

ANCONA. *Fausti Antonii* MARONI Schol. Piar. de Ecclesia & Episcopis ANCONITANIS, commentarius, in quo UGHELLIANA series emendatur, Romæ 1759. 4. *Caroli* MOSCHEN pro translatione Hierosolymis ANCONAM Corporis S. CYRIACI Martyris Hierosol. Patriarchæ, Anconæ 1675. 12. *Christophori* STORANI Canonici *Parere, che* S. CIRIACO *sia stato Vescovo di* Gerusalemme, *ne mai di* ANCONA, ivi 1675. 4. Vide diarium Roman. litterat. viror. 1676. *p.* 141. *&* 143. *Francisci Mariæ* a PANORMO Capuccini, de Episcopali divi JUDÆ QUIRIACI Sede Problema Theologico-criticum, ivi 1758. 4. Confer Annales litter. Ital. *T.* III. *p.* 372.

AQUILEJA. *P. Joan. Franc. Bernardi Mariæ* de RUBEIS Ordin. Prædicat. *Monumenta Ecclesiæ* AQUILEJENSIS, *commentario historico-cronologico-critico illustrata, cum appendice, in qua vetusta* Aquilejensium *Patriarcharum rerumque* Forojuliensium *chronica, emendatiora, quædam alia nunc primum in lucem prodeunt*, Argentinæ (id est Venetiis) 1740. fol. Huc spectant ejusdem dissertationes 1. de *schismate Ecclesiæ* AQUILEJENSIS, Venetiis 1732. 8., 2. *de Numis Patriarcharum* AQUILEJENSIUM 8. *Hieronymi* TARTAROTTI de origine Ecclesiæ Tridentinæ, & primis suis Episcopis, Venetiis 1743., in quo libro AQUILEJENSIS Ecclesiæ, ejusque originis a S. MARCO vulgata traditio impugnatur. *Fr. Caroli Josephi* a S. FLORIANO *Fondazione della Chiesa* d' AQUILEJA (adversus TARTAROTTUM) Mediolani. *Hieronymi* TARTAROTTI *dell' origine della Chiesa di* AQUILEJA *dissertazione epistolare*, Mediolani 1759. 8.

ARRETIUM. V. *Fæsulæ.* Anonymi *monumenti, e no-*

e notizie Istoriche riguardanti la Chiesa primitiva Vescovile d' AREZZO *in* Toscana *dai suoi principj fino al presente*, Lucæ 1755. In hujus libri calce exstat Series chronologica ARRETINORUM Antistitum. *Laurentii* Eq. GUAZZESI *dissertazione intorno a* MARCELLINO *Vescovo* d' AREZZO. Exstat *T*. XLVII. *Sylloges Caloger. p.* 163.

AVELLINUM. P. de FRANCHI in AVELLINO *illustrato*, de quo supra, lib. III. cap. 15. Seriem exhibet AVELLINENSIUM Episcoporum.

AUXIMUM. *Fausti Antonii* MARONI Schol. Piar. de Ecclesia & Episcopis AUXIMANIS commentarius. *Francisci Antonii* ZACCARIA AUXIMATIUM Episcoporum series &c., Auximi fol. *Dominici* PANNELLI *Memorie di* S. LEOPARDO *Vescovo d'* OSIMO, Pisauri 1755. 4. Ejusdem *Memorie Storiche de' Santi* VITALIANO, *e* BENVENUTO *Vescovi di* OSIMO, Auximi 1763. 4. Præstantissimus Episcopus *Pompejus* COMPAGNONIUS moriens edendas reliquit Italicas lectiones de AUXIMATIBUS decessoribus suis Episcopis, opus exquisitæ eruditionis, quod brevi nos habituros esse speramus.

BENEVENTUM. *Marii* de VIPERA *chronologia Episcoporum, & Archiepiscoporum Metropolitanæ Ecclesiæ* BENEVENTANÆ, Neapoli 1636. 4. *Pompeji* SARNELLI *Memorie cronologiche de' Vescovi, ed Arcivescovi di* BENEVENTO, Neapoli 1691. 4. *Dominici* GEORGII *de origine Metropolis Ecclesiæ* BENEVENTANÆ, Romæ 1725. 4. Confer clariss. de VITA Antiquitates BENEVENTANAS tomo 2. & præstantissimi Præsulis *Stephani* BORGIA opus plane eruditum *Memorie di* BENEVENTO.

BONONIA. *Caroli* SIGONII Libri v. de Episcopis BONONIENSIBUS, Bononiæ 1586. & Mediolani in novissima Sigonianorum operum editione. Confer LAMBERTINUM *de Festis*.

BRIXIA. *Joan. Hieron.* GRADONICI, nunc

Uti-

Utinensis Archiepisc. BRIXIA *Sacra*, nempe *Pontificum* BRIXIANORUM *series commentario historico illustrata*. Brixiæ 1755. 4. Confer histor. litter. Ital. T. XII. *p.* 371. 387.

CAMERINUM. *Octavii* Canonici TURCHI, CAMERINUM sacrum 4.

CAPUA. *Francisci Maria* PRATILLI *della origine della Metropolia Ecclesiastica di* CAPOA, Neapoli 1758. 4. V. Annales litter. Ital. *T.* III. *p.* 374. *seqq.*

CATANA. Joan. *Bapt.* de GROSSIS CATANA *sacra*, *sive de Episcopis* CATANENSIBUS Catanæ 1654. 4.

CERVIA. P. D. *Petri Aloysii* GALLETTI Aba. Benedict. *Lettera sul Vescovado di* CERVIA. Extat in diario Romano Litteratorum virorum ann. 1758. *p.* 360.

CIVITAS CASTELLANA. V. *Horta*.

CIVITAS NOVA. V. *Æmonia*.

CREMA. *Francisci Antonii* ZACCARIA, CREMENSIUM *Episcoporum series* &c. Brixiæ 4.

CREMONA. *Francisci Antonii* ZACCARIA, CREMONENSIUM Episcoporum series, a FERDINANDO UGHELLO primum contexta, deinde a Nicolao COLETO aliquantulum aucta, nunc tandem restituta, emendata, pluribusque ineditis documentis locupletata, Mediolani 1749. 4.

EUGUBIUM. *Mauri* SARTI Monachi, & Cancellarii Camaldulensis de Episcopis EUGUBINIS. Præcedit ejusdem auctoris de civitate, & Ecclesia EUGUBINA dissertatio, Pisauri 1755. 4. Vide histor. litter. Italiæ T. XIII. *p.* 165.

FÆSULÆ. *Scipionis* AMMIRATO Vescovi di FIESOLE, VOLTERRA, e AREZZO, Florentiæ 1637. Quæ de S. ROMULO non multis ab hinc annis adversus LAMIUM, & FOGGINIUM, a GATTOLINIO, SOLDANIO, aliisque acriter disputata sunt, a plerisque non ignorantur, ut indivisim controversiam satis sit indicare, quin opusculorum de ea editorum indiculum texamus.

FLO-

FLORENTIA. P. *Josephus* RICHA in opere supra indicato de Florentinis Ecclesiis seriem exhibet FLORENTINORUM Episcoporum, atque Archiepiscoporum.

FORUM CORNELII *Antonii Mariæ* MANZONI, Episcoporum Cornelienfium, sive Imolensium Historia. Faventiæ 1719. 4.

LAUS POMPEJA, *Francisci Antonii* ZACCARIA LAUDENSIUM Episcoporum series &c. 4. Mediolani.

HORTA. Justi FONTANINI *de antiquitatibus* HORTÆ. Fr. Thomæ M. MAMACHII Ord. Prædic. de Episcopatus HORTANI *antiquitate ad* HORTANOS *cives, liber singularis*, Romæ 1759. 4. Anonymi *Ragionamento, con cui si dimostra, che la Sede Vescovile della Città di* ORTA *non può pretendere superiorità alcuna di precedenza sopra la Sede Vescovile di* CITTA' CASTELLANA *per ragione di maggiore antichità*. Romæ 1759. 4. Fr. *Thomæ* M. MAMMACHII *adversus auctorem Libelli* Italice *scripti de Cathedra* HORTHANA CIVITONICÆ *non præferenda* Antirrhesis, Romæ 1759. 4. *Restrictus facti & juris*; Libellus in caussa *Castellanensis* S. C. Concilii exhibitus 1759. fol. subscriptusque a Joan. Felice GARATONI, Francisco PALLI, Nicolao SALA, & Philippo DURANI Curiæ Romanæ Advocatis. F. *Thomæ* M. MAMACHII *ad* Antirrhesim, in Auctorem Libelli de Episcopatus CASTELLANENSIS *antiquitate* προσθήκης pars I. Romæ 1759. Anonymi adversus MAMACHIUM *Ragionamento dell' antichità de' Vescovi di* CIVITA' CASTELLANA sopra quella di ORTE, Romæ 1759. F. MAMACHII *ad* Antirrhes *in auctorem Libelli de* HORT. *Episc. non præfer.* προσθήκης pars II., cui a pag. 17. adtexitur ejusdem MAMACHII *lettera all' Autore del Ragionamento* &c. Romæ 1759. 4.

MEDIOLANUM. Donati BOSSII *historia de Episcopis & Archiepiscopis* MEDIOLANI *usque ad an-*

Casimiri OUDINI sceleſtiſſimi Apostatæ commentarius de scriptoribus Ecclesiæ antiquis, illorum scriptis, tam impressis, quam manuscriptis, adhuc exstantibus in celebrioribus *Europæ* Bibliothecis, a BELLARMINO, POSSEVINO, *Philippo* LABBEO, *Guil.* CAVEO, *Ludovico Elli. du* PIN & aliis omissis, ad annum 1460. vel ad artem typographicam inventam, cum multis dissertationibus, in quibus insigniorum Ecclesiæ auctorum opuscula, atque alia argumenta notabiliora adcurate & prolixe examinantur, *Lipsiæ* 1722. fol. tribus voluminibus.

Auctores, quorum studio in lucem edita est: *Magna Bibliotheca Ecclesiastica; sive notitia Scriptorum Ecclesiasticorum veterum ac recentiorum, in qua ordine alphabetico continetur auctorum sacrorum veteris & novi Testamenti: auctorum Apostolicorum & Sanctorum Patrum vita compendium, & eorum scripta enumerantur &c.* Tomus 1. Coloniæ Allobrogum 1734. fol.; sed ultra hunc tomum progressi non sunt.

AR-

ARTICULUS III.

Hæreticorum, hæresumque Historia.

§. I.

Veteres qui de illis scripserunt.

I. Ad monumenta historica, quæ de hæreticis generatim ab antiquioribus Græcis, Latinisque Scriptoribus scripta ad nos pervenerunt, pertinent

Capita illa postrema TERTULLIANI libri *de præscriptione hæreticorum*, quibus quinque ac viginti hæreses enumerantur. Eorum auctorem esse TERTULLIANUM negat ALLIXIUS, adserit TOURNEMINIUS.

PHILASTRII liber *de hæresibus*, editus a *Joan.* a FUCHTE, Helmstadii 1611. 4. ac cum emendationibus & notis *Joan. Alberti* FABRICII, Hamburgi 1721. 8., & in splendidissima collectione Patrum BRIXIANORUM cum variis Codicis *Rhemensis* lectionibus, notisque Cl. Canonici GALEARDI, Brixiæ 1738. fol. curante *Angelo M.* Card. QUIRINO.

EPIPHANII opus *de hæresibus*, quod πανάριον, sive *capsulam medicam* scripsit, quoniam non solum hæreticorum sententias recensuit; verum etiam confutavit, & ut ipse vocem hanc interpretatus est, saluberrima remedia adversus illorum venena commendavit. Exstat in ejus operibus a *Dionysio* PETAVIO editis atque illustratis, *Parisiis* 1622. fol., *Coloniæ* 1682. fol.

AUGUSTINI liber *de hæresibus ad* Quodvult-Deum, quo LXXXVIII. hæreses, a *Simonianis* usque ad *Pelagianos* enarrantur. Tamquam appendix illi adjungi solent hæreses *Prædestinatiana*, *Nestoriana*, *Eutychiana*, & *Timotheana*, quæ GENNADIO *Massiliensi* tribuuntur, atque ex libris ejus

octo

octo *adversus omnes hæreses* tantum superesse, creduntur; attamen in quibusdam editionibus hæresis *Prædestinatiana* omittitur. Prodiit AUGUSTINI liber non solum inter *opera* ejus; sed etiam separatim cura *Lamberti* DANÆI, qui illum novis hæresibus fœdavit. Exiit etiam liber hic cum VINCENTII *Lerinensis commonitorio*, Cantabrigiæ 1687.
12. *Laurentius* COZZA edere cœpit: *commentarios historico-dogmaticos in librum* AUGUSTINI *de hæresibus ad* Quod vult Deum, eorumque pars prima, continens hæreses XXII. a *Simone* Mago usque ad *Marcionem*, lucem vidit Romæ 1707. fol.

Auctor *Prædestinati* editus primum a *Jacobo* SIRMONDO, *Parisiis* 1643. 8. deinde a *Joanne* AWÆO, sine loco 1645. 8. sub quo nomine alii *Antonium* ARNALDUM, alii *Davidem* BLONDELLUM latere, suspicati sunt: postea iterum cura *Seraphini* PICCINARDI cum uberioribus prolegomenis & appendicibus, *Patavii* 1686. 4.

Exstat etiam sub HIERONYMI nomine *Indiculus de hæresibus* a *Claudio* MENARDO editus Parisiis 1617., qui saltem inter spuria ejus opera cum a MARTIANÆO, tum a VALLARSIO recudendus fuerat.

Hisce Scriptoribus adnumerari solent IRENÆUS ac THEODORETUS, quum ille libros quinque *adversus hæreses*; hicque itidem libros quinque *hæreticarum fabularum* reliquerit; omitto autem eos, quoniam non tam historicis, quam polemicis Scriptoribus adscribendi sunt.

II. Hactenus enumerati Scriptores quinque prioribus Ecclesiæ sæculis floruerunt. Sequentibus exstiterunt

LEONTII *Byzantini sectarum historia*, quæ Græce, atque interprete *Joan.* LEUNCLAVIO latine cum *Manuelis* COMNENI *legatione ad* Armenos *Basileæ* prodiit 1578. 8.

SOPHRONII *narratio brevis de hæresibus*, ex

ejus-

ejusdem *epistola Synodica* ad *Sergium* Patriarcham *Constantinopolitanum* Graece & Latine apud *Joan. Alb.* FABRICIUM Bibl. Gr. vol. VII. p. 483.

TIMOTHEI Libellus *de iis, qui ad Ecclesiam ab Hereticis adcedunt*. Primus Libellum hunc Græce, juris publici fecit una cum aliis quibusdam opusculis *Joan.* MEURSIUS: postea eumdem Græce, ac Latine cum notis ediderunt *Franciscus* COMBEFISIUS, & *Joan. Baptista* COTELLERIUS.

Joan. DAMASCENI Liber *de haresibus*, editus partim latine tantum, partim Græce ac Latine in ejusdem *operibus*, ac notis a *Joan. Baptista* COTELERIO, ac *Michaele* le QUIEN illustratus.

HONORII *Augustodunensis* Libellus *de haresibus* Basileæ 1544. 8. cum aliis ejusdem monimentis, ac *Helmstadii* 1612. 4. cum HARMENOPULI, Scriptoris Græci, *catalogo hareticorum, ac fidei professione*, Latine.

HARMENOPULI opusculum *de opinionibus hereticorum qui singulis temporibus exstiterunt*; Græce atque interprete *Joan.* LEUNCLAVIO, Latine editum atque additum *Manuelis* COMNENI *legationi ad* Armenos, Basileæ 1578. 8. Latine Helmstadii 1612. cum HONORII Libello *de haresibus*, ut nuper dixi.

Guidonis de PERPINIANO *summa de haresibus*, Parisiis 1528. fol. Coloniæ 1621. fol. & 1655. fol. cura *Joannis* GEINERI, quo opere auctor primum disputat de hæresi generatim, deinde de erroribus *Judaorum*, *Gracorum* *Jacobitarum*, *Georgianorum* & *Armenorum*: postea de hæresibus, ab AUGUSTINO & ISIDORO commemoratis, ac tandem de sectis, quæ post AUGUSTINUM, & ISIDORUM exortæ sunt.

§. II.

Recentiores de hæreticis historici commentarii.

Bernardi LUTTENBURGI *catalogus hæreticorum omnium pene, qui ad hæc usque tempora passim litterarum monumentis proditi sunt*, Coloniæ sine indicio anni 4. *Parisiis* 1524. 4. *Coloniæ* 1525. 8. ibidem 1526. 1529. 1537. 8. itidem sine mentione loci 1526. 1527. 8.

Alphonsi de CASTRO „ adversus omnes hæreses Libri xiv. in quibus recensentur & revincuntur hæreses, quarum memoria exstat, quæ ab Apostolorum tempore ad hoc usque sæculum in Ecclesiæ ortæ sunt, „ Parisiis 1534. fol. iterum *Parisiis* 1541. 1543. 1560. 1565. fol. *Venetiis* 1546. 1555. 8. *Antuerpiæ* 1556. 1565. fol. In Gallicum sermonem opus hoc convertit HERMANTIUS, atque in lucem protulit sub titulo: „ histoire des heresies, ou l'on verra par ordre alphabetique le nom & l'histoire des heresiarques, qui ont troublé l'Eglise depuis la naissance de Jesus Christ jusqu'a present, & les erreurs, qu'ils y ont repandues &c. „ Rothomagi 1712. tribus tomis. Non tamen interpres ordinem rerum sequutus est, quem præscripserat sibi *Alphonsus* de CASTRO; sed ipsorum hæreticorum, simulque eas addidit hæreses, quarum iste nullam mentionem fecerat.

Gabrielis PRATEOLI *elenchus de vitis, sectis, & dogmatibus omnium hæreticorum*, ordine litterarum dispositus, *Coloniæ* 1543. 1569. 1581. 1605. 4.

Theodori PETREI „ catalogus hæreticorum, seu de moribus & erroribus omnium propemodum hæresiarcharum, hæreticorum ac schismaticorum &c. Coloniæ 1629. 4.

Antonii VARILLAS *histoire des revolutions ar-*

rivées en Europe en matiere de Religion; sive quem titulum singulae paginae Libri prae se habent, *histoire des heresies*, sex tomis, eo ordine editis ut primus ac secundus *Parisiis* 1686. 4. tertius ac quartus ibidem 1687. 4. quintus ac sextus ibidem 1689. 4. lucem adspexerint. Ex quo opus hoc prodire coepit, id denuo litteris descriptum est ab anno 1686. ad annum 1690. in Belgio 12. itidem sex tomis. Italice autem *Venetiis* 1711.

Joan. SIANDA „ Lexicon polemicum, in quo „ potiorum haereticorum vita perstringitur, omnes „ contra fidem errores colliguntur, Dei verbo scri- „ pto, vel tradito, conciliorum auctoritate & ra- „ tionibus breviter reprobantur, inserta conciliabu- „ lorum omnium, schismatum & controversiarum, „ quae ad ecclesiasticam historiam pertinent, noti- „ tia, addita pro operis complemento Bibliothe- „ ca polemica," Romae 1733. fol.

PLUQUET„ Memoires pour servir a l'histoire „ des egaremens de l' Esprit humain par rapport „ a la Religion Chrétienne, ou dictionaire des „ heresies des erreurs, & des schismes, " Parisiis 1767. T. II. 8. optimum librum Italice pessimus interpres vertit, & commentitiis haeresibus, dicteriis, mendaciis oneravit.

Adcedant *Thomae* ITTIGII „ dissertatio de hae- „ resiarchis aevi Apostolici, & Apostolico proximi; „ seu primi & secundi a Christo nato saeculi, *Li-* „ *psiae* 1690. 4. Appendix dissertationis de haere- „ siarchis aevi Apostolici & Apostolico proximi, „ cui adcedit heptas dissertationum, selecta quae- „ dam historiae ecclesiasticae veteris & novae capi- „ ta illustrantium *Lipsiae* 1696. 4.

P. D. *Cajetani Mariae* TRAVASA *Istoria critica delle vite degli eresiarchi dal primo secolo della Chiesa* ibidem 1757. 1759. 8. Eruditus auctor ann. 1746. ibidem ediderat *Istoria critica della vita di* ARRIO *primo eresiarca del quarto secolo*.

Joan. Petrus SEMIDEI *Gallia litteraria* p. 132.

historiam hæresiarcharum Gallice edidisse dicitur anno ac loco editionis non adnotato.

ARTICULUS IV.

De Libellis fidei quinam disseruerint.

QUÆ ad Symbolum Apostolicum, & Athanasium spectant, alterius loci erit indicare. Heic sufficiant.

Paschasii QUESNELLI dissertatio *de variis fidei Libellis*: exstat in operibus S: LEONIS M. ab eo divulgatis

Petri LAZERI de antiquis formulis fidei, earumque usu exercitatio Romæ 1756. 4.

Joannis GARNERII de Libellis fidei PELAGIANORUM: exstat in editione *Marii* MERCATORIS ab eo curata.

CAPUT XI.

Scriptores qui Christiana Ecclesia fata & eventa scripto consignarunt aut illustrarunt.

ARTICULUS I.

De Fidei Christiana propagatione Scriptores.

A*Mbrosius* GARDEBOSC, a quo *Facies Ecclesia nascentis in Europa*, Asia, Africa, *exposita* exstat T. 1. hist. Eccles. p. 1. cap. 2. 3. &4. *Tolosa* 1713. fol.

Arnaldus MERMANNUS in *theatro conversionis gentium totius orbis*, Antuerpiæ 1572. 8. & in *Chronico chronicorum* Joan. GUALTERII, seu Jani GRUTERI Francof. 1614. T. 1. pag. 96. 180.

Robertus MILLAR in historia propagationis Christianæ Fidei, quam Anglice edidit primum *Edin-*

Edinburgi, deinde *Londini* 1726. 8. duobus volumin.

Joan. *Albertus* FABRICIUS, quem Fr. *Thomas* MAMACHIUS *T.* II. *origin. & antiq. Christian.* & Julius *Laurentius* SELVAGGIUS *in Antiquit. Christianar. institutionibus* lib. 1. p. 1. sequuti sunt, in *salutari luce Evangelii* &c. a cap. XIV.

ARTICULUS II.

Persequutiones Ecclesiæ, earumque historici.

I. GEneratim Ecclesiæ persequutiones ex Catholicis præter LACTANTIUM in lib. *de mortibus persequutorum* enarrant.

Joan. *Baptista* MASCULUS in historia persequutionum Ecclesiæ, *Neapoli* 1651. 4. *Franciscus* BALDUINUS in Comment. *ad edicta veterum Principum de Christianis* Basileæ 8. & Halæ Saxonum 1727. 8. *Theodoricus* RUINARTIUS Præf. ad acta Martyr. sincera. Joan. *Thomas* RAINALDIUS Augustin. in dissertatione *de persequutionibus*, *quibus primo & secundo* aeræ Christianæ sæculo *Ecclesia exagitata est*. *Stephanus Evodius* ASSEMANUS præf. in *Acta Sanctorum Martyrum* Oriental. & Occident. Romæ 1748. f. *Petrus* LAZERUS in diss. *de persequutionibus in Ecclesiam excitatis ævo Apostolico* Romæ 1749. 4. Fr. *Thomas* MAMACHIUS *T.* I. *Orig. & Ant. Christ. lib.* II. *cap.* 8. *pag.* 414. *seqq.* quocum conferendus Auctor histor. litter. Ital. *T*: II. *pag.* 395. *seqq.* P. *Bartholomæus* PEVERELLI in Italica ejusmodi Persequutionum historia *Venetiis* ex *Zatta* Typographio T. II. in 4. Vulgata. D. MALEVILLE T. V. operis inscripti *la Religion naturelle, & la Revelée etablies* &c. Parisiis 1758. 12. diss. XVII Julius *Laurentius* SELVAGGIUS in *Antiquit. Christian. Institution.* Neapoli 752. *lib.* 1. *p.* 1. *cap.* IX. *p.* 129. 161.

II. Sunt etiam ex Protestantibus, qui generatim

de Christianæ Ecclesiæ persequutionibus egerint, ut *Christianus* KORTHOLTUS *de persequutionibus Ecclesia primava sub Imperatoribus Ethnicis*, Jenæ 1660. 8. & Kilonii (quæ uberior editio est) 1689. 4. *Joan.* MEISNERUS diss. *de persequutionibus, & Martyriis Christianorum veterum* Witebergæ 1670. 4. Joan. *Andreas* QUENSTADIUS diss. *de persequutione veteris Ecclesia* ibid. 1676. 4. *Joan. Gerardus* VOSSIUS in *edictis Imp. contra Christianos* T. IV. operum.

III. Singulares porro quasdam persequutiones alii illustrarunt. Sic exstant. I. de persequutione NERONIS *Christophori* CELLARII duæ commentationes, altera brevior atque inscripta, *schediasma de prima Christianorum persequutione*, Halæ 1694. altera longior *de* NERONIS Claudii *in Rempublicam & Ecclesiam sævitia*, Halæ 1703. VIGNOLES *discours touchant le tems precis de la persecution suscitée contre les chrètiens par l' Empereur* NERON. Vide opus inscriptum: *histoire critique de la Republ. des lettres* T. VIII. p. 74. T. IX. p. 172. T. X. p. 328. *Joan. Enn. Imman.* WALCHII *marmor* HISPANIÆ *antiquum, vexationis Christianorum* NERONIANÆ *insigne documentum illustratum*, Jenæ 1750. 4. ejusdem *persequutionis Christianorum* NERONIANÆ *in Hispania, ex antiquis monimentis probanda, uberior explanatio*, Jenæ 1753. 4. II. de persequutione TRAJANI *Georg.* Caspar. KIRCMAIERI dissertatio *de cognitione & pœnis Christianorum sub* TRAJANO, Vitembergæ 1693. *Christoph. August.* HELMANNI disputatio de *persequutione Christianorum* Pliniana, Goettingæ 1731. ac qui ab aliis adducitur, *Joan.* TESMARI *processus gentilium in christianos, sub* TRAJANO *institutus & illustratus*. III. de persequutione DIOCLETIANI *Joan. Ernesti Emmanuelis* WALCHII *Christianorum sub* DIOCLETIANO *in* Hispania *persequutio; ex antiquis inscriptionibus illustrata*, Jenæ 1751. *Danielis* FARLATI historia DIOCLE-

TIANI cap. IV. T. II. *Illyrici sacri*. IV. de persequutione JULIANI præter Auctores a FABRICIO indicatos in *Salut. luce Evang.* cap. 14. pag. 294. seqq. *Gottlieb Fridricus* GUDIUS in Commentatione historico-Ecclesiastica *de artibus* JULIANI *Apostatæ Paganam superstitionem instaurandi*, & Cl. NONNOTTE T. I. operis inscripti *les erreurs de* VOLTAIRE *cap.* VII. & VIII. de SAPORIS Regis in Christianos persequutionibus *Stephanus Evodius* ASSEMANUS Præf. in *Acta Martyr. Orient. & Occident.* p. 69. VI. de persequutione VANDALICA *Theod.* RUINARTIUS in *historia* ejusdem *Persequutionis*, Parisiis 1654. 8. & Venetiis 1732. 4.

ARTICULUS III.

De visis ac miraculis cum veteris tum recentioris Ecclesiæ Christianæ.

I. De visis consulendi MAMACHIUS *T.* I. *orig. & Ant. Christ. lib.* II. *cap.* 7. §. 2. & Card. ORSI in diss. apologetica pro Ss. PERPETUA, & FELICITATE, has *Samuel* BASNAGIUS in Annal. *ad ann.* 203. *num.* V. *Montanistis* adscribere non erubuerat, Florentiæ 1728. 4. *pag.* 87. *seqq.* Hos ubi legeris, conferre poteris *Joan. Jac.* ZIMERMANNI *disquisitionem historico-Theologicam* (immo penitus heterodoxam) *de visionibus, quæ primis quatuor post Christi & Apostolorum excessum seculis Christianis quibusdam contigisse dicuntur*, Tiguri 1737.

II. Apostolorum dona & prodigia expendunt idem MAMACHIUS *l. c. cap.* V. §. 2. *pag.* 295. *seqq.* & Illustriss. de LIGUORO in libro prænotato *verità della Fede*, Napoli 1767. 8. *P.* II. *cap.* 16.

III. De sequentium sæculorum donis & prodigiis agunt *Thomas* BOZIUS T. II. CHARDONIUS in historia Sacrament. *lib.* II. *de Confirm. cap.* IX. & X.

& x. Italicæ versionis, quæ *Brixiæ* prodiit, Auctor epistolæ de miraculosorum donorum post Apostolica tempora duratione in Trivultianas Ephemerides a. 1751. art. 54. mensis maii illatæ, P. *Joan.* STILTINGHUS Bolland. in Commentario prævio ad Acta S. JANUARII. Adde his BELLARMINUM *de Notis Eccles. l.* IV. *cap.* 14. MURATORIUM *de Ingenior. moderat.* lib. III. cap. II. RUINARTIUM ad Acta S. PIONII *num.* 13. TOUTTÆUM in notis ad S. CYRILLI homiliam in Paralytic. *p.* 343. edit. Paris. & Card. GOTTUM in opere contra PICENINUM inscripto: *la vera Chiesa di* CRISTO *T.* I. *cap.* 2. §. 2.

ARTICULUS IV.

Expeditiones Cruciatæ ad Palæstinam *Saracenis eripiendam susceptæ.*

I. Antiquiores, qui de sacris hisce expeditionibus pertractarunt, plures sunt. Quosdam conjunctim evulgavit *Jacobus* BONGARSIUS in opere, cujus titulus est: *gesta Dei per* Francos: *sive Orientalium expeditionum & regni* Francorum Hierosolymitani *historia, a variis illius ævi Scriptoribus litteris commendata*, Hanoviæ 1611. fol. duobus voluminibus. Ante eum *Reinerus* REINECCIUS quoque operam suam in eo posuit, ut nonnullos argumenti hujus auctores juris publici faceret. Edidit primum: *Chronicon* Hierosolymitanum, *id est, de bello sacro historiam expositam libris* XII., Helmstadii 1584. 4. deinde adjecit chronici hujus *partem secundam*, in eaque præter alia exhibuit HAYTHONI *historiam orientalem*: *Marci* PAULLI Veneti *itinerarium*, Helmstadii 1585. 4. Postea plura alia generis hujus monumenta ex tenebris in lucem adducta, atque a viris doctissimis, qui varia medii ævi scripta conjunctim ediderunt, ad usum publicum trans-

lata

lata sunt, nominatim a *Luca* DACHERIO, *Stephano* BALUZIO; *Joan.* MABILLONIO, *Edmundo* MARTENE, *Ursino* DURANDO, du CHESNE, atque aliis, quos diligenter percensuit *Joann. Albertus* FABRICIUS *in salutari luce Evang. cap.* 30.

II. Scripta de hoc argumento recentiora sunt.

Benedicti de ACCOLTIS *de bello a Christianis contra barbaros gesto, pro* Christi *sepulcro &* Judæa *recuperandis libri* IV., Venetiis 1532. 4. Basileæ 1574. 8. Francofurti 1573. Florentiæ 1623. 4. cum *Thomæ* DEMPSTERI notis, quam ultimam editionem, quum illa rarior esset, *Henricus* HOFSNIDER iterum litteris describendam curavit atque emendavit, *Groeninga* 1731. 8. In linguam Italicam libros hos convertit *Franciscus* BALDELLUS, atque evulgavit sub titulo: *La guerra fatta da' Cristiani contra barbari per la ricuperazione del Sepolcro di* Cristo *& della* Giudea, Venetiis 1549. 8. Memoratur etiam interpretatio Gallica, cujus auctor sit *Ivo* DUCAZIUS.

Guill. AUBERTI *histoire des guerres faites par les Chrétiens contre les Turcs, sous la conduite de* GODEFROI *de* BOVILLON, Parisiis 1569. 4. 1562. 4.

Bas. Joan. HEROLDI *continuata historia de bello sacro libri* VI., Basileæ 1560. fol.

Joan. MOLANI *Militia sacra Ducum & Principum* Brabantiæ, cum adnotationibus *Petri* LOUWII, Antuerpiæ 1592. 8.

Andreæ MOROSINI *Imprese ed espeditioni di Terra Santa, & l' acquisto dell' Imperio di* Constantinopoli *dalla Rep. di* Venezia *doppo l' anno* 1198. *in fino al* 1205., Venetiis 1627. 4.

Petri d' OUTREMAN, Belgæ S. J. Constantinopolis Belgica, sive de rebus a Balduino & Henrico Imperatoribus Constantinopolitanis, ortu Belgis libri V. addito libro singulari de excidio Græcorum, cum notis uberioribus, *Tornaci* 1643. 4.

Ab eodem Gallice edita vita PETRI Eremitæ, qui Principibus Christianis belli sacri auctor fuit & dux, cum tractatu de posterioribus Cruciatis ad recuperationem Terræ Sanctæ susceptis expeditionibus, *Valentiæ* 1632. 8.

Ludovici MAIMBURGII *histoire des Chroisades pour la delivrance de la Terre Sainte*, Parisiis 1675. 4. 1676. 12. 1681. 12. Amstelodami 1685. 12.

Cl. NONNOTTE *les erreurs de* VOLTAIRE P. 1. *cap.* 18. *seqq.* VOLTÆRIUS nempe tum in historia universali, tum in libello Gallico *des Croisés* sacras hasce expeditiones veluti injustas acerrime insectatus fuerat; quod ipsum hæretici fecerant *Joan. Franc.* BUDDEUS in exercitatione historica juris naturalis de expeditionibus Cruciatis, *Halæ* 1694., *Ericus* MYRINUS in dissert. *de injustitia Christianorum in passagiis*, Upsaliæ 1722. 8. & *Jo. Dan.* SCHOEPFLINUS in Commentatione historica *de sacris* Galliæ *Regum in* Orientem *expeditionibus*, Argentorati 1726. 4.

ARTICULUS V.

Religiosæ Peregrinationes.

I. Religiosas Peregrinationes, ne ea quidem excepta, quæ *Hierosolymam* spectabat, improbant Protestantes, nixi præsertim epistolæ, quam magnopere jactant, S. GREGORII NYSSENI. Ea Græce & latine vulgata fuit a *Petro* MOLINÆO, qui notas & libellum proprium de hoc argumento subjunxit, ut peregrinationes ejusmodi parum facere ad veram pietatem ostenderet. *Hanov.* 1607. 8. Eadem NYSSENI epistola Gallice vulgata a *Rob.* STEPHANO *juniore*: sed & cum MOLINÆI editione conferendæ variæ lectiones, quas e MS. Cæsareo publicavit LAMBECIUS *lib.* v. *pag.* 81. *seq.* *Joannes* quoque *Henricus* HEIDEGGERUS suæ *de peregrinationibus religiosis* diatribæ NYSSENI episto-

ftolam, & pro ea Apologiam subjunxit, *Tiguri* 1670. 8. Vide & *Isaaci* CASAUBONI notas ad ejusdem NYSSENI epistolam alteram ad EUSTATHIUM *p.* 60. 89. *&* 90., & *Joan.* UPMARCKII diss. *de peregrinationibus religiosis*, Upsal. 1704. De caussis petitæ Hierosolymæ differit *Petrus* WESSELINGIUS in præfatione ad *Itinerarium vetus Hierosolymit. pag.* 540. *seqq.*, ubi hujusmodi Peregrinationes insectatur. Adde *Mich.* FOERTSCHIUM in diss. *de peregrinationibus Judaico Ethnico Pontificiis*, Jenæ 1705.

II. Sed his missis pugnant pro sacris istis peregrinationibus BELLARMINUS *lib.* III. *de cultu Sanctor. cap.* 8. *Stanislaus* HOSIUS *T.* 1. *oper. p.* 348. *seq. Fronto* DUCÆUS ad Chrysostom. *T.* 1. *pag.* 6. *Caspar* LOARTES in lib. *de sacris Peregrinationibus, stationibus, & Indulgentiis* Italice primum edito, *Venetiis* 1575. deinde a *Joan.* GELDERMAM latine verso, *Colonia* 1619. *Jacobus* GRETSERUS in quatuor libris *de sacris, & Religiosis Peregrinationibus*, Ingolstad. 1607. & in *examine Tractatus* MOLINÆI *de peregrinationibus* ibid. 1608. *Jodocus* COCCIUS *lib.* V. *Thes. Cathol. cap.* 17. *Joann.* STALENUS in *vindiciis religiose peregrinantium*, Coloniæ 1643. *Theophilus* RAYNAUDUS *in heteroclitis spiritualib.* p. 339. seqq. *Joannes Chrysostomus* TROMBELLIUS de Cultu Sanctorum *T.* 1. *p.* 11. *cap.* 46. *seqq.* Fr. MAMACHIUS in suis *originibus, & Antiquit. Christian. Petrus* LAZERI in disquisitione *de sacra veterum Christianorum peregrinatione*, Romæ 1774. 4.

ARTICULUS VI.

Acta Sanctorum.

I. *Jacobi* de VORAGINE Ord. Prædic. & Archiep. Januensis *historia Lombardica, sive legenda aurea de vitis Sanctorum*; opus quidem fabulis insper-

spersum, sed tamen olim avidissime lectum: prodiit *Venetiis* 1478. 1480. 1482. fol. 1488. 4. *Parisiis* fol. *Norimbergæ* 1482. fol. *Argentorati* 1486. fol. 1496. fol., quas editiones plures aliæ sequutæ sunt. Idem opus in alias linguas translatum exiit Gallice, unde Anglica versio profecta est, *Westmonasterii* vulgata 1483. fol. apud *Willhelmum Caxton*, & 1503. fol., & iterum interprete *Joanne* de VIGNAY, *Parisiis* 1546. fol., Belgice *Trajecti* 1480. Italice autem redditum a *Nicolao* de MANERBI, *Venetiis* 1475. apud *Nicolaum Jenson*; itidem 1477. (Vide *Capponianam Bibliothecam pag.* 392.) per Magistrum *Gabrielem* PETRI *Tarvisini*; 1484. in officina *Andreæ Paltascichis* de *Catharo*; 1499. typis *Bartholomæi de Zanis* fol. 1518. 1565.

Bonini MOMBRITII *legendarium*; *sive acta Sanctorum*, Mediolani 1474. fol. duobus voluminibus, quod opus rarum est.

Petri CALO, sive CALOTII Dominicani, qui circa an. 1310. vixit, vitæ sanctorum duobus voluminibus in fol., m. scriptæ servantur *Bononiæ* teste *Jacobo* ECHARDO T. 1. de scriptoribus Ord. Præd. *pag.* 511.

Petri de NATALIBUS Episcopi Equilini *Catalogus Sanctorum* libris XII. ann. 1382. absolutus, editusque *Vicentiæ* 1493. fol. cum nonnullis sanctorum gestis, ab *Antonio* VERLE *Vicentino* subjectis: deinde *Lugduni* 1508. 1514. 1543. fol. *Argentorati* 1513. fol. *Venetiis* 1516. 4. Exstat etiam editio anni 1521. fol. sine mentione loci.

Aloysii LIPOMANNI Episcopi Veronensis *Vitæ Sanctorum*, quod opus vitas complectitur, ex Græco sermone in latinum conversas, atque octo tomis constat, *Romæ* 4. editis. Tomus primus exiit in lucem 1551., secundus 1553., tertius 1554., quartus eodem anno 1554., quintus 1556., sextus ac septimus 1558. paullo ante *Aloysii* mortem, ac denique octavus, illo jam defuncto, 1560. cura

Hie-

Hieronymi LIPOMANNI. Prodiit etiam *Lovanii* 1561. fol., & Gallice digeſtum a *Gabriele* de PAYHERBAULT, *Pariſiis* 1572. fol.

Laurentii SURII *Vita Sanctorum* Orientis atque Occidentis, ex variis Auctoribus ac manuſcriptis codicibus collectæ ac per anni ſeriem digeſtæ, *Coloniæ* 1569., *Venetiis* 1581. ſex voluminibus fol., iterum *Coloniæ* 1581., adjuncto ſeptimo tomo ſupplementi cura *Jacobi* MOSANDRI, ac denique novis adceſſionibus locupletatæ pariter ac notis illuſtratæ, itidem *Coloniæ* 1617. fol. quatuor tomis, quæ editio prioribus longe præferenda eſt.

Franciſci HARÆI *Vita Sanctorum, ex probatiſſimis Auctoribus, & potiſſimum ex* Aloyſio LIPOMANNO, *&* Laurentio SURIO *brevi compendio ſumma fide collecta*, Lugduni 1594. 8. quæ eſt tertia editio, & *Coloniæ* 1630. fol.

Zachariæ LIPPELOO Carthuſiani Vitæ Sanctorum ex orthodoxis Patribus compendio conſcriptæ *Coloniæ* 1604. 8. quatuor voluminibus.

Mitto *Alphonſum de* VIGLIEGAS.

Petri de RIBADENEIRA *flos Sanctorum, de las vidas de los Santos*, quod opus prodiit Hiſpanice *Matriti* 1610. fol. duabus partibus, *Barcinone* 1623. fol., & a NIEREMBERGIO, GARCIA, ac GUERRERO auctum ibidem 1705. fol. tribus tomis; latine ſtudio *Jacobi* CANISII, *Coloniæ* 1630. fol. Gallice cum adceſſionibus novarum vitarum opera DUVALII, MARTINI, *Pariſiis* 1649. fol. duobus voluminibus, ac 1686. fol. itidem duobus voluminibus: *Rothomagi* 1655. fol. duobus tomis.

Cornelii GRASII *Vitæ Sanctorum, ex ſelectiſſimis & probatiſſimis orthodoxis Patribus, primum quidem per* Zachariam LIPPELOO *fideli compendio conſcriptæ, nunc vero recens recenſita, exactiſſime recognita, ac tam ex* Petro RIBADENEIRA, *quam aliunde deſideratis locupletata*, Coloniæ 1616. 8. quatuor tomis.

Acta Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur, vel

a Catholicis Scriptoribus celebrantur, a *Jesuitis Antuerpiensibus* incredibili industria, maximoque labore collecta, recensita, illustrata, atque edita. Primum præstantissimi huius operis consilium a ROSWEIDO profectum est; sed *Joannes* BOLLANDUS primus illud suscepit, unde BOLLANDIANI, qui deinceps illud continuarunt, dicti sunt. Januarius mensis qui duobus voluminibus absolvitur, ann. 1643. exiit *Antuerpiæ*. Perductum opus fuit ad diem 6. Octobris. Magnum opus, & Catholicæ, ac litterariæ Reipublicæ longe utilissimum, quod ut imperfectum non hæreat, omnes boni etiam atque etiam exoptant, *Venetiis* recusum fuit. Quum autem BOLLANDIANI interdum tomis suis dissertationes, ac Tractatus præmittere consueverint, hinc ejusmodi opuscula illorum, qui universum opus comparare sibi nequeunt, bono conjunctim *Venetiis* edita sunt hoc titulo: „ Thesaurus Ecclesiasticæ antiquitatis, & sacræ ac „ profanæ eruditionis, in quo dissertationes, tra„ ctatus, diatribæ præliminares aliaque præstantia „ monimenta, quæ a *Joan.* BOLLANDO ceteris„ que Societatis Jesu hagiologis *Antuerpiensibus* in „ omnibus fere de Actis Sanctorum voluminibus „ conscripta, sparsim occurrunt, conjunctim exhi„ bentur. " Tres hactenus hujus *Thesauri* tomos adcepimus, quorum duo priores prodierunt 1749., tertius 1751. fol. Collecta quoque fuere Apologetica opuscula, quæ identidem BOLLANDIANI in lucem emittere coacti sunt, ac *Venetiis* ementito *Antuerpiæ* nomine uno volumine in fol. evulgata cum inscriptione: *Acta* BOLLANDIANA *vindicata* &c. Ex hoc opere P. *Laurentius* SOLARI a Junio tamen initium ducens vitas Sanctorum Italice edere cœperat hoc titulo: „ Efemeridi sacre „ di Giugno, in cui giorno per giorno si registra„ no le azioni de' Santi, le vite de' quali non „ sono state scritte dalli VIGLIEGA, RIBADE„ NEIRA, CROISET, ne da tali altri Collettori,

„ ri, cavate dagli Atti de' Santi, che si sono „ uniti dal BOLLANDO ec., " Neapoli 1754. 4. sed unus hic tomus prodiit.

Joan. de BLEMUR „ Vies des Saints tirèes des „ Auteurs Ecclesiastiques, anciens & modernes, " Lugduni 1689. fol. quatuor voluminibus.

Francisci GIRY „ Vies des Saints, avec des „ discours sur les Mysteres de notre Seigneur, & „ de la Sainte Vierge, " Parisiis 1703. fol. duobus tomis, qui liber etiam Germanice redditus interprete *Friderico* FALZEDERO, in conspectum publicum venit, *Augustæ Vindelic.* 1730. fol.

Adriani BAILLETI „ Vies des Saints, composées sur ce, qui nous est resté de plus authentique, & de plus assurè dans leur histoire, disposées selon l' ordre des calendriers, & des Martyrologes, " Parisiis 1701. fol. tribus voluminibus: iterum ibidem 1704. 8. itidem duobus ac decem voluminibus, ac 1724. fol. quatuor voluminibus, ubi & „ Histoire des fetes mobiles: vies des Saints „ de l' ancien Testament: topographie des Saints „ & chronologie des Saints, " quæ primum *Parisiis* 1703. exierant uno volumine, & 8. quinque voluminibus atque ibidem 1707. 8. quinque voluminibus.

Echardi de COMMANVILLE *nouvelles vies des Saints, pour tous les jours de l' année*, quarum vitarum editio secunda prodiit Rothomagi 1714. 12. quatuor tomis.

Joan. CROISET „ Vies des Saints, pour tous „ les jours de l' annee, avec des reflexions mora„ les a la fin de chaque vie, " Lugduni 1723. fol., & pluribus voluminibus in 12. cum Gallice, tum *Venetiis* Italice.

GOVIET, MEYANGUY & ROUSSEL, *Vies des Saints pour tous les jours de l' année*, 1730. 6. vol. in 12., & duobus in 4.

„ Il sacro Leggendario della Vita di G. C., di „ M. V., de' Santi distribuito per ciascun giorno

„ dell'

„ dell' anno secondo il rito della Chiesa *Romana*, „ ora migliorato, corretto, e più esteso di quello „ dato in luce dal M. R. P. D. *Alfonso* VIGLIEGAS, raccolto dagli Atti de' Santi pubblicati „ da' PP. BOLLANDISTI, e da altri Autori, e „ diviso in tredici tomi. Opera di un Padre dell' „ Oratorio di *Venezia*. " T. 1. prodiit Venetiis 1757. 8.

D. de BEAUMONT, *Abregè de la vie des Saints*, 1758. 2. vol. in 12.

II. Hi auctores universim de actis Sanctorum agunt; alii ad illustrandas quorumdam Sanctorum classes, licet & ipsas generales studia contulerunt. In his principem locum meretur P. D. *Theodoricus* RUINART, qui edidit „ Acta Martyrum sincera & selecta, ex libris cum editis, tum manuscriptis collecta, eruta, vel emendata, notisque „ & observationibus illustrata. „ Opus hoc primum in lucem exiit *Parisiis* 1689. 4. deinde ab ipso auctore emendatum atque auctum *Amstelodami* 1715. fol., ad quam editionem curam adhibuit *Petrus* POIRETUS, ac *Verona* 1731. fol. Gallice id prodiit sub titulo: „ les veritables actes des Martyrs, „ recueillies, revus, & corriges sur plusieurs anciens manuscrits, " interprete *Drovet* de MAUPERTUY, Parisiis 1708. 8. sequuntur.

Stephani Evodii ASSEMANI Acta SS. Martyrum Orientalium & Occidentalium in duas partes distributa. Accedunt acta SIMEONIS STYLITÆ, Romæ 1748. T. 11. fol.

Petri HALLOIXII „ Illustrium Ecclesiæ Orientalis Scriptorum, qui sanctitate juxta & eruditione primo & secundo Christi sæculo floruerunt „ & Apostolis convixerunt, vitæ & documenta, " duobus tomis quorum prior *Duaci* 1633. posterior ibidem 1636. fol. lucem adspexit. Vitas, resque præcipuorum Ecclesiæ Orientalis Scriptorum, qui sæculo primo ac secundo vixerunt, auctor diligenter ac fuse enarravit; ex libris eorum protulit docu-

cumenta; notas addidit Theologicas, philosophicas, & historicas. Dolendum est præclarum hoc opus in nostris Bibliothecis raro inveniri.

Herberti ROSWEIDI *vitæ Patrum*, in lucem emissæ primum *Antuerpiæ* 1615. fol. deinde *Lugduni* 1617. fol. iterum *Antuerpiæ* 1628. fol. auctiores; Belgice autem eodem loco atque anno. Vitæ Patrum, interprete fortassis *Dominico* CAVALCA Ord. Prædic. sæpius prodierunt. Confer PAITONI opus inscriptum *Biblioteca degli Autori antichi* Greci *e* Latini *volgarizati* T. III. p. 131. 141. & *Dominicum Mariam* MANNI, qui *Florentiæ* 1731. & 1732. duobus tomis in 4. easdem Italicas vitas recudit ad veteres codices recensitas.

Arnaldi d' ANDILLY *vies des Saints Peres des deserts*, Parisiis 1647. 4. duobus voluminibus, ac 1668. 8. tribus voluminibus, *Bruxell.* 1694. 4.

De VILLEFORE „ Vies des Saints peres des „ deserts, & des Saintes solitaires d' orient & d' „ occident, " Parisiis 1706. & 1708. 12. duobus tomis.

CAPUT POSTREMUM

In singula sex priora Sacula Ecclesiastica historiæ controversiæ, de illisque Scriptores.

SÆCULUM I.

ARTICULUS I.

De Christo *Domino quaestiones.*

§. I.

De Domini JESU *Nativitate.*

I. QUæstio est de Christi genealogia, quam SS. MATTHEUS, & LUCAS tradunt, quei nem-

nempe duo hi Evangelistæ secum consentiant? Qua de re exstant *Gerardi Joan.* VOSSII *diss.* de JESU *Christi genealogia*, *Petri* de MARCA diss. de *Stemmate Christi*, *Petri* POSSINI *diallacticon Theogenealogicum*, *sive de genealogia* J. *Chr. Dei ac Domini nostri*, *Godefridi* HENSCHENII Exercitatio *Theo-genealogica* T. III. Martii Bollandiani præmissa, atque in *Propylæo Maji* repetita, *Jacobi* GAILLARDI *de genealogia* JESU *Christi*, Gallice scripta, *Lugduni* 1683. 8. *Joan. Michael.* LANGII *dissertationes Theologicæ de Genealogia* CHRISTI *ex Patribus secundum carnem*, Noribergæ 1703. 4. *Augustini* CALMETI *diss. de Conciliatione* Genealogiarum JESU *Christi apud* S. MATTHÆUM & S. LUCAM, *Joan.* KOCHII *disquisitio exegetico-historica de utraque Genealogia* CHRISTI *secundum* MATTHÆUM *ac* LUCAM *ejusque vera ac naturali connexione*, Hannoveræ 1730. 4. P. *Andreæ* FRIZ dissertationes duæ altera a. 1756. altera 1757. *Viennæ* edita, illa *de primis* S. MATTHÆI *Evangelistæ verbis*, *eorumque cum subjecta genealogia consensu*, hæc *de generationibus quibusdam* MATTH. Cap. 1. *omissis*.

II. Quæstio est, an in ipsa *Bethleemi* urbe natus sit CHRISTUS? an potius extra urbem, in aliquo ejus suburbio? Pro suburbio stant ex Catholicis TILLEMONTIUS, & SERRY; pro urbe plerique nostrorum, ut PETAVIUS, SANDINIUS, atque ex Protestantibus *Isaacus* CASAUBONUS *Exercit.* II. *ad Ann.* BARON. p. 144. aliique apud ITTIGIUM *select. hist. Eccles. capit. sæc.* 1. *cap.* 7. *sect.* 1. §. 5. Conferri etiam possunt ex Protestantibus *Ægidius* STRAUCHIUS *dissertatione historico-geographica de* Bethlehem, *seu patria Messiæ*, Vitembergæ 1669., iterum 1661. & *in Annalibus Bethlehemiticis*, Vitembergæ 1683. *Gothofred.* WEGNERUS, cujus exstat *dissertatio philologico-historico geographica de loco Natali* JESU CHRISTI *in exercitatione de loco Nativitatis* CHRISTI. *Joan.* Hen-

Henric. KRAUSE, qui ſcripſit diſſertationem *de loco* CHRISTI *natalitio in urbe* Bethlehem, Lipſiæ 1699. *Chriſtoph. Samuel* SCHERFFIUS diſſertatione *de nativitate* CHRISTI Bethlehemitica, *utrum in urbe, an extra urbem facta*, Lipſiæ 1704.

III. Quæſtio eſt de ipſo CHRISTI Præſepi. Lege de eo *Joan. Chriſtophori* LETSCHII „ exercita-„ tionem philologicam de cunabulis CHRISTI, „ *Vitemberga* 1665. Danielis VOGELII *diſſertatio-„ nem ex hiſtoria eccleſiaſtica de ſtabulo Bethlehemitico, in quo humani generis Redemptor natus eſt*, Regiomont. 1706. *Ern. Salom.* CYPRIANI *diſſertationem de faſciis* CHRISTI. *Georg.* GOETII *lucubratiunculam de Præſepio* CHRISTI, duabus partibus, Jenæ 1662. 1703. 1730. *diſcours* (Ezechielis SPANHEMII) *ſur la Crêche de notre Seigneur*, Berolini 1695. 12. *Franciſci* BLANCHINII diſs. I. „ de translatione ſacrorum Cunabulorum, ac Præ-„ ſepis Domini, nec non Corporis B. HIERO-„ NYMI ab Eccleſia *Bethleemitica* ad Baſilicam „ LIBERIANAM T. III. Anaſtaſ.

IV. Quæſtio: In Bethleemitica Salvatoris ſpecu erantne bos, & aſinus? Negat cum TILLEMONTIO P. SERRY exercit. 3. adfirmant SANDINUS, BENEDICTUS XIV. *l.* I. *de Feſt. D. N. J. C. cap.* 17. *n.* 35. *ſeqq.* & GORIUS „ oſſerva-„ zioni ſopra IV. monumenti degli antichi Cri-„ ſtiani rappreſentanti il Preſepio del nato Salva-„ tore," quæ animadverſiones ſubjiciuntur Præfationi operis inſcripti: „del Parto della Vergine libri „ tre del SANNAZARO tradotti in verſo Toſca-„ no dal Conte Gio: Bartolommeo CASAREGI, Florentiæ 1740.

V. Quæſtio eſt defecerintne ſtatim, ut Chriſtus natus eſt, Ethnicorum oracula? Legeſis *Antonium* VANDALE diſs. 2. „ de oraculorum ethnicorum „ duratione, atque interitu;" Leonardi HOLZHALBII diſſertationem hiſtorico-apologeticam pro oraculis gentilium Chriſti Nativitate non obmute-

ſcentibus, & P. BALTUS in opere quo *van* DALÆUM refellit. Adde P. *Dominicum* de COLONIA *la Religion autoriſée par les Payens* T. 1. p. 130. ſeq. SANDINIUM *de* CHRISTO *D. cap.* I. *n.* 11. & periodicum opus, quod a Typographo *Valvaſenſi* Venetiis non multos ante annos edebatur, T. 1. p. IV. p. 13.

§. II.

De Circumciſione CHRISTI.

Quæ ad tempus, locum, ritumque Dominicæ Circumciſionis pertinent, pertractata invenies a PELLETIER in obſervationibus de pictorum erroribus in ſacris pingendis miſteriis apud *Trivultianos*, a SANDINIO, BENEDICTO XIV. uti in *Guil.* LYSERI diſputatione *de Circumciſione* CHRISTI, Vitembergæ 1629. *Antonii* BYNÆI diſſertatione *de* JESU Chriſti *circumciſione*. *Dan.* GERDESII diſputatione *de myſterio Circumciſionis* CHRISTI.

§. III.

De Magis.

Quinam fuerint? Regeſne? quot fuerint? unde venerint? quandonam venerint ad Chriſtum? Quæſtiones ſunt, de quibus conſule *Hermanni* ROMBACHII opus prænotatum „ Primitiæ gentium; „ ſive hiſtoria & encomium Sanctorum trium Ma„ gorum Evangelicorum," Coloniæ Agrippin. 1654. fol. tribus tomis, quorum primus eſt encomiaſticus: ſecundus exegeticus, & tertius hiſtoricus. *Petri* de MARCA diſſertationem *de adventu Magorum, ad* CHRISTUM *& an reges fuerint?* FLORENTINII Exercitationem III. *de Magorum ad* CHRISTUM *venientium hiſtoria itinerisque tempore*, PA-

PE-

PEBROCHIUM in *Propyleo* Maji, CALMETI differtationem in Magos, *qui* JESUM *adoraturi venerunt*, & Cl. Bartoli Italicam differtationem in Anconitanum Flavii Gorgonii farcophagum *Taurini* vulgatam a. 1768. ut Proteftantes omittam a WALCHIO indicatos *Biblioth. Theol. T.* III. *p.* 422. Adi etiam T. VIII. Symbolarum Gorianarum decadis Romanæ *Joan. Baptifta* DONI *difcorfo fopra un medaglione facro Greco di oro*.

Ad ftellam quod fpectat a Magis vifam, plures a *Joan. Andrea* SCHMID in fupplementis ad SAGITTARII Introductionem *T.* II. *p.* 34. indicantur Proteftantium de illa differtationes, cujufmodi funt *Joan. Frider.* FRENZEL difs. infcripta *ftella nata* JESULI *a Magis vifa*, & *Elia* BERTRANDI *obfervationes*, *quibus* Jac. ELSNERI differtatio apologetica de ftella folis Magis vifibili modefto examini fubjicitur.

Gravior quæftio eft; an Magi CHRISTUM ut Deum adorarint? quod non folum *Joan.* CLERICUS, & *Samuel* BASNAGIUS, fed etiam *Richardus* SIMON tum in Gallica Novi Teftamenti verfione, & in notis ad cap. II. Matth. tum in differtatione, quæ exftat in ejus *Bibliotheca critica*, aufus eft inficiari. Eos refellunt D. LIRON Benedictinus T. I. operis prænotati *Singularites hiftoriques, & litteraires* p. 181. 222. ubi & aliqua de *Magorum* nominibus adverfus TILLEMONTIUM adnotat, *Honoratus* a S. MARIA T. II. animadv. in Reg. critic. lib. III. difs. 4. artic. 5. & P. *Liberatus* FASSONI *Scholarum Piarum* in differtatione *de cultu* JESU Chrifto *a Magis adhibito*, Romæ 1736. de qua differtatione conferri poffunt ZACHARIÆ Annales litterarii Italiæ *T.* II. *p.* II. *pag.* 51. 56.

At quid fi hiftoria ifthæc omnis Magorum in MATTHÆI Evangelium intrufa foret? Ita quidem *Antonius* COLLINUS impudentiffime adferuit; fed ab eodem FASSONIO pro meritis cafti-

gatus est in dissertatione *de veritate atque divinitates historia Magorum, quæ est apud* MATTHÆUM, Romæ 1758.

§. IV.

De Beatorum Infantium cæde.

Quod JOSEPHUS Judæus hujus cædis non meminerit, argumento fuit blasphemo hypercritico, ut ejus veritatem negaret, illiusque historiam diceret MATTHÆI Evangelio adsutam. Tantam effrontis hominis impudentiam fregit Cl. P. *Castus Innocens* ANSALDI editis *vindiciis* Herodiani *infanticidii*, quibus adde *Joannem* FIDALKE *in historia Infanticidii* Herodiani, Gedani 1738., & *Carolum Gotlieb* HOFFMANN in dissert. cur JOSEPHUS *cædem Infantum* Bethleemitarum *tacuerit*, Witemb. 1741.

At tantus ne occisorum infantum fuit, quantus vulgo dicitur? Disputant ea de re PAPEBROCHIUS *in Respons. ad exhibition. error.* P. Sebastiani a S. PAULLO, SANDINIUS, TILLEMONTIUS, & P. *Iosephus* KHELL *in Ecloge observationum in Novi Testamenti Libros* dec. 1. Viennæ 1756. *observ.* 1. *p.* 5. 15.

§. V.

De CHRISTI *Præsentatione in Templo ejusque fuga in Ægyptum.*

De SIMEONE CHRISTUM „ in ulnas „ suas excipiente *Venetiis* 1758. *prodiit* dissertatio „ historico-critica, in qua etiam de loco agitur, „ ubi

„ ubi modo ejus Lipſana exiſtunt, auctore " F. Aloyſio LEGATI Ord. Prædic.

De fuga in Ægyptum aliqua adnotata invenies a DONIO in eo opuſculo, cujus titulum §. III. exhibui.

§. VI.

Vita CHRISTI *privata & publica*.

Huc pertinent *Joan. Franciſci* BUDDEI *de* Galilæa, *rebus geſtis & miraculis* CHRISTI *clara*, Jenæ 1718. *Joan. Reinhardi* RUSII *de* Judæa *rebus geſtis & miraculis* CHRISTI *clara*, Jenæ 1733. Legenda etiam eſt *Anſelmi* COSTADONI diſſertatio epiſtolaris *in antiquam ſacram eburneam tabulam opere anaglypho elaboratam*, in qua Chriſtus ab exhedra diſputans, tum etiam cœcum illuminans, dæmoniacum liberans, Lazarum ad vitam revocans, & Paraliticum ſanans exhibetur. Exſtat ea diſſertatio T. XI. Sylloges *opuſc. Calogerana* pag. 289. *ſeqq.*

LAZARI injecta mentio facit, ut moneam *Bibliotheca Britannica* T. XXI. *obſervationes* quaſdam legi p. 105. de LAZARI Reſurrectione.

Locus poſtulat, ut controverſiam proponamus, unica ne MARIA ab Evangeliſtis deſignetur, an tres, MARIA MAGDALENA, MARIA ſoror MARTHÆ, & LAZARI, & MARIA peccatrix, „ *Jacobus* FABER *Stapulenſis*, inquit CALMETUS, XVI. ſæculo demonſtrandum ſuſcepit, „ tria illa nomina tres deſignare diſtinctas fæminas, nihilque populari illi opinioni tres in unam „ colligenti deferendum fuiſſe. Subſidiariam FABRO operam præſtitit *Jodocus* CLICHTOVEUS; „ tantaque ejus diſputationis novitate commotio „ facta eſt, ut tandem Facultas Theologica *Pari-*

ſien-

„ *siensis* FABRI thesim censura inusserit die 9.
„ Novembris 1521. Adversus FABRUM contra-
„ riam opinionem scripto libro defendit *Joannes*
„ FISCHERUS Episcopus *Roffensis* anno 1519. cui
„ etiam suffragatus est alio scripto *Balthasar* SO-
„ RIUS, ejusque opus prodiit *Cæsaraugustæ* ann.
„ 1521. Idem præstitum a *Laurentio* SURIO, JA-
„ COBO Episcopo *Viennensi*, *Marco* GRANDI-
„ VALLO, BARONIO, JANSENIO GANDA-
„ VENSI, & MALDONATO. Nequaquam ta-
„ men his factum est, quin Eruditorum alii FA-
„ BRI caussam, defendendam susciperent. D. LON-
„ NET an. 1636. Librum ea de re vulgavit, mu-
„ nitum approbatione D. CHATELAIN Syndici
„ Facultatis Theologicæ *Parisiensis*; demonstrat au-
„ tem politicam hujus censuræ *Sorbonicæ* rationem,
„ adseritque futurum siquidem iterum sub Judice
„ caussa poneretur, ut æquior pro FABRO pro-
„ diret sententia. CASAUBONUS in BARON.
„ *Exercit.* 14. ESTIUS *orat.* IV. quæ est de MA-
„ RIA MAGDAL., LAUNOYUS *de commentitio*
„ LAZARI *&* MAGDAL. *in Provinciam appulsu*,
„ BULENGERUS *diatrib.* 3. *p.* 15., & TUR-
„ RIANUS *in censens. l.* 3. *c.* 6. ZEGERUS *Fran-*
„ *ciscanus* celebratissimus Interpres in IOANN. II.
„ SALMERON T. 9. *Tract.* 19. aliique etiam re-
„ centiores pro distinctione earumdem fæminarum
„ adversus alios unicam defendentes decertarunt.
„ R. P. ALEXANDER Dominicanus *in hist. Eccles.*
„ *sæc.* 1. *dissert.* 17. P. LAMY Harmon. *in Evang.*
„ *&* *Epist. Gallic.* & MAUDUIT Oratorii Presby-
„ teri *Annalis Evan. tom.* 2. *Parisiis* a. 1695. Gal-
„ lice, P. PEZRON *hist. Evang. tom.* 2. *p.* 337.
„ *Parisiis* ann. 1696. Gallice, unius mulieris par-
„ tes tuentur. Sed MAUCONDUIT editus ann.
„ 1685. ANQUETIN Parochus Legionensis *diss.*
„ *de* MARIA MAGDAL. *Parisiis* an. 1699., TIL-
„ LEMONT *Hist. Eccles. T.* 11. p. 30. & 512.,
„ BAILLET *Vita SS. Mensis Julii* 22. FABER

„ Do-

„ Doctor Sorbonicus in suis Animadversionibus „ ad P. ALEXANDRUM suppressis, pro pluri- „ ribus decertant. P. LAMY post lectam a se dis- „ sertationem D. ANQUETIN contrariam senten- „ tiam duplici epistola impressa 1699. suffulsit. Pro- „ diit eodem Libellus Gallicus quidam anonymus „ inscriptus: *Reflexions contre la dissertation sur* „ *Sainte* MAGDALENE, animadversiones in dis- „ sertationem de S. MARIA MAGDALENA; „ cui Ecclesiasticus quidam dioecesis *Rothomagensis*, „ facile idem D. ANQUETIN, tres epistolas pu- „ blici juris fecit factas opposuit. Omnium postre- „ mus insurgens D. TREVET Parochus de *Go-* „ *mecourt* vulgavit ann. 1713. prolixam dissertatio- „ nem suam, qua MARIAM MAGDALENE, „ MARIAM sororem LAZARI, & faeminam cri- „ minosam unam singularem faeminam adversus „ recentiores quosdam auctores defendit. Rem sibi „ proponit maxime contra D. ANQUETIN, „ TILLEMONTIUM, & BAILLET. Addo jam his ipsius CALMETI dissertationem *in tres* MARIAS, in qua FABRI sententiam propugnat. Unam contra SOLLERIUS tuetur ad d. 22. Julii *Bollandiani*, ubi de S. MARIA MAGDALENA agit.

§. VII.

Pascha ante mortem a CHRISTO *celebratum ejusque ultima cum Apostolis caena.*

Graecorum opinio est, Christum mortis suae praescium Pascha celebrasse pridie ejus diei, qui Paschati celebrando lege praestitutus erat, quando videlicet, pane fermentato *Judaeis* uti licebat; hincque ritum suum conficiendae in pane fermentato Eucharistiae confirmant. Prodierat *Joan.* CLOPPENBURGII „ epistola de controversia inter BA- „ RONIUM & CASAUBONUM de Agno Pas-

 „ scha-

„ chali; item tractatio de Sabbato deuteroproto, Amstelodami 1634. 8. quæ epistola de die Paschatis emortualis, ad *Ludovicum* de DIEU, exarata, iterum edita ac subiuncta est: *super utraque amica collationi epistolica cum* Ludovico CAPELLO, Amstelodami 1643. 8. Quum jam dicta *amica collatio* lucem adspexisset, *Ludovicus* CAPELLUS evulgavit: „ epicrisin ad amicam epistolicam collatio-
„ nem, qua utriusque sententiæ σύγκρισις adcu-
„ rate instituitur & *Hugonis* GROTII de utraque
„ illa quæstione sententia expenditur," Amstelodami 1644. 8. In hac autem epicrisi CAPELLUS CHRISTUM Pascha antevertisse cum *Græcis* existimat. Eamdem sententiam propugnarunt *Henricus* MAJUS *in diss. de tempore Paschatis* CHRISTI *ultimi*, Giessæ 1712. & P. *Matthias* PURULICH in diss. *de Pascha* CHRISTI *ultimo*, Tyrnaviæ 1765. 8. Contra hanc sententiam facit. *Georg. Jerem.* HOFMANNI dissertatio, *quod Salvator noster anticipati ultimi Paschatis perperam arguatur*, Altorfii 1694.

CHRISTUM alii volunt, omissa cœna Judaica dumtaxat Eucharisticam cœnam celebrasse; quam sententiam septimo jam sæculo invectam, ut ex PHILOPONI Libro constat, sub initium sæculi XVII. excitavit *Hieronymus* VECCHIETTUS, ob id jussu *Quæsitorum Fidei* ad multos annos carcere detentus, qua de re vide *Janum Nicium* ERYTHRÆUM p. 1. *Pinacothecae viror. illustr. pag.* 196. Nihilominus eamdem restituere conatus est *Bernardus* LAMY, edito *traité historique de l' ancienne Paque des Juifs, ou l' on examine a fond la question* : si JESUS CHRIST *fit cette Paque la veille de sa mort*, Parisiis 1693. 8. Contra pugnarunt TILLEMONTIUS, qui in calce Tom. 11. Monument. vulgavit *lettre au P.* LAMY *sur la derniere Paque de* N. S. Hinc in diario quod *des Savans* vulgo dicitur ann. 1695. m. Januar *Réponse a une lettre touchant la dissertation*

sur

sur la derniere Paque de JESUS CHRIST *contre le Pere* LAMY, & iterum menſe Martio *Réponſe a la précedente*. Etiam *Benedictus* LIRON *Singularités hiſtoriques* T. II. p. 215. vulgavit diſſertationem *ſur la derniere Paque de* JESUS CHRIST, *contre le Pere* Bernard LAMY; uti & P. *Honoratus* a S. MARIA *T.* 2. *Animadv. in Regul. & uſum critices lib.* 4. *diſſ.* 3. adverſus P. LAMY inſurrexit; ſed P. LAMY ſuppetias tulit P. *Renatus Joſeph* de TOURNEMINE. Scripſit is primo ea de re *Gallicam* epiſtolam ad eumdem P. LAMY, qui illam edidit in libro inſcripto: *Suite du Traité hiſtorique de l' ancienne Paque des Juifs* 1694.; deinde aliam epiſtolam dedit ad P. *Honoratum* a S. MARIA *ſur la queſtion, ſi Notre Seigneur mangea l' agneau Paſchal la dernière année de ſa vie*. Reſpondit illi *Honoratus* a S. MARIA, ſuumque reſponſum præmiſſa TOURNEMINII epiſtola in calce indicati Tomi II. *Animadverſionum* an. 1717. publici juris fecit. GRAVESONIUS quoque de *Myſteriis & annis* CHRISTI diſſ. 19. P. LAMY impugnavit; ſed pro illo exſtat CALMETI diſſertatio *de noviſſimo* CHRISTI *Domini Paſchate*. Etiam apud Proteſtantes hac de re certatum fuit. *Lipſiæ* enim 1733. prodiit *Gottleb. Friderici* GUDII *demonſtratio hermeneutica, quod* CHRISTUS *in cœna ſua σαυρώσιμον agnum Paſchalem non comederit*. Commentationem autem hanc quum *Conradus* IKENIUS oppugnaſſet in diſſertationibus *de tempore celebratæ ultimæ cœnæ Paſchalis* CHRISTI, Bremæ 1735. 1739. GUDIUS ut cauſſam ſuam ageret, adductam *demonſtrationem* denuo in lucem emiſit, eamque *ab objectionibus* Conradi IKENII *vindicatam*, Lipſiæ 1742. 4. IKENIUS autem oppoſuit diſſertationem *qua contra* GUDIUM *demonſtratur*: *cœnam* CHRISTI *σαυρώσιμον vere Paſchalem fuiſſe*, Bremæ 1742.

Communis ſententia eſt, CHRISTUM luna XIV. in ſecundis Veſperis ex legis præſcripto Agnum

Paschalem comedisse. Sed hæc in duas opiniones scinditur. Nam *Paullus* PEZRON *in historia Evangelica*, & PETAVIUS censent, CHRISTUM Pascha luna XIV. in secundis vesperis celebrasse, negant vero *Judæos* eadem die simul cum CHRISTO Agnum Paschalem immolasse. Contra *Guillelmus* LANGIUS *de annis* CHRISTI *P.* II. *cap.* 6. duplicem comminiscitur *Talmudicorum*, & *Karræorum* sectam, CHRISTUMQUE ait cum *Karrais* Pascha una die citius egisse, dum *Talmudici* una die serius illud celebrarunt. Verum HARDUINUS aliud invexit commentum in dissertatione *de supremo* CHRISTI *Domini Paschate*, Parisiis 1693. 4., quæ in epitomen redacta exstat in *operibus* ejus *selectis*, Amstelod. 1709. p. 405. hoc titulo: *Extrait du traitè du P.* HARDOUIN *sur la derniere Paque de notre Seigneur*. Nimirum existimat ille, *Galilæos, & Israelitas sejunctim a* Judæis *Pascha* Hierosolymis *celebrare solitos esse; ita ut festa fuerint geminata, aliudque esset Pascha* Galilæorum, *aliud* Judæorum: *& quoniam* CHRISTUS Galilæos *habebat discipulos, quid mirum, si ille* Galilæorum *antecedens phase celebrarit?* Immo in eamdem sententiam Gallicam quoque epistolam dedit prænotatam: *lettre d'* Eusebe *a* Irenée *sur le meme sujet*. Utrumque hoc paradoxon refellit P. DAUDE *histor. univ. T.* I. *lib.* II. *Reflex.* 4. Preterea HARDUINUM confutavit *Georgius Immanuel* WEIDLERUS, qui *animadversiones* edidit *chronologicas in sententiam* Joannis HARDUINI *de ultimo* CHRISTI *Paschate*, Vitembergæ 1727. 4. Pro HARDUINI tamen sententia non obvia protulit *Josephus* KHELL *in Ecloge observationum* in N. T. *observ.* 8. *&* 9., Viennæ 1757.

Altera opinio item in duas scinditur. Sunt enim qui CHRISTUM velint eadem qua *Judæi* die, non tamen eadem, qua illi, diei parte festum Paschale celebrasse; de quo exstat *Hermanni* WITSII *dissertatio, qua inquiritur: an* CHRISTUS *eodem quidem*

dem cum Judæis *die, ſed non eadem diei parte ultimum ſuum Paſcha manducaverit?* in ejus *Meletem. Leidenſ.* p. 421. Plerique tamen CHRISTUM docent ſimul cum *Judæis* agnum Paſchalem comediſſe, ut P. *Walterius* VIRINGUS in libro *de triplici cœna* CHRISTI *agni, vulgari, Euchariſtica,* Fr. *Marcus Antonius* CAPPELLUS *de Cana* CHRISTI *ſuprema, deque pracipuis vita ejus capitibus*, Pariſiis 1625., citatus DAUDE, aliique.

At in hac ſententia dies ſecunda Azymorum in Sabbatum incidiſſet; Pentecoſtes igitur, quæ dies erat quinquageſima, a ſecunda die azymorum in Sabbato celebrata fuiſſet. Huic objectioni occurrit P. *Joan. Franciſcus* VANNIUS edito „ De ultimo Paſchate CHRISTI D., & de prima Chriſtianorum Pentecoſte opuſculo, in quo ad graviſſimas controverſias dirimendas Feſtorum Judaicorum geminatio multifariam ſtabilitur, *Roma* 1705. 4.

Claudant hunc paragraphum 1. *Michaelis* AMATI Presbyteri Neapolitani diſſertationes, quæ ſunt hiſtorico-dogmatica tertia & quarta, Neapoli 1728. 4. *quomodo* CHRISTUS *benedixerit, & an duobus uſus calicibus, & de ritu manibus ſumendi.* 2. *Blaſii* UGOLINI diſſertatio *de ritibus in cœna Domini ex antiquitatibus Paſchalibus illuſtratis*, quæ exſtat in ejuſdem UGOLINI *Theſauro antiquitatum ſacrarum* vol. XVII. Venetiis 1755. Confer ZACHARIÆ *hiſtoriam litterariam Italia* Tom. XII. *pag.* 438. *ſeqq.*

§. VIII.

Paſſio, & mors D. N. J. C.

Quæ ad JESU CHRISTI Paſſionem, mortemque adtinent, ea fere omnia eruditiſſime expenſa, illuſtrataque invenies a *Jacobo* GRETSERO, qui *de Sancta Cruce* tres tomos edidit: primum *Ingol-*

stadii 1598., ac cum adceffionibus 1600. & 1608. 4., fecundum eodem loco 1600. 4., tertium itidem 1605. 4., conjunctim autem volumine uno cum *horto Sanctæ Crucis*, antea *Ingolstadii* 1610. 4. feparatim evulgato, fub titulo: *opera omnia de Sancta Cruce*, Ingolftadii 1616. fol. *Josephus* AVERANI *lezioni sopra la Passione di* N. S. G. C., Urbini 1739. Huic ex Proteftantium libris addantur 1. *Caspar.* SAGITTARII „ Harmoniæ hifto-„ riæ *Passionis* JESU CHRISTI libri tres, in qui-„ bus non modo univerfa fanctæ Paffionis hiftoria „ cum fingulis fuis circumftantiis fecundum fan-„ ctorum Evangeliftarum ductum cum cura expli-„ catur; fed etiam variæ quæftiones, & obferva-„ tiones Theologicæ, philofophicæ, philologicæ, „ hiftoricæ ex optimis quibufque Scriptoribus vete-„ ribus atque recentioribus refolvuntur atque illu-„ ftrantur, " Lipfiæ 1684. 4. 2. *Antonii* BYNÆI *de morte* JESU CHRISTI *libri tres*, qui *Amstelodami* prodierunt, primus 1691., fecundus 1696., tertius 1698. 4. 3. *Joan. Caspar.* MERCHENII *observationes criticæ* 532. *in passionem* JESU CHRISTI, *in centurias digestæ*, Duisburgi 1722. 4.

Quædam de rebus ad CHRISTI Paffionem pertinentia opufcula conjunctim edita, *Dusseldorpii* 1730. huc faciunt, digna, quæ cum auctario apud nos recuderentur. Titulus eft: *Opusculorum passionem crucemque Dominicam & antiquitate, & philologia illustrantium*. Sunt autem 1. *Justi* LIPSII *de Cruce* libri tres fæpius editi, ut *Amstelodami* 1670. 12. 2. *P. Honorati* NICQUETI „ Titulus fanctæ „ Crucis; feu hiftoria & myfterium tituli fanctæ „ Crucis Domini noftri JESU CHRISTI, " libris duobus, qui *Antuerpiæ* 1670. 12. vulgati fuerant. 3. *Cornelii* CURTII liber *de Clavis Dominicis* pridem excufus, *Monachii* 1622. 8. *Antuerpiæ* 1670. 12. *Lugduni* Batavor. 1695. 12. 4. PUTEANI *epistola ad* CURTIUM *de sedili Crucis medio*. 5. *Thomæ* BARTHOLINI, cujus exftant: *hypomnemata*

qua-

quatuor de Cruce CHRISTI: de sedili medio: de vino myrrhato: de corona spinea ac de sudore sanguineo, Hasniæ 1651. 8. *Amstelodami* 1670. 12. *Lugduni Batavor.* 1695. 12. antea in lucem emissa, cum *Bart.* NIHUSII *de Cruce* epistola ad eumdem BARTHOLINUM. 6. *Nicolai* FONTANI „ Responsum ad propositam sibi quæstionem: „ an manus clavis transfixæ, pares ferendo corpo- „ ri, inde pendulo? *Amstelodami* 1643.

Nunc singularia aliqua disquisitionum argumenta proponam cum auctoribus, qui de illis consuli possunt disserentes.

1. De *tempore*, speciatim *horis*, quibus CHRISTUS supplicio Crucis adfectus est: *Joan.* WANDALINUS in *diatribe historico-theologica de feria Passionis & triduo mortis* JESU CHRISTI, Lipsiæ 1651. 4. *Stephanus* MORINUS *dissertatione de horis salvifica Passionis* JESU CHRISTI, Lugduni Batavorum 1686. 8. *Franciscus* WOERGERUS, qui scripsit: *conciliationem* MARCI *cum* JOANNE *super horam, qua Crucifixus* CHRISTUS. *Gustavus Georg.* ZELTNERUS tribus dissertationibus, quarum tituli sunt: *horologium Pilati*, Altorfii 1720. *horologium Caiphæ*, ibidem 1721. *horologium Joannis*, ibidem 1724. *Joan. Adam.* OSIANDER *in tentamine conciliationis inter Evangelistas* MARCUM & JOANNEM *de hora Crucifixionis* CHRISTI, Tubingæ 1743. Adde *Joan.* LIGHTFOOTI *horas Ebraicas, & Thalmudicas*, Interpretes, & *Marium* LUPIUM in dissertationibus *de notis chronologicis anni mortis & Nativitatis* JESU CHRISTI.

2. In JUDÆ proditionem animadversiones habes *Bibliotheca Britannica* T. XXIII. p. 305.

3. *De sudore Sanguinis* J. C. *in horto olivarum*, dissertationem CALMETUS edidit; quacum conferendus PEVERELLIUS in eo libro, quem de varia sacrorum librorum N. T. fortuna, ac vicibus Italice vulgavit.

4. De PILATO exstant nonnulli Scriptores, *Phil-*

lip-

lippus BOSQUIERUS, cujus *Problema* Bosquieranum, *seu quaestio* perplexa, PILATUS quis & Cujas? prodiit *Coloniae Agripp.* 1624. 8. *Guil.* GOESIUS *in Pilato Judice, sive de judicio* Pilati *adversus* CHRISTUM *lato, cum animadversionibus*. Hagae Comitum 1677. 4., ac *cum Theologi cujusdam in hunc libellum stricturis atque auctoris animadversionibus*, Hagae Comitum 1681. 4. *Joann.* STELLERUS, cujus PILATUS *defensus* (o curas hominum!) *&* Danielis MAPHANAFI *confutatio ejusdem, &* Christiani THOMASII *disputatio in idem paradoxum* conjunctim exierunt, *Lipsiae* 1676. 4. Praeterea de ratione, quam iniit PILATUS de CHRISTO judicans, exstat epistola T. XXII. ejusdem *Biblioth. Britann. p.* 123. *Coptorum* de PILATO fabulam lege T. II. operis *Nouveaux Memoires des Missions de la C. de J. dans le Levant*, Paris. 1717. pag. 149. Domum PILATI *Arretii* exstitisse fuere qui dicerent. Unde orta haec fabula sit, enarrat P. *Bernardinus* VESTRINI *Scholarum Piarum lettere Teologiche* P. II. lett. 37. Vide ZACHARIAM *in histor. litter. Italiae* T. II. p. II.

5. Vestis CHRISTI inconsutilis illustratur a *Dominico Maria* CANTAGALLO in Italica epistola, quae *Venetiis* prodiit T. XXII. Sylloges opusculor. Calogeranae p. 239.

6. De Sudario, quod VERONICAE dicitur, seu potius VERONICA, agunt praeter GRETSERUM, BOLLANDUM ad d. 4. Febr., & PAPEBROCHIUM *in Respons. ad Exhibit. Error.* MABILLONIUM *in Itin. Ital. Honoratus* a S. MARIA *Tom.* II. *Animadv. in Reg. & usum criticae*, LAMBERTINUS *de Servor. Dei Beatific. & Beat. Canoniz. lib.* IV. *part.* 2. *cap.* 31. SANDINIUS in hist. *de* CHRISTO *Domino* cap. 19. *Philippus Laurentius* DIONYSIUS *in sacrarum* Vaticanae *Basilicae Cryptarum monumentis*, Romae 1773. *pag.* 38. *seqq.* Conferendum cum his cauto lectori opus inscriptum *dissertations Physico-theologiques touchant*

chant

chant la Conception de J. C. *dans le sein de la Vierge* MARIE *sa mere*, *& sur un tableau de* J. C. *qu' on appelle la* Sainte Face, Par M. P. C. D. C., Amstelodami 1742.

7. De Cruce, aliisque ad eam pertinentibus nonnulla dabit *Joan. Baptista* SCHIOPPALALBA diss. *in perantiquam sacram Tabulam Graecam insigni sodalitio Sancta* Mariæ Caritatis Venetiarum *ab amplissimo Cardinali* BESSARIONE *dono datam* cap. 3.; plura *Laurentius* a TURRE in dissertatione *de duobus Psalteriis* Forojuliensibus, *in qua etiam antiqua tabula sculpta explicatur*, *cujus pracipua Imago* D. N. JESUS CHRISTUS crucifixus T. XLVIII. indicatæ sylloges Calogeranæ, ubi de Crucis Dominicæ forma p. *338.*, de Titulo Crucis pag. *340.* de quatuor, non tribus clavis, quibus CHRISTUS D. Cruci adfixus fuerit p. *343.* de nuditate CHRISTI in Crucem sublati p. *347.* de Corona demum spinea, an capiti imposita CHRISTO Crucifixo fuerit p. *349.* eruditus Auctor disputat.

8. De *Titulo Dominica Crucis archetypo commentarius* Dominici M. MANNII prodiit in decade Romana *Symbolarum* GORII vol. IX.

9. De vino Myrrhato, quod sitienti CHRISTO præbitum fuit BARONIUS, MALDONATUS, GRETSERUS agunt; sed cum iis conferendus *Nicolaus* GUIBERTUS in *Assertione de Murrhinis*, Francofurti 1597. edita, recusaque a GORIO in *Symbolis* decadis Romanæ vol. V. cap. 3.

10. *De Tenebris in obitu* J. C. dissertationem CALMETUS edidit, aliam *Joannes* FRICKIUS, quæ exstat in ejus *Meletematis variis*, Ulmæ vulgatis 1756. pag. 511. seqq. Quod vero ad PHLEGONTIS testimonium præter PETAVIUM vide SENESCHALLUM *quæst.* 3. de morte CHRISTI *cap.* 26.

11. De sacra Sindone legenda *Jacobi* CHIFFLETII *crisis historica de linteis sepulcralibus* CHRISTI

STI *Servatoris*, Antuerpiæ 1624. 4. cujus etiam prodiit interpretatio Gallica ſub titulo: „ hierothonie de JESUS CHRIST, ou diſcours des tſain„ ſuaires de notre Seigneur, " Pariſiis 1631. 8. *Alphonſi* PALEOTTI *esplicazione del lenzuolo, ove fu involto il Signore*, Bononiæ 1598. 4. & *Philiberti* PINGONII Sindon evangelica Taurini 1581. 4. Illuſtriſs. D. *Auguſtini* SOLARO *la Sindone Evangelica*, Taurini 1627. Vide & SANDINIUM de CHRISTO D. *cap.* 19. *n.* 10. Neque omittendus *Honoratus* a S. MARIA. Edidit ille Pariſiis 1718. 4. diſſertationem Gallicam „ ſur l'Inſcription „ de la ſainte Face de Montrevil, ou il répond à „ un ecrit initulé l'explication Grecque de la „ VERONIQUE *par le* R. P. SS. HARDUINUS ſcilicet *Græcam* contendebat, ſed *Moſcham Honoratus* eſſe inſcriptionem illam adlatis in medium *Moſchorum* quorumdam teſtimoniis adſeruit.

12. Acta *Pilati* ad *Tiberium* miſſa de morte CHRISTI quum plura exſtent, ea collegit *Joan. Albertus* FABRICIUS in Codice apocr. N. T. *p.* *pag.* 298. & *p.* 111. *pag.* 456. Duo ejuſmodi Actorum exempla exhibuerat FLORENTINIUS in Hieronym. Martyrol. p. 105. & 113. Aliam ejuſmodi hiſtoriam recitant Bollandiani ad 4. Februar. Spuriane ſint, an vera ejuſmodi acta diſputant *Natalis* ALEXANDER *in Synopſi hiſt. Eccleſ. ſæc.* 1. *cap.* 4. & CALMETUS *diſs. de actis* Pilati *ad* TIBERIUM *Imperatorem miſſis in cauſſa mortis* JESU CHRISTI. Huc ſpectant quod TERTULLIANUS tradit, Imperatorem TIBERIUM ad Senatum retuliſſe conſilium ſuum de CHRISTO, diis adnumerando: item *Joan. Jacobi* SULTZBERGERI diſputatio de ἀποθεώσει CHRISTI, Lipſiæ 1683. *Theodori* HASÆI diſſertatio „ de de„ creto TIBERII Imperatoris, quo CHRISTUM „ referre voluit in numerum deorum, " Hanov. 1708. & Erfurti 1713. ISELINI „ lettre ſur le pro„ jet conçu par le TIBERE, de mettre notre Sei-

„ gneur

„ gneur JESUS CHRIST au nombre de Dieux de Rome; Biblioth. Germaniq. T. xxxii. 147. & T. xxxiii. p. 12. qua TERTULLIANO fidem omnino habendam esse ISELINUS contendit.

§. IX.

De CHRISTI *Resurrectione, & adscensu ejus in Cœlum.*

I. Exstat insignis SHERLOCKII Angli liber inscriptus „ les Temoins de la Resurrection de J. C. „ examines; & juges selon les regles de Barreau „ pour servir de reponse aux objections du Sr. „ WOLSTON, & de quelques autres auteurs, „ traduits de l'Anglois." Parisiis 1753. Alios pro veritate Resurrectionis CHRISTI pugnantes Scriptores indicat *Joan. Alb.* FABRICIUS tum „ in „ delectu argumentorum pro verit. Relig. c. 44., „ *tum* in salutari luce Evangelii p. 184. seqq.

II. Lege etiam *Joan.* MARCKII *historiam exaltationis* JESU CHRISTI *illustratam*, Lugduni Batavor. 1729. 4. Iis, quæ heic de CHRISTI ad vitam revocati adparitionibus traduntur, addendæ Nicolai KOEPPENII dissertatio *de adparitionibus* CHRISTI *post Resurrectionem*, Gryphis Waldiæ 1701. ac *Christ. Gotl.* EZCHLERI *harmonia adparitionum* CHRISTI *redivivi*, Lipsiæ 1737.

III. *Petri* ZORNII dissert. postuma de CHRISTO sublatis manibus discipulis suis benedicente, & inter benedicendum ab eis discedente, & in cœlum sublato exstat T. vi. *miscell. Lipsiens.* P. 1.

§. X.

Reliqua de CHRISTO *Domino.*

Quæri potest, quid de forma CHRISTI sentiendum sit? RIGALTIUS in *observationibus* ad TERTUL-

TULLIANUM p. 45. atque in dissertatione, quam suis in CYPRIANUM *adnotationibus* addidit p. 236. CHRISTUM nulla faciei corporisque præditum pulchritudine fuisse docuit. RIGALTIO adversatur P. *Francisci* VAVASSORIS liber *de forma* CHRISTI, Parisiis 1649. 8. denuo editus cum præfatione de facie Dei ac brevi mantissa observationum a *Josua* ARNDIO, Rostochii 1666. 8. Verum quum hic statuisset servatorem nostrum neque deformem fuisse, sententiam hanc FECHTIUS refellit, ac pro summa pulchritudine corporis & faciei CHRISTI pugnavit, „ in exercitatione „ de forma faciei CHRISTI, dum in his terris „ viveret." Exstat ista in FECHTII *Noctibus Christian.* p. 559. Addatur *August.* CALMETI *dissertatio de forma* JESU CHRISTI, *eleganti, nec ne?* T. 1. ejus dissertationum p. 543. Lucens. editionis.

Quæri potest 2. an genuinæ habendæ sint, quæ ab EUSEBIO *hist. Eccles. lib.* 1. *cap.* 13. recitantur ABGARI ad JESUM, & hujus ad illum epistolæ? Suppostitias censent *Natalis* ALEXANDER, du PINIUS, BERTI, aliique, de quibus FABRICIUS in Cod. Apocr. N. Test. T. 1. p. 317. BOURGUETUS *Bibl. Italiq. T.* XIII. *p.* 121. *seqq.* addit, eas fuisse ab ipso EUSEBIO confictas; quod ne ipsi quidem Lutheranæ sectæ MOSHEMIO in Comment. *de rebus Christian. ante* CONSTANTIN. *p.* 71. probari potuit. CAVEUS genuinas habet; item GRABIUS, qui in *Spicilegio Patrum T.* 1. ALEXANDRI quoque argumentis satisfacere adgressus est. Utriusque sententiæ argumenta collegit *Jac.* BASNAGE *histoire des Juifs* T. 1. c. 18. Cl. Præsul. ASSEMANUS *Biblioth. orient. T.* 1. *p.* 554. & *T.* III. *P.* II. *p.* 8. ABGARI quidem epistolam uti germanam suscipit; CHRISTI vero litteras ex ipsius THADDÆI a CHRISTO ad ipsum legati verbis fuisse contextas opinatus est; quæ sententia non displicuit. *Sigefr.* BAYERO *in historia* Edessena, & Osroena *l.* 3. *p.* 104. *seq.* & *p.* 358.

Quæ-

Quæri 3. poteſt num agnoſcenda ſit CHRISTI imago *Edeſſena* ab ipſo CHRISTO ad ABGARUM miſſa? Illam rejiciendam CASAUBONUM *exercit.* 13. §. 31. ſequutus docet *Iſaacus* BEAUSOBRE in diſſertatione *des images de main divine*, Biblioth. Germanique T. XVIII. *p.* 10. *ſeq.* idemque auſus eſt tradere P. SERRY *Exercit.* 46. §. 9. ſed ſuſcipiendam pluribus confirmant *Jacobus* GRETSERUS in *Syntagmate de Imaginibus non manu factis cap.* 9. *Auguſtinus* CALCAGNINUS *de imagine Edeſſena*, Genuæ 1639. 4. & SANDINIUS de CHRISTO D. *cap.* 19. n. 2. *ſeqq.*

§. XI.

Exterorum teſtimonia de CHRISTO.

I. Præcipuum, quo Patres uſi ſunt, pro CHRISTO teſtimonium ex oraculis Sybillinis a *Servatio* GALLÆO editis Amſtelod. 1689. 4. ductum novimus. Ea tamen paſſim Proteſtantes rejiciunt, atque a Chriſtianis conficta tradunt. Princeps eorum hoc in argumento *David* BLONDELLUS in Gallico libro, quem *Charentonii* 1649. vulgavit prænotatum: „ des ſybilles celebrées tant par l' an-„ tiquité payenne, que par les Saints Peres." De iiſdem, ut alios omittam a FABRICIO percenſos *Biblioth.Græc. vol.* I. contemptim agit SOLIGNAC, cujus Gallicæ *de Sybillis* diſſertationes exſtant in diario inſcripto *Bibliotheque François* T. XXXVIII. p. I. artic. III. & IV. Nobis ea ſtat ſententia, quam *Natalis* ALEXANDER in diſſertatione etiam in *Theſauro Theologico* cum notis editoris recuſa, *Honoratus* a S. MARIA T. II. Animadv. in regulas, & uſum critices l. II. diſs. II. CRASSETUS *des Sybilles* propugnarunt, Sybillarum ſcilicet oracula, ſaltem, quæ Patres Ethnicis objecere, invicta eſſe traditione fulta, nec ſine audacia ſubleſtæ fidei poſſe inſimulari. Confer *Petri Antonii de Comitibus*

GAE-

GAETANIS dissertationem *de Sybillis*, quæ exstat Tomo II. operis prænotati: „ dissertazioni Istori- „ che, scientifiche, erudite recitate da diversi Au- „ tori in *Brescia* nell' adunanza letteraria del Sig. „ Conte,' Giammaria MAZZUCHELLI, Brixiæ 1765. p. 175. seqq.

Aliud celeberrimum pro CHRISTO testimonium suppeditat JOSEPHUS Judæus lib. XVIII. *Antiquit. Judaic.* cap. 4. Sed quæritur, num genuinum sit? an potius adulterinum? *Joan. Albertus* FABRICIUS in *Syllabo Scriptorum de veritat. Religion. Christ. p.* 135. *seqq.* auctores pro utraque sententia, qua solet, diligentia recenset. Præcipuos nos proferemus. Adulterinum contendunt *Christophorus* ARNOLDUS *in epistolis* XXX. *Philologicis, & historicis de Flavii* JOSEPHI *testimonio, quod* JESU CHRISTO *tribuit lib.* XVIII. *antiquitatum cap.* 4. Noribergæ 1661. 12. Abbas de LONGUERVE in dissertatione *sur le passage de* JOSEPH *en faveur de* J. C. apud *Joan.* CLERICUM T. VII. Biblioth. Ancien. & modern., ipse CLERICUS ejusdem Bibliothecæ T. XVI. p. 90. seq. Interpolatum volunt *Stephanus* le MOYNE in notis *ad varia sacra p.* 9. 31. *Thomas* ITTIGIUS in *selectis capitibus hist. Eccles. sæc.* 1. *p.* 336. *seq.* Abbas de FONTAINES in epistola ad D. de HOUTTEVILLE quæ exstat in diario *des Savans* 1723. mense Jul. *pag.* 10. Germanus est *Carolo* DAUBUZ, cujus *pro testimonio* Flavii JOSEPHI *de* JESU CHRISTO *libri duo* cum *Joan. Ernesti* GRABII præfatione, Londini 1706. 8. prodierunt; *Justo Christophoro* DITMARO in *dissertatione historico-ecclesiastica in* Flavii JOSEPHI *testimonium de* CHRISTO, Francofurti ad viadrum 1715. *Davidi* MARTINO *in dissertation critique sur le passage de* JOSEPH, *touchant* JESUS CHRIST, *ou l'on fait voir, que ce passage n'est point supposé*, Ultrajecti 1717. 8. & *Renato Josepho* TOURNEMINE, qui in *Mercurio Gallico* a. 1739. Majo & Augusto mensibus luculentam de hoc testimonio dis-

fertationem vulgavit, ut CAVEUM, PAGIUM in *Critica* ad ann. 32. *Honoratum* a S. MARIA T. III. diss. IV. atque *Henricum* VALESIUM in notis ad EUSEBII historiam omittam.

ARTICULUS II.

De Beatissima Deipara Virgine MARIA, *ejusque Sponso* JOSEPHO. *Aliqua de* S. JOANNE BAPTISTA.

I. De Sanctis Deiparæ parentibus JOACHIMO & ANNA consulendi BOLLANDIANI ad d. 20. Martii & 26. Julii, *Petrus* BIVERUS in Libro *de Sanctis* JOACHIMO, & ANNA, & JOSEPHO Antuerpiæ 1638. *Natalis* BEDA in apologia pro filiabus & nepotibus B. ANNÆ contra Jac. FABRUM Parisiis 1519. *Joannis Thomæ* a S. CYRILLO *Mater honorificata* S. ANNA, Coloniæ 1657. 4. & qui hypercriticum SERRY strenue refellit, SANDINIUS *de* MARIA *virg. cap.* 2.

II. Præsentationem B. Virg. ejusque Festum illustrant GRAVESONIUS *de mister. & Ann. Chr. diss.* 1. §. 1. LAMBERTINUS *de Festis lib.* II. SANDINIUS de MARIA V. cap. 3. TROMBELLUS cum primis. Exstat etiam Fr. *Danielis* a S. MARIA liber inscriptus: *Institutio festivitatis Præsentationis virginis* MARIÆ Antuerpiæ 1666. 8.

III. Si quæratur num, & quæ Sacramenta B. Virgo susceperit, præter TROMBELLIUM adi LAMBERTINUM *de Servor. Dei Beatific. & Beat. Canoniz. lib.* 4. *p.* II. *cap.* 21. n. 14. ac Tomum XLVII. sylloges opusculor. Calogeranæ, ubi p. 241. seqq. exstat., lettera di un Ecclesiastico, in cui si
„ cerca se la Beatissima Vergine MARIA possa a-
„ vere ricevuti i Sacramenti del Battesimo, e dell'
„ Eucaristia?

IV. *Ephesi* Sanctissimam Virginem obiisse Abbas CHOISY T. I. hist. Eccles. TILLEMONTIUS, SER-

SERRU, aliique confidenter adfirmant. Vide quid CHOISYO *Trivultiani* reposuerint in Ephemeridib. a. 1703. a. 180. quid TILLEMONTIO P. le QUIEN *oper. Damasc. T.* 11. *p.* 857. *seq.* quid SERRYO SANDINIUS *Joan. Fridericus* MASERUS Lipsiæ 1671. diatribam edidit *de conventu Apostolorum ad mortem* MARIÆ; sed cum ea conferatur quæso S. MODESTI Hierosolym. Patriarchæ *encomium in dormitionem sanctiss. D. N. Deipara semperque Virginis* MARIÆ a Cl. GIACOMELLIO Latine redditum vulgatumque *Roma* 1760. p. 37.

V. Superiore sæculo occasione USUARDINI Martyrologii gravis in *Galliis* oborta quæstio est de corporea B. V. adsumptione. Semper creditum fuisse, B. Virginem corpore & anima in cœlos adsumptam negavit *Claudius* JOLY in dissertatione *de verbis* USUARDI, *quæ referuntur* in Festo *adsumptionis* B. M. V. Senonis 1669. 12. itemque *Epistola Apologetica pro* USUARDO Rothomagi 1670. At *Claudio* adversatus est 1. *Jacobus* GAUDINUS, qui Parisiis 1680. in 8. edidit *Adsumptionem* MARIÆ *Virginis vindicatam* contra dissertationem *Claudii* JOLY; 2. *Nicolaus* LADVOCAT *in vindiciis Parthenicis*, quibus adseritur vera Ecclesiæ doctrina *de adsumptione corporea* B. M. V. *contra* Claudium JOLY Parisiis 1670. 8. *Joannes* interea LAUNOIUS sententiam *Claudii* JOLY propugnavit. Quamobrem LADVOCAT „ repetitas vindicias opposuit pro adsumptione corporali „ Sanctissimæ V. M. contra „ Joannem LAUNOIUM, Parisiis 1672. 8. Eodem igitur anno JOLY. Senonis Libellum emisit, cui titulum fecit: „ Traditio antiqua Ecclesiæ *Franciæ*, seu totius Imperii Occidentalis de verbis USUARDI, quæ in „ ipsius Martyrologio ad Festum Adsumptionis B. „ M. V. referuntur vindicata contra " Jacobum GAUDINUM, & Nicolaum LADVOCATUM. A JOLY sententia parum distant *Natalis* ALEXANDER, TILLEMONTIUS, ERRY. Sed

v ide

vide FLORENTINII ad Hieronym. Martyrol. Exercitationem tertiam, LAMBERTINUM de Festis B. M. V. lib. 2. SANDINIUM de MARIA Virgine cap. 7. TROMBELLIUM, & egregium librum, qui a. 1766. *Romæ* prodiit in 4. prænotatum: „ l'assonzione al Cielo della Madre di Dio „ dimostrata secondo il sentimento di Santa Chie- „ sa contro l'opinione di qualche Scrittore, ope- „ ra lasciata in embrione dal Sacerdote Filippo „ STROZZI Canonico della Basilica *Liberiana*, „ e ridotta nella presente forma da Gio: Francesco STROZZI.

VI. Inter scripta, quæ B. V. tribuuntur, præter epistolam ad S. IGNATIUM feruntur epistolæ duæ, altera ad *Florentinos*, altera ad *Messanenses*, quarum utramque *Joannes* LAMI in libro *de eruditione Apostolorum* apocryphis libris adcenset *in codice apocr. N. T.* Quod spectat ad *Messanensium* epistolam, *Melchior* INCHOFER illam vindicare conatus est edito ingenti volumine, quod inscripserat: *Epistola* B. MARIÆ *ad* Messanenses *veritas vindicata, ac plurimis gravissimorum Scriptorum testimoniis, & rationibus erudite illustrata*, Messanæ 1630. Ut autem S. Congregationis desideriis satisfaceret, novo ac modestiore titulo opus suum *Viterbii* recudit ann. 1633. auctius, & emendatius: *de epistola B.* Virg. MARIÆ *ad* Messanenses *conjectatio plurimis rationibus, & verisimilitudinibus locuples*. INCHOFERUM confutavit *Rocchus* PYRRHUS in dissertatione *de epistola Deiparæ, quæ de* Messanenses *scripta dicitur T.* 1. *Sicil. sacr. notit.* 11. Inventus tamen hoc sæculo est Abbas Generalis Ordinis S. BASILII, qui contra PYRRUM *Messanensium* causam defendendam susciperet. Is est *Petrus* MENNITUS in quodam opusculo *Romæ* impresso ann. 1718. Pro eadem epistola pugnavit etiam P. *Thomas* de ANGELO Ordinis Prædicatorum in *Annalibus historico-criticis Ecclesiæ* Siculæ *saeculo* 1. §. 1.

VII.

VII. A MARIA non diſcedendum, quin aliqua de celebri ejus Imagine, quam *del Pilar* vulgo *Hiſpani* appellant, indicemus. Exſtant igitur Fr. *Didaci* MURILLO „ dos tratados de la fundacion „ milagroſa de la Capilla Angelica de la Madre „ de Dios *del* Phar, y excellencias de la Impe- „ rial Ciudad de “ Gaoſsa ſ. Valentiæ 1616. Suadeo tamen, ut potius legatur P. CUPERUS *Bollandianus* in Commentario ad acta *S.* JACOBI Majoris. Addamus in *Peruſinorum* gratiam *Joan. Baptiſtæ* LAURI librum *de annulo pronubo* B. *Virginis* MARIÆ, *qui* Peruſiæ *ſervatur*, Romæ 1622. 8. Etiam *Hyacinthus* VINCIOLI Peruſiæ 1737. 8. commentariolum edidit Italice de eodem annulo. Vide etiam LAMBERTINUM de Feſtis B. M. V. ubi de Feſto Deſponſationis agit.

VIII. Ad *S.* JOSEPHUM quod pertinet, Joan. Fridericus MAYER „ quæſtionem hiſtoricam, num „ JOSEPHUS tempore nativitatis Chriſti fuerit ſe- „ nex decrepitus?“ Lipſiæ vulgavit 1632. At *Alexius Symmachus* MAZOCHIUS in illud argumentum, *quid antiquitas de* JOSEPHI, *ac Divini* SERVATORIS *artificio ſenſerit*? Faberne lignarius, an ferrarius fuerit, ſingulari diligentia inquiſivit pag. 283. 297. eruditiſſimæ *epiſtola*, *qua ad* XXX. *virorum clariſſimorum de* dedicatione ſub aſcia *commentationes integra recenſentur*. Neapoli 1739. 8.

IX. Appendicis inſtar aliqua ſubjicio de S. JOANNE BAPTISTA. FLORENTINIUS igitur duas ad JOAN. BAPTISTAM ſpectantes Exercitationes habet in notis ad Hieron. Martyrol. XIII. p. 786. quæ inſcribitur *de loco, & die, quo natus & ſepultus eſt S.* JOAN. BAPTISTA, & XIV. p. 857. *de* JOAN. BAPTISTÆ *nondum poſito Præcurſoris officio, deque ejuſdem Conceptionis & Nativitatis loco*. Graviſſimi vero argumenti eſt *Liberati* FASSONI de Cleric. Reg. Schol. Piar., Romæ edita 1757. *de cognitione S.* JOAN. BAPTISTÆ *in matris utero exultantis adverſus* Samuelem BASNAGIUM

diſ-

dissertatio. Protestantes minutalia quædam erudita de S. JOAN. BAPTISTA consectati sunt. Quali vestitu victuque idem usus fuerit, in id studiose inquirunt: *Andreas* GLEICHIUS commentatione *de victu* JOANNIS, Lipsiæ 1659. *Conrad.* OLDUS *in domicilio, victu, & amictu* JOANNIS *Præcursoris Messiæ*, Rostochii 1658. *Joan.* CHREMITZIUS disputatione *de amictu* JOANNIS BAPTISTÆ, Lipsiæ 1663., *Balthasar* STOLBERGIUS *de amictu, & victu* JOANNIS BAPTISTÆ, Vitembergæ 1683. *Paullus* RABIUS, cujus duæ exercitationes philologicæ exstant, altera *de victu* JOANNIS BAPTISTÆ, ibidem 1693. Eodem spectat quod *Miscellan. Lipsiens. T.* v. *p.* iv. legitur, *Joan. Christoph.* HARENBERGII *Meletema de Vestitu* JOAN. BAPT. & *Olai* BORNEMANNI diss. *de victu* JOAN. BAPT. Hafniæ 1694. Munus, quod JOANNES obiit, *Joannes Andreas* QUENSTEDIUS exposuit *in* JOANNE *primo Evangelii & Baptismi novi Testamenti ministro*, Vitembergæ 1663. P. LIRON *T.* ii. operis prænotati *les Amenitez de la Critique* dissertationem habet *de l' origine du Baptême, ou on fait voir, que S.* JEAN *a institué le prémier cette ceremonie, & qu' avant la quinziéme année de l' Empire de* Tibere Cesar *elle étoit inconnüe aux Juifs*. De mortalitatis fine, quem idem habuit, videantur: *Christophori* CELLARII *schediasma historicum de carcere & supplicio* JOANNIS BAPT., Halæ 1698. ac 1703. *Michaelis* FOERTSCHII dissertatio *de mortibus persequutorum* JOANN. BAPT., Jenæ 1709. *Salomon* VAN TIL dissertationes *de* JOANN. BAPT. *incarceratione fictitia*, Herodiana *vincula antecedente*: *de tempore incarcerationis* JOANN. BAPT., *ex* Herodis Antipæ *itinere* Romano *eruendo*, ac *de* JOAN. BAPT. *incarceratione unica, ministerio ejus publico finem imponente*. Lugduni Batavor. 1710. Refellit *Bernard.* LAMII sententiam qui singulari dissertatione *de vinculis* JOANNIS,

 JOAN-

JOANNEM bis in carcerem fuisse conjectum contendit: primum a magno *Judæorum Senatu*, deinde ab HERODE AGRIPPA. De Reliquiis tandem S. JOAN. BAPT. ac præsertim de ejus Capite vide CANGIUM *Traité du Chef de S.* JEAN BAPTISTE, Parisiis 1665. & MABILLONIUM *Vet. Analect.* edit. Parisiensis 1723. p. 266.

ARTICULUS III.

De Sanctis Apostolis ac LXX. Discipulis.

§. I.

Generales quædam, communesque omnibus Apostolis disquisitiones.

1. Ad Vitam Apostolorum *publicam* spectant quæstiones 1. de eorum ordinatione, an scilicet omnes a Christo Episcopi ordinati fuerint, an PETRUS a Christo, a PETRO reliqui? Vide BELLARMINUM *de Rom. Pont: lib.* 1. *cap.* 23.

2. De forma, quam in celebranda liturgia usurparunt; (ad hanc celeberrimus spectat S. GREGORII M. locus ep. 64. lib. 7. de quo conferendus omnino *Franciscus Antonius* ZACCARIA in *diss. de jure liturgico cap.* 2.) ac de liturgiis, quæ sub eorum nominibus circumferuntur; qua de re *Natalis* ALEXANDER, DUPINIUS, CEILLIERUS, BONA, *Honoratus* a S. MARIA, & ASSEMANUS in Codice liturgico universæ Ecclesiæ adeundi sunt.

3. Inquiritur, omniumne linguarum scientia Spiritus Sanctus Apostolis largitus sit? Vide SANDINIUM in histor. Apost. ubi *de Apostolis in universum* quæst. 23. *Joannem* LAMI *de eruditione Apostolorum*, Florentiæ 1738., & *Atromi* TRASEOMACHII *calabri*, sub quo nomine *Franciscum Antonium* ZACCARIA latere nemo jam dubitat, Ita-

Italicas adverſus LAMIANUM librum epiſtolas, *Venetiis* editas.

4. Num baptizaverint in nomine Chriſti? Confer S. BASILIUM in Tract. *de Sp. S.* cap. 12. ESTIUM in ſententias, VOSSIUM *de Baptiſmo*, HARDUINUM *de triplici Baptiſmo*, CALMET in diſſert. *de Baptiſmo* JESU *Chriſti nomine collato*, & qui inter ſe ſe hac de re dimicarunt, *Dominicanos* duos DROWEN de re ſacram. & ORSIUM poſtea Card. in diſſertatione hiſtorica *de Baptiſmo in nomine* JESU *Chriſti*, Mediolani 1733., & in *Vindiciis diſſertationis* de Baptiſmo in nomine JESU Chriſti *a Sorbonici Doctoris* (DROWENII, qui diſſertationem Orſianam confutarat) *objectis*, Florentiæ 1735. 4.

5. De diviſione Apoſtolorum. Vide BOLLANDIANOS T. IV. Julii, ubi & de Provinciis, num forte inter Apoſtolos diviſæ fuerint diſputant; qua de re aliqua adnotavit *in ſalutari luce Evangelii* Joan. Albertus FABRICIUS.

6. De Symbolo, quod antequam diſcederent, edidiſſe Apoſtolos, RUFINUS, aliique veterum tradiderunt apud *Joan. Alb.* Fabricium *Cod. Apocr. N. T. P.* III. *p.* 339. *ſeqq.* & in *ſalutari luce Evangelii p.* 93. Hiſtoriam Symboli Apoſtolici *Petrus* KINGIUS Anglice edidit *Londini* 1702., quæ *Lipſiæ* latina recuſa eſt 1706. 8., itemque *Joan. Rudolphus* KIESLINGIUS *hiſtoriam Lipſiæ* vulgavit *de uſu Symbolorum potiſſimum Apoſtolici &c.* 1753. 8. Id autem hi potiſſimum ſpectant, ut Apoſtolis Symbolum demant; quod ipſum ſolemne eſt aliis Proteſtantibus, *Iacobo* USSERIO in diatribe *de Romana Eccleſia Symbolo Apoſtolico vetere*, Londini 1647. & Oxoniæ 1660., BINGHAMO, BASNAGIO, aliiſque; immo & a nonnullis ex Catholicis propugnatum dolemus, ut a du PINIO, TILLEMONTIO &c. Revera tamen Apoſtolos ejus ſymboli auctores fuiſſe probant *Natalis* ALEXANDER *in ſæc.* I. *diſſ.* XII. quam a BASNAGII ca-

 vil-

villationibus MANSIUS vindicavit, & *Joan. Franciscus* MADRISIUS in diss. *de Symbolo Apostolorum*. Nonnulla adversus TILLEMONTIUM habent hac de re BOLLANDIANI ad d. 15. Julii, ubi de divisione Apostolorum. Nemo tamen accuratius, copiosiusque doctissimo *Joan. Chrysostomo* TROMBELLIO hocce argumentum pertractavit. Confer *Tractatus de Sacramentis* ab eo vulgatum, *Bononiæ* 1770. Tomum 11. ubi *diss.* IV. *quæst.* III. *pag.* 80. *seqq.*, hæc invenies diligenter expensa.
„ I. An propterea *Apostolicum*, seu *Apostolorum*
„ *Symbolum* appelletur ea fidei nostræ complexio,
„ & synopsis, quod ab Apostolis composita sit.
„ II. An Symbolum ab Apostolis compositum illud
„ ipsum sit, quo hodieque in conferendo Baptismo
„ Romana Ecclesia utitur. III. An ita compositum
„ ab Apostolis fuerit, ut unusquisque Apostolorum
„ peculiarem & suam in hoc symbolo sententiam,
„ portionemque posuerit: adeo ut omnium primus
„ PETRUS portionem, seu sententiam, seu si appellare ita vis, articulum posuerit, secundum
„ JOANNES, seu potius ANDREAS: & sic reliqui per ordinem Apostoli. IV. An soli condiderint, an operam, opemque præstantibus, &
„ adsentientibus discipulis reliquis. V. Quo tempore conditum illud fuerit. VI. Quænam fuerit caussa, seu ratio, qua ad illud condendum
„ adducti Apostoli sunt. VII. Unde Fidei nostræ
„ complexio *Symboli* nomen adceperit? “

II. Duæ præsertim quæstiones ad *privatam* Apostolorum vitam pertinent. Altera num matrimonio juncti fuerint? de qua quæstione consuli possunt BELLARMINUS de Clericis lib. 1. cap. 20. SANDINIUS in hist. Apost. quæst. 9., & *Franciscus Antonius* ZACCARIA *in historia Polemica Cœlibatus* lib. 1. cap. 1. Altera de tunica, aliisque vestibus Apostolorum: in quam quæstionem conferre potes præter SANDINIUM citat. histor. Apost. quæst. 42. & 43. *Joannem* LAMI *de re vestiaria* homi-

hominis Christiani in antea indicato *de eruditione Apostolorum* libro differentem, & *Philippum Laurentium* DIONYSIUM *in Sacrarum* Vaticanæ *Basilica Cryptarum monumentis* p. 190. seqq.

§. II.

Pracipua de singulis Apostolis disquisitiones.

I. De PETRO. Præter ea, quæ artic. sequente de ejus rebus ad *Antiochenum* & *Romanum* Episcopatum pertinentibus opportunius dicturi sumus, quæritur a D. LIRON *Tom.* II. *des singularit. historiq. & litterair.* pag. 412. *si* JESUS *Christ chez* Caiphe *regarda St.* PIERRE *des yeux du Corps*.

Gravior quæstio est, fueritne PETRUS CEPHAS ille, cui PAULLUS in faciem restitit? Negat *Joannes* HARDUINUS in dissertatione inscripta CEPHAM a PAULLo *reprehensum* PETRUM *non esse*. HARDUINUM confutarunt Canonicus BOILEAU *in disquisitione Theol.* in Gal. II. 10., Parisiis 1713. *Augustinus* CALMET in dissert. an CEPHAS *quem* PAULLUS Antiochiæ *redarguit alius fuerit a* S. PETRO? *Cæsar* CALINUS *Exercit. histor. in Acta Apostolor. lib.* 2. *cap.* 5. SANDINIUS *in disputationibus historicis* XX. disp. I. & Fr. *Thomas* MAMACHIUS *Orig. Christian. T.* III. Pro HARDUINO, cujus etiam dissertationem recudit, atque Italice vertit, certavit *Hieronymus* COSTANTINI, Venetiis 1763. edito libro, cui titulus: *Questione di fatto, se il* CEFA *ripreso da S.* PAOLO *possa con ragione credersi il Principe degli Apostoli S.* PIETRO? Qui hanc sententiam tuentur, aliam quæstionem refricant inter Sanctos AUGUSTINUM & HIERONYMUM olim excitatam, serione an simulate PAULLUS PETRUM reprehenderit? Vide *Natalem* ALEXANDRUM in sæc. I. diss. XI.

De Catenis S. PETRI eruditissimam a P. D.

 Mi-

Michaele Angelo MONSACRATI dissertationem habuimus, Romæ 1750. 4. Confer historiam litterariam Italiæ Tom. III. p. 382. 394., & *Joannes Ernesti Imman.* WALCHII commentationem *de vinculis* PETRI *ex antiquitate illustratis*, Jenæ anno 1758.

Josephus Maria SORESINUS, Romæ 1673. *opusculum* emisit *de Capitibus Sanctorum Apostolorum* PETRI & PAULLI *in Sacrosancta* Lateranensi *Basilica asservatis* 8.

II. De S. PAULLO plures exstant dissertationes, uti sunt de illius

1. *Nomine*; *Joann.* CRAUSII dissertatio *de* PAULLO *binomini*, Jenæ 1667. *Jessenii Hannibalis* JESSEN onomatologia PAULLI, Hafniæ 1701. *Petr. Edu.* FRIISdissertatio *de* PAULLO *binomini*, Hafniæ 1713. *Fr. Guil.* ROLOFFII commentatio *de tribus* PAULLI *Apostoli nominibus*, Jenæ a. 1731.

2. *Civitate Romana*; quod argumentum persequuti sunt SPANHEMIUS *Orbis Romani* diss. I. (quocum confer *Trivultianos* in Ephemerid. ann. 1704. Februar. p. 263. seqq.) DEYLINGIUS *observat. sacrar.* p. III. p. 388. *Christophorus* CELLARIUS dissertatione *de* PAULLI *Romana Civitate*, Halæ 1706. *Petrus* ECKERMANNUS dissertatione *de Romana Apostoli* PAULLI *Civitate*, Upsaliæ 1746.

3. *Conversione*. *Friderici* SPANHEMII dissertatio *de Conversionis* PAULLINÆ *Epocha*, *fixa in epistola ad* Galatas, *deque* PAULLI *historia ac nomine*. *Joan. Paulli* BUTTNERI dissertatio *de* SAULLO *illuminato*, *per triduum oculorum usu destituto*, Jenæ 1702. *Joan. Guil.* BALERI commentatio *de cæcitate* PAULLI, Altorfii 1725. *Christ. Aug.* HEUMANNI dissertatio *de illuminatione* SAULI, *cæca pietate ferventissimi*, Goettingæ an. 1741.

4. *Apostolico munere*, *actisque*, *Godofr. Maximilian.* LEISNERI dissertatio de PAULLO *eodem jure auctoritate atque potestate Apostolo*, *quo duodecim Apostolorum collegium*, Liypsiæ 1716. *Gottfr.* OLEA-

OLEARII dissertatio *de gestis* PAULLI *in urbe* Atheniensium, Lipsiæ 1706. *Joan. Henric.* MAJI *adnotata quædam philologica ad gesta* PAULLI *in urbe* Atheniensium, Giessæ 1727. *Chr. Frideric.* BOERNERI *acta* BARNABÆ, *&* PAULLI *lycaonica, ex* LUCÆ *commentariis descripta & observationibus Theologico-philologicis illustrata*, Lipsiæ 1714. *Joan. Jacobi* PEIZERI *exercitatio Academica de ἀποθεώσει* PAULLI *&* BARNABÆ *a* Lystrensibus *frustra tentata*, Altorfii 1713. *Joan. Frider.* GUHLINGII dissertatio *de* PAULLO, *Mercurio a Lystrensibus vocato*, Vitembergæ 1726. *Christ. Frider.* STISSERI *disquisitio philologico-critica de* BARNABA *&* PAULLO, *Lystrensium diis*, Sedini 1741. *Christ. Guil.* CONRADI *Acta* PAULLI Ephesia, *ante tumultum a* Demetrio *excitatum, observationibus philologicis ilustrata*, Jenæ 1740. *Joa. Georgii* WALCHII *acta Philippensia*, Jenæ 1726. *Joan. Conradi* STIGLIZII *de servitute pœna Sancti* PAULLI *Apostoli* liber singularis a GORIO editus decad. II. Symbol. Rom. edit. vol. IX. p. 78. 126.

5. *Itineribus*. *Georgii* LAETI *peregrinatio* PAULLI *Apostoli*, Lugduni Batavor. 1639. 12. Francofurti 1650. 12. *Christophor.* CELLARII dissertatio *de amenitatibus historicis, & geographicis, ex itineribus* PAULLI *Apostoli collectis*, Halæ 1694. Adde de peculiaribus quibusdam PAULLI itineribus disquisitiones. Quo spectant 1. *Frider. Christ.* BUCHERI dissertatio *de Peregrinatione* PAULLI *transmarina*, Vitembergæ 1679. *Joannes Jacobus* QUANDTII dissertatio *de maritima* PAULLI *peregrinatione* Regiomont. 1710. *Georg. Lebr.* WILCKII *diatriba de peregrinatione* PAULLI *Macedonica per Græciam*, Lipsiæ 1688. P. *Danielis* FARLATI disquisitio, *an* D. PAULLUS *in* Illyrico *Christi Evangelium divulgaverit?* quæ exstat T. I. *Illyrici sacri Prolegom. p.* III. *sect.* I. *cap.* I. §. 2. *Jacobi* HASÆI *dissertatio geographico-politica de navibus* Alexandrinis, PAULLUM *in* Italiam *deferen-*

ferentibus, Bremæ 1716. ejusdem dissertatio *de computatione mensium* PAULLINI *itineris*, *quod* Hierosolymis Romam *suscepit*. *Petri* KUNZII *observationes de vexillo navis* Alexandrinæ, *qua* PAULUS *Gentium doctor in* Italiam *vectus est*, Jenæ 1734. 2. De naufragio PAULLI, ejusque *Melitam* appulsu disputatores, ut *Paulli* CRUSII PAULLUS naufragus, Lipsiæ 1609. 8. *Alberti* SCHUMACHERI dissertatio *de naufragio* PAULLINO Bremæ 1730. *Joan. Christ.* KIRCHMEIRI dissertatio *de requie* PAULLI *in* Melite *insula*, Marburgi 1731. *Joan. Frid.* WANDALINI disputatio *de* Melita PAULLI, Hafniæ ann. 1707. *Joannes Ernestus Immanuel.* commentatio *de Deo Melitensium*, Jenæ ann. 1752., qua historia naufragii PAULLI itidem illustratur. At quænam hæc *Melita? Dalmaticane* an *Sicula*? Initium hujus controversiæ fecit P. *Ignatius* GEORGIUS *Benedictinus* quum librum inscriptum: PAULLUS „ Apostolus in mari, quod nunc *Venetus* sinus di„ citur naufragus & *Melita Dalmatiensis* Insulæ „ post naufragium hospes; sive de genuino signi„ ficatu duorum locorum in actibus Apostolicis XXVII. 27. XXVIII. 1. *inspectiones anti-critica*, Venetiis 1730. 4. ederet atque adfirmaret, PAULLI naufragium in mari Adriatico evenisse. Enimvero ut liber exiit, certatim in illum scriptores calamum acuerunt pro *Sicula Melita* pugnaturi. Hinc *Claudii Josephi* GUIOT *de la* Marne *epistola* ad Cardin. POLIGNAC Romæ 1731. *Bonavent.* ATTARDII *vindicia pro* Melita sicula 1739. dela MARNE *vindicia Melitenses* 1732. 4. *Joan. Antonii* CIANTAR „ dissertationes Apologeticæ de PA„ ULLO Apostolo, in *Melitam* siculo-adriatici maris „ insulam, naufragio ejecto, Venetiis 1738. 4. *Ruperti* A S. GASPARE, PAULLUS *Apostolus* e Melita Illyricana *in* Africam *quondam; nunc vero S.* JOANNIS Hierosolymitani *equitum feliciter redux sive anticriticarum inspectionum* Ignatii GEORGII *amica*

ca inspectio, Venetiis 1739. 4. duabus partibus. Quieverat hæc controversia, quum an. 1753. *Joan. Baptista* LADVOCAT pro GEORGII sententia dissertationem Gallicam edidit *sur le lieu du naufrage de* St. PAUL. P. *Carolus Joseph* de S. FLORIANO e *Minoribus*, uti vocant, *Reformatis*, LADVOCATI dissertationem statim confutavit, licet nonnisi an. 1756. in Sylloge prænotata *Raccolta Milanese* ediderit pro eadem *Melita sicula* suam dissertationem chronologico-geographicam inscriptam: *Navigazione dell' Appostolo* PAOLO *da* Cesarea a MALTA. *Stephanus* SCIUGLIAGA hanc libens occasionem *Dalmatica Melita* vindicandæ adripuit; duobus libris an. 1757. *Veneta* in urbe vulgatis, Italico altero, cui titulus: *il naufragio di S.* PAOLO *ristabilito nella* Melita Illirica, *contro la dissert. chronol. geograph. del R. P.* Carlo Giuseppe *di* S. FIORANO, latino altero inscripto: *Exercitationes geographica, hydrographica, & anemographice* de naufragio D. PAULLI *Apostoli*, *ejusque adventu in insulam* Melitam Illyricam, *sive mare Hadriaticum suis finibus restitutum*. SCIUGLIACA novum adversarium nactus est Canonicum *Joan. Franciscum* AGIUS de SOLDANIS; edidit is an. 1758. Venetiis *discorso Apologetico* &c. Nec siluit P. a S. FLORIANO, qui ann. 1759. *Mediolani* quinque dissertationes vulgavit hoc titulo: *Origine della Fede Cristiana in* MALTA. Eodem anno 1759. *Venetiis* prodiit *lettera dell' Abate* Stefano SCIUGLIAGA J. C. *della origine della Fede Cristiana in* MALTA. Post has dissertationes legenda *Joan. Jacobi* SYRBII dissertatio *de* PAULLI *in urbem ingressu* Jenæ 3. huc pertinet controversia, PAULLUS ne in *hispaniam* profectus sit? Adfirmant *Natalis* ALEXANDER *in sæc.* I. *diss.* XV. & D. LIRON T. IV. operis Gallici *singularites litteraires* &c. pag. 175. 193. Negat *Joan. Justus* SPIER in *disputatione historica & critica, qua testimonia Patrum quinque primorum saeculorum de* PAULLI *Apostoli itinere*,

in

in Hispaniam *confecto*, *labefactatur*, Vitembergæ 1740. deinde in *historia critica de* hispanico PAULLI *Apostoli itinere*, eodem loco 1742. 4.

VI. *De vinculis*: *Ludovic.* CAPELLI *disquisitio*: *an* PAULLUS *bis fuerit vinctus* Romæ, *& an occidentem, prædicando Evangelium lustraverit*. *Gottl. Frid.* GUDII *vindiciæ posteriorum vinculorum*, *& Martyrii* PAULLINI. *Petri* ZORNII *commentatio de* PAULLI *singularibus fatis in carcere castrensi arcis Antoniæ* Joan. *Ernesti Imman.* WALCHII *dissertatio de vinculis Apostoli* PAULLI *ex antiquitatum profanarum monimentis illustrati*, Jenæ 1746.

III. de S. ANDREA, I. ejus cathedra, sive ordinatio Episcopatus *Patris* in Martyrologio *Hieronymiano* v. Februarii recolitur; qua de re vide BOLLANDMM ad eum diem, & FLORENTINIUM in Indiculum Apostolor. 2. An autem S. ANDREAS Byzantinam Ecclesiam instituerit, quod NICEPHORUS *Constantinopolitanus in Chronico*, NICEPHORUS CALLISTUS, COTINUS aliique recentiores *Græci* tradunt apud LAMBECIUM *T.* III. *pag.* 55. *seq. &* 154. disputant *Natalis* ALEXANDER *sæc.* I. *cap.* 8. TILLEMONTIUS T. I. *Monum.* SANDINIUS *de S. ANDR.* §. 3. præsertim vero P. *Guilielmus* CUPERUS in dissertatione prævia ad *historiam chronologicam Patriarcharum Constantinopolitanorum de exordio Cathedræ* Constantinopolitanæ, *seu potius* Byzantinæ, ubi etiam contra BARONIUM eamdem Cathedram non fuisse a S. PETRO institutam ostendit. 3. Acta S. ANDREÆ ab *Achaja* Presbyteris conscripta passim cum ALBERTINO Protestantes rejiciunt, & ex nostris Scriptoribus DUPINIUS, TILLEMONTIUS, BAILLETUS; sed refelluntur hi a *Natali* ALEXANDRO, GARDEBOSCIO T. I. *Honorato* a S. MARIA, præsertim vero a *Carolo Christ.* WOOG in eo libro, cujus titulum exscripsi *cap.* VI. §. I. *n.* 4. Hæretici Acta S. ANDREÆ vel cuderunt, vel corruperunt; de quibus *Bartholom.* GERMO-

MONIUS *de Hæreticis veterum Codicum corruptoribus*. In Passionem S. ANDREÆ collectanea dabit FIORENTINIUS *Hieron. Martyr. p.* 116. 4. de Cruce S. ANDREÆ, quæ adservari *Massiliæ* fertur, multa Joann. Jacobus CHIFFLETIUS in *vesontione* part. 1. cap. 48.

IV. de S. JACOBO *Zebedæi* filio, quem *Majorem* vocant, quod præcipue in quæstionem venit, est ejus in *Hispaniam* adventus. Eum negant BARONIUS *ad ann.* 816. *n.* 51. & apud SPONDANUM ad *ann.* 44. *Natalis* ALEXANDER *diss.* xv. *hist. Eccles. sæc.* 1. Non JACOBUM *Zebedæi*, sed PAULLUM Apostolum, primum & unicum Evangelii in *Hispania* promulgatorem probat singulari & copiosa dissertatione latina *Michael* a S. MARIA Eremita *Augustinianus* inserta Commentariis Academiæ Regiæ *Ulyssiponensis* a. 1722. 27. August. Quibus addendus *Christianus* LUPUS ad TERTULL. *de Præscript. cap.* 20. Adfirmant *Joannes* MARIANA in Tractatu *de adventu* S. JACOBI *Apostoli in Hispaniam* cum aliis sex ejus Tractatibus *Coloniæ* edito 1609. *Caspar* SANCTIUS in *disputatione de S.* JACOBI *&* PAULLI *Apostolorum in* Hispaniam *adventu* addita ejusdem commentario *in Acta Apostolorum* Lugduni 1656. & Coloniæ 1617. *Antonius* CARACCIOLUS in *biga illustrium controversiarum*: de *Sancti* JACOBI *Apostoli adcessu in* Hispaniam, ac *de funere S.* MARTINI, *a Sancto* AMBROSIO *procurato*, Neapoli 1623. 8. *Francisc.* a SANCTO AUGUSTINO MACEDO *diatriba de adventu Sancti* JACOBI *in* Hispaniam; Romæ 1662. 4. *Caspar*, de MENDOZA, y SEGOJA predication de Saint JAGO en Espanna, Zaragoza 1682. 4. contra *Christianum* LUPUM & NATALEM ALEXANDRUM. *Josephus Saenz* de AGUIRRE *diss.* IX. Apparatus ad Concilia Hispaniæ *T.* 1. *p.* 134. *seq.* A. D. I. D. F. in dissertatione„ de Prædicatione Evangelii in „ Hispania per S. Apostolum JACOBUM Zebe-

„ dæum

„ dæum, (de hac Trivultiani a. 1713. Novembr. „ p. 1931. seq.) „ *Hieronymus* CONTADOR de ARGOTE *Clericus Regularis* diss. Lusitanice scripta, & Regi Lusitaniæ *Joanni* V. dicata pro JACOBI adventu in Hispaniam, & mente S. HIERONYMI, in Commentaris Academiæ Regiæ Ulyssip. an. 1722. *Manuel Cajetanus* de SOUSA in iisdem Commentariis an. 1725. 19. Julii, ac deinde Tomis duobus *de expeditione Hispanica* S. JACOBI. CUPERUS *Bollandianus* T. VI. Julii ad d. 25. *Cajetanus* CENNIUS in *Codice Canonum Ecclesiæ Hispanæ* T. I. *diss.* I. *cap.* 2. qui tamen *Hispanorum* caussam prodidisse potius, quam defendisse videtur, *Benedictus Clemens* de AROSTEGUI diss. *de Adventu* S. JACOBI *in Hispaniam*, Neapoli, *Julius Laurentius* SELVAGGIUS *Antiquit. Christianar. l.* I. *P.* I. *cap.* 4. §. *6. n.* 28. *seqq.* Neapoli 1772. Utriusque sententiæ argumenta expendit Card. GOTTI *in veritate Religionis Christianæ T.* V. *cap.* 4. §. 2. *Daniel* FARLATUS HESYCHII testimonio (de quo vide tamen *historiam Litterariam Italiæ T.* IV. *p.* III.) iter *Hispaniense* S. JACOBI per *Illyricum* & *Dalmatiam*, atque etiam *Pannoniam* describit, ac tuetur *T.* I. *Illyrici* sacri *Prolegom. P.* III. *cap.* I. §. 3.

V. De S. JOANNE Apostolo & Evangelista conferantur *de viaggi di S.* GIOVANNI *Apostolo, Ragionamento*. Exstat in opere inscripto *Raccolta Milanese* 1751. Mediolan. 4.

Christophori CELLARII *de exilio* JOANNIS *Apostoli*. Exstat in ejus *dissertatione de septem Ecclesiis* Asiæ *in* Apocalypsi *memoratis*, Halæ 1701.

Chr. Ludovici OBBARII dissert. *de temperamento* JOANNIS *Apostoli cholerico* Goettingæ 1738. *Georg. Aug.* DETHARDINGII *vindiciæ* JOANNIS *Apostoli a censura* Joan. LAMII, Lipsiæ 1739.

Chr. Augusti HEUMANNI „par fabularum ex hi„ storia Ecclesiastica exterminatum I. de JOANNE „ Apo-

„ Apostolo in fervens oleum conjecto. 2. de co-
„ lumba ex POLYCARPI rogo evolante, Isenaci 1715. Vide *Trivultianos* ann. 1716. April. p. 717. cumprimis vero Joan. *Laurentium* MOSHEMIUM, qui in dissertationibus ad histor. Ecclesiast. pertinentibus vol. 1. p. 492 HEUMANNI dissertationem solidissime confutavit.

De Passione, & Adsumptione S. JOANNIS *Hieronymiano* Martyrologio inscripta FLORENTINII *Exercitatio* III. Eodem spectant 1. *Joan. Sebastiani* MITTERNACHTII, *dissertationes philologico-historico-Theologicæ de loco* JOANNIS XXI. 22. Namburgi 1665. 8. quibus pertractantur quæstiones, uti in ipso titulo indicatur, an JOANNES Evangelista martyrium subierit? naturali morte obierit? Statim resuscitatus corporeque ac anima adsumptus in cœlum fuerit? in sepulcro ad *Ephesum* vivus adhuc dormiat; an vero sine morte vivus in paradisum terrestrem translatus, inde sub tempora Antichristi cum *Enocho* & *Elia* venturus & occidendus ab Antichristo sit? 2. *Augustini* CALMETI diss. *de morte S.* JOANNIS.

Porro de S. JOANNIS scriptis præter Interpretes, & Polemicos adi *Natalem* ALEXANDRUM, DUPINIUM, CEILLIERUM &c.

VI. De S. PHILIPPO *Gallisne*, an potius *Galatis* Evangelium adnunciarit, Eruditi viri inter se disputant, BARONIO pro *Galatis*, pro *Gallis* stante *Petro* de MARCA: Vide FABRICIUM *in salutari luce Evangelii* p. 102.

VII. De S. BARTHOLOMÆO illud 1. quæritur, num idem fuerit qui NATHANAEL. Id negant TOLETUS in cap. 1. *Joan.* SANDINIUS aliique, adserunt contra Joan. ROBERTUS, cujus *Nathanael* BARTHOLOMÆUS prodiit Duaci 1619. *Fabricius* PIGNATELLI in lib. *de Apostolatu Nathanaelis* BARTHOLOMÆI Parisiis 1660. *Joan. Nicolaus* NAHRIUS in diss. *de* Nathanaele *Apostolo* a BARTHOLOMÆO *non diverso*, Lipsiæ

1740.

1740. quibus adſentiuntur BOLLANDIANI. 2. quæritur *Indorumne* Apoſtolus fuerit; quod in dubium vocat *Samuel* BASNAGE ad an. *46.* n. *35. argumentis*, inquit FABRICIUS in *ſalut. luce Evang. p.* 105. *non adeo firmiſſimis ductus*. 3. quo genere mortis obierit; qua de re conſule DIONYSIUM *in ſacrar. Vatic. Baſil. Cryptar. monum. p.* 75. 4. quid de ejus corpore? requieſcatne etiamnum *Beneventi*, an *Romæ*? Pro BENEVENTANIS *Annibal* MASCAMBRUNUS Epiſcopus *Stabienſis* anno 1636. diſſertationem ediderat. Eorumdem traditionem defendit Card. Urſinus tunc Archiep. *Beneventanus*, poſtea BENEDICTUS XIII. Vulgata ann. 1694. luculenta diſſertatione, quam *Italice* vertit *Baſilius* GIANELLI, aliiſque ab ipſo Card. URSINO adceptis monumentis auctam an. 1695. *Beneventi* in lucem dedit prænotatam: *diſcorſo, nel quale ſi prova, che 'l corpo di S.* BARTOLOMMEO *ſia in* Benevento. 4. „ Hanc ſequuta ſunt Acta petitio„ nis, decreti, elevationis, recognitionis, oſtenſionis, „ repoſitionis, translationis, reſtitutionis, & conſigna„ tionis ſacri Corporis glorioſiſſimi Apoſtoli ſancti „ BARTHOLOMÆI *in nova Baſilica*, Beneventi *eidem erecta &c.* Beneventi 1698. 4. Verum pro ROMANIS, quos olim BARONIUS defenderat, prodiit „ Franciſci *DINI* diſſertatio hiſtorico-critica de „ translatione & collocatione Corporis ſancti *BARTHOLOMÆI* Apoſtoli Romæ in inſula Lycaonia; „ ſeu vindiciæ Breviarii Romani, adverſus, diſſer„ tationes Epiſcopi *MASCAMBRUNI*, Marii *VIPERÆ*, aliorumque, Venetiis 1701. 4. *Beneventanorum* alii deinde cauſam acerrime propugnarunt; nempe 1. *Joſephus Antonius* SASSI in opuſculo inſcripto: *ragioni per provare l' eſiſtenza del Corpo di S.* BARTOLOMEO *in* Benevento *eſpoſte in una lettera alla ſantità di* BENEDETTO XIII. extat T. XV. Sylloges opuſc. Caloger. *p.* 27. 78. 2. *Joannes Maria* de VITA in diſſertatione *de vero Corpore S.* BARTHOLOMÆI *Apoſtoli ex Aſia*

in

in Liparam, *ex* Lipara Beneventum *translato, ibidemque adservato*: exstat Tom. IX. novæ sylloges Opusc. Calog. *p.* 332. 402. Neutri parti satis fecerunt BOLLANDIANI, qui postquam in Comm. prævio de S. BARTHOL. collatis inter se monumentis *prævalere* BENEVENTANOS *antiquitate testium, & auctoritate*, ROMANOS *numero* judicarunt, tandem persuasum sibi esse dixerunt, *utroque loco haberi Reliquias Apostoli, translationemque factam esse aliquarum*.

VIII. De S. THOMA quæri potest, quid de CALAMINA civitate sentiendum sit, ubi quievisse dicitur? Leges autem quæ *Joan. Alb.* FABRICIUS hac de re *in salutari luce Evangelii* p. 109. seq. & *Alexander* LESLEUS ad *Missale Mixtum* p. 186. adnotant. Alia apud LESLEUM etiam *pag.* 185. invenies de Sancto hoc Apostolo non obvia. De itinerario, seu *periodis* S. THOMÆ adi eumdem FABRICIUM in *Codice Apocrypho* N. T. p. 819.

Apocryphum ejusdem Evangelium, cujus tantummodo fragmenta apud COTELERIUM, LAMBECIUM, & eumdem FABRICIUM exstabant, integrum dedit Græco-latine, & eruditis adnotationibus illustratum *Joan. Aloysius* MINGARELLI T. XII. novæ Sylloges opusculor. Caloger. *p.* 73. 155. De actis S. THOMÆ, & Translatione *Ortonam* scripsit *Joan. Baptista* de LECTIS.

IX. de S. MATTHÆO disputatur, an a LEVI secernendus sit? distinguit ORIGENES *contra* CELSUM *lib.* I. §. 62. *pag.* 376. & HERACLEON hæreticus *Valentinianus* apud S. CLEMENTEM *Alexandrinum lib.* 4. *Soromat. pag.* 514.; quos sequitur GROTIUS in MATTHÆUM *cap.* IX. 9. *tom.* 6. *Criticorum Sacrorum* pag. 347. & *Joan. Fridericus* FRISCHIUS in diss. *de* LEVI *cum* MATTHÆO *non confundendo*, Lipsiæ 1746. GROTIO respondent DUPINIUS dissert. Prælimin. ad Biblia *lib.* 2. §. 3. COTELERIUS in Constitut. Apost.

lib. 8.

lib. 8. *cap.* 22. & CEILLIERIUS in Historia Auctorum sacrorum *lib.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *pag.* 341. *tom.* 1. Græce MATTHÆUM Evangelium scripsisse autumant aliqui ex recentioribus; non tamen eas adferunt rationes, quæ nos cogant discedere a sententia veterum Patrum, ut observavit GROTIUS in MATTHÆUM *Tom.* 1. *cap.* VI. Criticorum sacrorum *pag.* 36. DUPINIUS differt. Præliminari ad Biblia *lib.* 2. *cap.* 2. §. 3. *pag.* 23. tom. 2. CEILLIERIUS in historia generali Auctorum sacrorum *tom.* 1. *l.* 2. *cap.* 2. *art.* 2. §. 3. *pag.* 344. *Quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est*, ait HIERONYMUS *de Script. Eccles.* in MATTHÆO. Alii JACOBUM *Hierosolymorum* Episcopum, alii PAULLUM, alii LUCAM, alii JOANNEM transtulisse putant: nullo tamen certo, & inconcusso utuntur Auctore. THEOPHYLACTUS præfat. in Evangel. MATTH. *pag.* 2. JOANNES, inquit, *hoc ex* Hebraica *lingua in* Græcam, *ut ferunt*, *interpretatus est*. De Evangelio S. MATTHÆI in S. BARNABÆ sepulcro invento confer MAZOCHIUM in Kalendar. Neapolit. ad d. XI. Junii.

X. De S. JACOBO *Minore* id potissimum in quæstionem venit, num a JACOBO Fratre Domini, & *Hierosolymorum* Episcopo alius fuerit? BARONIUS eumdem esse contendit; quam sententiam pluribus adversus SALMASIUM confirmant PETAVIUS in *libr. de Hierarchia Ecclesiastica*, *Natalis* ALEXANDER *Sæc.* 1. *cap.* 8. TILLEMONTIUS *T.* 1. *monum.*, & *Joan. Henricus* MICHAELIS *in Introductione historico-Theologica ad epistolam* JACOBI, Halæ Saxonum 1722. Contra pugnant FLORENTINIUS Exercit. 2. HENSCHENIUS ad d. 1. Maji, *Franciscus Antonius* ZACCARIA in dissertatione *de tribus* JACOBIS ad PETAVII libros Remondinianæ editionis, & *Joan.* STILTINGHUS T. VI. Septembris *Bollandiani*, in diss. de *Fratribus Domini* JACOBO, JO-

SE-

SEPHO, JUDA, & SIMONE, *qua quaritur, an ullus ex illis fuerit inter Apostolos duodecim?*

XI. De Sanctis SIMEONE, & JUDA, *Ragionamento sopra i viaggi de' due Apostoli* GIUDA *e* SIMONE, Auctore *Angelo Theodoro* VILLA exstat in opere *Mediolani* edito 1757., inscriptoque *Raccolta Milanese*. Sunt, qui SIMEONEM eumdem velint cum SIMEONE *Hierosolymitano* post JACOBUM Episcopo; quos refellit *Samuel* BASNAGE *ad Annum Christi* 31. *num.* 72. JUDAM contra plerique eumdem habent cum JUDA fratre Domini; sed *Joannes* STILTINGHUS operose illos confutat in citata dissertatione *de fratribus Domini*, in qua neminem ex Domini Fratribus inter Apostolos cooptatum fuisse ostendit. Ad eumdem JUDAM spectant, quæ in *Bibliotheca Bremensi* prodierunt altera *volum.* v. altera *volum.* vi. *Theodori* HASÆI *disquisitio de* Levi *a* CHRISTO *ad Apostolatum vocato, qua eum non, ut vulgo putatur*, MATTHÆUM, *sed* JUDAM THADEUM *esse*, *ostenditur*. *Joan. Christ.* BIEL *observatiuncula de* Levi, JUDA THADEO.

XII. De JUDA *Ischariote*, ac proditore quod in disputationem cadit, mors est, præsertim, vero qualis illa fuerit? quo modo narrationes MATTHÆI ac LUCÆ apte inter se conciliari debeant? Exierunt hac de re in lucem, quæ nunc sequuntur, dissertationes, *Georg.* GOETZII *de suspendio* JUDÆ, Jenæ 1661. *Jacobi* ROESERI *de morte* JUDÆ *proditoris* Christi, Vitembergæ 1668. & iterum 1703. *Job.* ECKHARDI *de funesto* JUDÆ *exitu*, Vitembergæ 1689. *Joachimi* KUHNII *de pernicie & morte* JUDÆ, Argentorati 1693. *Matthia* BLOCHII *de interitu* JUDÆ, Hafniæ 1708. Imprimis huc spectat concertatio de morte JUDÆ, in quam *Jacob.* GRONOVIUS, *Jacob* PERIZONIUS atque alii venerunt. Edidit GRONOVIUS *exercitationes Academicas de pernicie & casu* JUDÆ *proditoris*,

toris, Lugduni Batavor. 1683. ac communiorem sententiam sequutus, statuit, loca MATTHÆI & LUCÆ optime conciliari posse, si dicatur, JUDAM laqueo gulam sibi fregisse; quod MATTHÆUS significet, ac corpus ejus in voraginem, ejusmodi cadaveribus destinatam & eminentibus saxis asperam præcipitatum; hoc autem modo ruptum fuisse, uti a LUCA litteris consignatum sit. Opposuit se ei, præter *Guil.* SALDENUM, *Franciscus* DERMASIUS, sive qui fictum nomen hoc sibi adscivit, *Joachimus* FELLERUS *in epistola ad* Adamum RECHENBERGIUM *de intolerabili fastu criticorum quorumdam*, *speciatim* Jacobi GRONOVII, *qua occasione & Abr.* CALOVII *interprecatio de morte* JUDÆ *a cavillationibus* Gronovianis *vindicatur & nova pariter ejusdem* GRONOVII *de casu* JUDÆ *sententia exploditur*, Lipsiæ 1687. GRONOVIUS quum memoratas *exercitationes Academicas* iterum evulgaret, adjecit illis acerbam atque asperam responsionem, sive uti illam vocat, *legitimam & perspicuam earum defensionem*, Lugduni Batavor. 1702. 4. ac simul in PERIZONIUM, notasque ejus in ÆLIANUM, quibus ostenderat, vocem ἀπάγχεσθαι de morte ab antiquioribus usurpari, non ex suspendio tantum, verum etiam animi mœrore orta, animadvertit. PERIZONI S caussam suam egit „ in dissertatio- „ ne de morte JUDÆ & verbo ἀπάγχεσθαι, in „ qua explicantur & conciliantur loca MATTH. „ XXVII. 5. & LUCÆ *Actor.* I. 18. atque vindicantur quæ ad Æliani variam historiam v. 8. erant notata, Lugduni Batavor. 1702. 8. ac postquam GRONOVIUS pugnaverat contra illam „ in notitia & il- „ lustratione dissertationis nuperæ de motte JU- „ DÆ & verbo ἀπάγχεσθαι Lugduni Batavor. „ 1703. 4. „ sequutæ sunt: PERIZONII „ responsio ad „ nuperam notitiam de variis ÆLIANI aliorum- „ que auctorum locis, Lugduni Batavor. 1703. 8. „ ac responsio II. ad notitiam secundam de LU-

„ CÆ

„ CÆ Actorum 1. 18. & variis ÆLIANI aliorumque locis, " Lugduni Batavor. 1703. 8. Addendæ sunt: „ Francisci WOERGERI symbolæ „ Theologicæ & historicæ ad exercitationes Academicas Jacobi GRONOVII de JUDA proditore, Lubecæ 1688. 12.

XIII. de S. MATTHIA. Una ejus electio per sortes peculiari cuipiam disquisitioni occasionem præbet. Quænam igitur fuit sors illa, qua Sanctus MATTHIAS electus fuit Apostolus? Legatur *Joan.* SCHARFFII disputatio de MATTHIA *rite vocato*, Vitembergæ 1652. *Joan*, *Georgii* BITTELMAJERI dissertatio *de* MATTHIA *sorte ad Apostolatum electo* Vitembergæ 1676. le MOYNE *observat.* 587. apud BASNAGIUM *ad ann.* 33. §. 160. Licetne eadem uti in Electionibus Ecclesiasticis? Vide Tomum 1. Patris ALEXANDRI. *Lugdunensis* Ecclesia utebaturne olim tali sorte, quemadmodum legitur in vita Sancti EUCHERII, ejusdem urbis Archiepiscopi? Nonne per sacros codices fuit sors illa, qua electus est S. MARTINUS contra Defensorem? Vide Sanctum AUGUSTINUM epist. 37. ubi de sortibus agit ex paginis Evangelicis, & epistolam 30. *Petri* BLESENSIS, cum notis, tam antiquis, quam novis. Adi etiam D. du RESNEL dissertationem *sur les sors parmi les chrétiens appelles sortes* Sanctorum, Acad. Paris. Inscr. T. XIX. Parisien. edit. p. 291. De Apostolatu *Illyrico* S. MATTHIÆ consule *Danielem* FARLATI T. 1. *Illiric. sacr.* Prolegom. p. 111.

XIV. De S. LUCA quæri potest 1. num LUCAS *Medicus* de quo S. PAULLUS, alius fuerit ab Evangelista? Eumdem habuit universa antiquitas. Vide historiam litterariam Italiæ *Tom.* v. *p.* 511. *Samuel* tamen BASNAGIUS ad ann. Christi 60. *n.* 33. cum CALVINO in epist. ad Coloss., *Joan. Henricus* a SEELEN in diatriba *de Medicorum meritis in sacram Scripturam*, & *Christophor. Augustus* HEUMANNUS T. 11. *Poeciles p.* 518.

seq. ausi sunt id negare. Eos WINCKLERUS refellit in dissert. quam cap. VI. §. 1. n. 15. indicavi. Confer MALDONATUM in Evang. & *Joannem Georgium* WALCHIUM in histor. Eccles. saec. 1. CORDERIUS praef. *Catena Graca* in LUCAM praemissa conjecit, LUCAM quidem MEDICUM fuisse Evangelistam, sed MEDICUM solummodo in Mystico sensu appellatum a PAULLO fuisse; quod quis credat? 2. quaeri potest, num Pictor fuerit? quod GRETSERUS in Syntagm. *de imaginibus* a S. LUCA pictis *cap.* 18. & 19. & C. GOTTI *in vera Ecclesia Tom.* 2. *part.* 2. *art.* 16. §. 15. propugnant. Negat ex recentioribus Catholicis Scriptoribus P. FROVA dissert. *de sacris Imaginibus* p. 11. T. XLIII. Sylloges opusculor. Caloger. Confer histor. litter. Ital. *T.* II. *p.* 46. & LAMBERTINUM *de servor. Dei Beatif.* & *lib.* IV. *p.* II. *cap.* 10. *num.* 28. Christian. Ludov. SCHLICHTERUS, Halae 1734. *eclogam historicam* edidit, qua *fabula Pontificia de* LUCA *Pictore exploditur*. Exploserit, non renuo; at impudentis ineptique Protestantis est hanc *Fabulam* ad Papismum trahere. Aliqua etiam de S. LUCAE Apostolatu occurrunt. Eum nempe in *Galliis* Evangelium evulgasse multis adversus TILLEMONTIUM contendit D. LIRON *singular. histor.* T. IV. p. 334. 342. *in Illyrio* vero *Daniel* FARLATI T. 1. *Illyr. sacr.* Proleg. p. 111. cap. 11. §. 1.

XV. Demum de S. MARCO exstat *Henrici Christ.* SCHNERINGII dissertatio *de Evangelio Sancti* MARCI, Gryphisvvaldiae 1700. & Fr. *Joan. Laurentii* BERTI *dissertazione sopra* S. MARCO (exstat in ejus libro : *Prose volgari*, Florentiae 1759., estque tertia ex decem ibi editis auctoris dissertationibus) ubi & *de' Interpretis* munere quod apud S. PETRUM gessit Evangelista. Porro de Evangelio S. MARCI, quod *Venetiis* adservari fertur, legendus MONTFAUCONIUS *in Diario Italico*, P. *Laurentius* a TURRE in epistola de

duo-

duobus Forojulienſibus *Evangeliariis* T. II. *Evangeliarii quadruplicis* a P. BLANCHINIO, *Romæ* 1749. vulgati, quacum confer hiſtoriam litterariam Italiæ *T.* I. *p.* 14. *ſeq.* & Senator *Flaminius* CORNELIUS *Eccleſiarum Venetarum decade* XIII. *p.* I. *p.* 176. *ſeqq.* Quod ſpectat ad Translationem S. MARCI *Venetias*, cave fidas *Anonymi Relationi* MARCI *Evangeliſtæ Corpus in Inſula* Augia divite *Epiſcopatus* Conſtantienſis *eruta e Bibliotheca Reipublicæ* Ratiſponenſis *ſtudio* Eliæ EHINGERI, quam Joan. *Georg.* DORSCHEUS edidit, atque adnotationibus auxit, Argentorati 1645. quum ante duos annos ibidem vulgaſſet impudentiſſimum quoddam *ſpecimen ſceletomaniæ Pontificiæ circa Reliquias* MARCI, *&* LUCÆ. Nam anonymum illum fabulatorem eſſe, ceteroſque, qui Translationi *Venetæ* adverſantur, hypercriticos invictis argumentis probat idem Senator CORNELIUS *l. c.* Confer hiſtor. litter. Ital. *p.* 437. *ſeq.* De S. MARCI Apoſtolatu *Aquilejenſi*, & *Laureacenſi* differentes auctores alibi indicabimus.

§. III.

De LXX. *Diſcipulis*.

Nihil eſt, quod de LXX. Diſcipulis in univerſum diſputetur præter ea quæ *cap.* VI. §. 2. adtigimus. De quatuor ex illis BARNABA, inquam, TITO, TIMOTHEO, & CRESCENTE plura quæruntur.

Ac primum de BARNABA (ut omittatur *Placidi* PUCCINELLI *Vita di San* BARNABA *Apoſtolo, primo paſtore di* Milano, Mediolani 1649. 4. Stephani le MOYNE *exercitatiuncula de* BARNABA in Prolegomenis *ad varia ſacra*) de *Mediolanenſi* illius Apoſtolatu, atque Epiſcopatu diſputatur. Negant illum MABILLONIUS, PAPEBROCHIUS in *Exegeſi de Epiſc. Mediolan.*, TIL-

LEMONTIUS, BACCHINIUS, MURATORIUS, MAZZOCHIUS ad Kalend. Neap. *Franc. Antonius* ZACCARIA in histor. litter. Ital. *T.* VI. *p.* 589. & *T.* IX. *p.* 417. *seqq.* Adfirmant *Nicolaus* SORMANNUS tum in *Apologismis* editis 1740., tum in opere *de' Passeggi storico-topografico-critici nella Città, indi nella Diocesi di* MILANO, *Giornata prima*, Mediolani 1751. 12., uti & in alio libro inscripto: *l' origine Apostolica della Chiesa* Milanese, Mediolani 1754. 4. & *Joseph. Antonius* SASSI *in vindiciis de adventu* Mediolanum S. BARNABÆ *Apostoli contra nonnullos recentioris ætatis.*

Alia quæstio est de epistola Catholica, quæ exstat sub nomine BARNABÆ, de qua vide COTELERIUM, CAVEUM, DUPINIUM, FABRICIUM *lib.* IV. *Biblioth. Græc. c.* 5. *p.* 173. & *lib.* V. *cap.* 1. §. 4. *p.* 3. MOSHEMIUM *de rebus Christianorum ante* CONSTANTINUM *pag.* 160. CEILLIERUM. MAZZOCHIUM in Kal. Neap. ad d. XI. Junii.

Prodiit etiam Evangelium quoddam BARNABÆ. TOLANDUS illud vulgavit, *Londini* 1718. in libro Anglico, cui titulum fecit: „ Nazarenus, „ aut Christianismus Judaicus, Paganus, & Mahu„ medanus historiam continens antiqui Evangelii „ S. BARNABÆ. " TOLANDUM *Thomas* MANGEY eodem anno 1718. refellit, editis Anglice *observationibus in Nazarenum*, in quibus tamen aliqua absurda legere est. Verum de hoc Evangelio omnino legendus FABRICIUS in *Codice Apocrypho* N. T. p. 111.

Ad TITUM transeo. Præter BOLLANDUM T. I. *Januar.* ejus res gestas enarravit *Joan. Georgius* WALCHIUS in diss. *de* TITO *viro Apostolico*, Jenæ 1741., quæ etiam exstat in WALCHII *Miscellaneis sacris p.* 708. Apostolatum ejus *Illyricum* illustrat P. FARLATI p. 111. Prolegom. in primum tomum *Illyrici sacri*. Lege etiam de TI-

TO

TO *Cretam sacram* Senatoris *Flaminii* CORNELII.

S. TIMOTHEI Vitam *Hermannus* WITSIUS descripsit in *Exercitatione* XVI. *de Vita* TIMOTHEI *Miscellan. sacror. T.* II. *p.* 557. Conferenda Acta Sanctorum T. II. *Januar.* Vide etiam FABRICIUM *Bibl. Graec. T.* IX. *p.* 150. & in *Codice Apocrypho* N. T.

Tandem quod ad S. CRESCENTEM spectat, eum in Gallias a S. PAULLO missum Evangelicæ prædicationis caussa adversus TILLEMONTIUM contendit LIRON *singularit. historiq. & litter. T.* IV. *p.* 342. 356.

ARTICULUS IV.

Disquisitiones ad Politiam Ecclesiasticam pertinentes.

SECTIO I.

Quæstiones generales de primi sæculi politia.

1. Num primo ipso Ecclesiæ sæculo Episcopi Ecclesiis regendis tributi fuerint, an solis Presbyteris commendatæ? Vide P. BIANCHI T. III. operis *dell' esterior polizia della Chiesa* lib. 1. cap. 2. §. 20. pag. 227. *seqq.*

2. Num Episcoporum auctoritas ab Ethnicorum exemplo ducta fuerit, quod GIANNONIUS indicat? Confer P. BIANCHI l. c. p. 237.

3. Num Apostoli Ecclesias instar Synagogarum constituerint? Adi eumdem BIANCHI l. c. p. 242. seqq.

4. Num Apostoli Metropoles instituerint & quanam de caussa? Idem l. c. p. 131. seqq. & T. IV. 22. seqq.

5. Septem Diaconorum, quos Apostoli a LU-

CA constituisse perhibentur, sacrum munus fuit: Id singulari dissertatione docuit *Natalis* ALEXANDER, ad quam videnda quæ contra BASNAGIUM adnotavit MANSIUS. Confer etiam dissertationem Romæ vulgatam 1749. *de septem diaconis, deque epistolis ad Corinthios*, & Martyrio S. CLEMENTIS P. M.

SECTIO II.

Disquisitiones ad historiam Romanorum Pontificum spectantes.

§. I.

De S. PETRO.

I. Negant S. PETRUM *Romæ* umquam fuisse *Ulricus* VELLENUS, cujus nomine prodiit *Tractatus quo* XVII. *argumentis adseritur*, PETRUM *Apostolum numquam Romæ fuisse adversus prætensum primatum in Romana Ecclesia*, 1520. Francofurti 1631. Argentorati 1660. 4. *Fridericus* SPANHEMIUS *dissertatione de ficta profectione* PETRI *Apostoli in urbem* Romam, & nuperrime Anonymus Gallus in Libro latine & Gallice edito *Londini* (ut titulus mentitur) 1770. excuso ac prænotato: „ de Primatu Romani Pontificis opus, cujus scopus est demonstrare, Primatum Rom. Pont. inter alios Episcopos nullum nisi honorificum esse, & illum Primatum nec divinum, nec Jurisdictionis esse." Verum quid istis facias, qui in meridiana luce sponte cœcutiunt? Eos certe refellerunt non Catholici modo, sed etiam Protestantes. Ex Catholicis, ut BELLARMINUM, Joan. FISCHERUM *Roffensem* Episcopum, SALMERONEM Tom. ult. oper. *Jac.* GRETSERUM *lib.* II. *defens.* BELLARM. *de summo Pont.* *Natalem* ALE-

XAN-

XANDRUM, & *Emanuelem* a SCHELSTRATE omittam, legendi *Joan.* COCHLÆI libri PETRUM Romæ *fuisse*, Moguntiæ 1525. 4. quorum antea mentionem feci *Georgii* CORTESII *Tractatus adversus negantes*, PETRUM Romæ *fuisse*, Venetiis 1773. & iterum Romæ 1770. *Onuphrii* PANVINII de adventu PETRI ad urbem Romam, *Franc.* AGRICOLÆ *attestatio ex Patribus*, PETRUM *fuisse* Romæ, *&* Romanos *ad fidem convertisse*, Coloniæ 1605. 8. *Augustini* CALMET *dissertation sur le voyage de Saint* PIERRE *a* Rome, *Petri Francisci* FOGGINI *exercitationes historico critica de Romano Divi* PETRI *itinere & episcopatu, ejusque antiquissimis imaginibus*, Florentiæ 1742. Ex Protestantibus vero *Guilielmus* CAVEUS in vita Sancti PETRI *cap.* 10. ejusque appendice, Samuel BASNAGE *ad ann. Chr.* 64. *n.* 9. *Bartholom. Christian.* RICHARDUS in diss. *de* PETRI Romam *adventu ex antiquitate defenso*, Vitembergæ 1703. contra SPANHEMIUM *Salomon* VANTIL *disputatione historico-Theologica de* PETRO Romæ *Martyre, non Pontifice*, Lugduni Batavor. 1770. Vide etiam PEARSONII *opera postuma*.

II. In *Romano* itinere PETRUM multas Regiones evangelii præconio imbuisse certum est; num etiam *Illyricum*, disputat *Daniel* FARLATI in Prolegomenis ad Tom. 1. *Illyrici sacri*.

III. Num vero sub NERONE tantum, quod LACTANTIUS indicare nonnullis videtur in lib. *de mortibus Persequutor.* an sub CLAUDIO primum, iterumque sub NERONE S. PETRUS *Romam* adierit, expensum habes a *Bollandianis* ad Acta SS. Apostol. PETRI & PAULLI, a SCHELESTRATIO *Antiquit. Eccles.* T. I FOGGINIO, & a P. BIANCHI T. III. operis inscripti *della potestà & della polizia della Chiesa p.* 255. *seqq.* Ridiculus est *Cornel. Dietericus* KOCHIUS, qui an. 1721. Helmstadii dissertationem edidit inscriptam,

quod

quod Chronologia HENSCHENIANA, *quæ est in Actis* Sanctorum Antuerpiensibus *nihil juvet perfectionem* PETRI Romanam.

IV. PETRUS divino consilio, non una sui ipsius voluntate *Romam* venit. Vide *Francisci Antonii* ZACCARIA *Antifebronium* T. II. edit. Cæsen. *diss.* II. *cap.* I. *n.* 5. *seqq.* V. Die XXV. Aprilis PETRUM *Romam* primo ingressum fuisse multis contendit *Petrus* MORETTUS in *Parergo de Festo in honorem Principis Apostolorum* Romæ *ad diem* XXV. *Aprilis institutum*, Romæ 1742. 4. Ubi vero S. Apostolus primum hospitium habuerit, vide apud P. BIANCHI *l. c. p.* 269. *seq.*

VI. Utrum S. PAULLUS *Romanus* cum PETRO Pontifex fuerit (quod larvato nebuloni in mentem venit) vide à RAYNAUDO discussum in *Pontificiis*. Confer etiam SIRMONDI epistolam *l.* III. *ep.* 62.

VII. De annis, quibus PETRUS *Romanum* gessit Pontificatum præter citatos BOLLANDIANOS, SCHELESTRATIUM, & FOGGINIUM, exstat Fr. *Bernardini* MEZZADRI dissertatio critico-historica de *viginti quinque annis Romanæ* PETRI *Cathedræ adversus utrumque* PAGIUM, Romæ 1740. 4. Confer P. BIANCHI l. citato p. 271. seqq.

VIII. De die Martyrii SS. Apostolorum PETRI & PAULLI differunt BALLERINII ad opera S. LEONIS M.

§. II.

De primis S. PETRI *successoribus*.

Quæri I. potest, PETRUS ne sibi ipse successorem designarit? Qua de re vide P. SCHMIER *Jurispr. Canonico-civil. lib.* I. *Tract.* 3. *cap.* I. *seqq.* & CATALANUM in Comment. ad Cæremon. S. R. E. T. I.

Quæ-

Quæri 2. poteſt, num CLEMENS, an S. LINUS PETRO in ſupremo Pontificatu ſucceſſerit? Ac LINUM quidem, non CLEMENTEM PETRO ſucceſſiſſe multis ſtatuunt SANDINIUS *diſput.* 4. & DAUDE *T.* 1. *hiſtor. univerſ. ad cap.* 2. *lib.* 1. *hiſt. Eccleſ. Reflex.* 7.

Quæri 3. poteſt an ſaltem CLEMENS CLETUM in Pontificia dignitate præceſſerit? Adſerit BLANCHINIUS in not. ad Anaſtaſ. T. 1. Negat P. BIANCHI graviſſimis adlatis argumentis *T.* III. *cit. oper. pag.* 277. *ſeqq.*

Quæri 4. poteſt, idemne ſit CLETUS qui ANACLETUS? adfirmant *Petrus* HALLOIXIUS *T.* II. *illuſtr. Eccleſ. Scriptor. in not. ad vitam S.* Iren. *c.* 7. *p.* 642. *ſeqq.* VALESIUS ad EUSEBIUM, *Natalis* ALEXANDER, TILLEMONTIUS *T.* I. *epiſtol. Rom. Pont.* in monito ad ſuppoſitas CLETO & ANACLETO epiſtolas. Negant poſt BARONIUM *in not. ad Martyrolog.* 26. *Apr.* HENSCHENIUS *T.* III. *Apr.* ad eumdem diem SCHELESTRATIUS *Antiq. Eccleſ. diſs.* 2. *cap.* 2. SANDINIUS l. c. J. *Bapt.* SOLLERIUS *T.* III. *Jul. ad diem* 13. Idipſum ſenſerat PAPEBROCHIUS, deinde vero *Anamneſim* ſcripſit, in qua CLETUM quum in exilium actus eſſet, Pontificatum abdicaſſe, CLETO tunc CLEMENTEM ſucceſſiſſe, CLEMENTI tandem, qui & ipſe Pontificiam dignitatem dimittere coactus fuerit, iterum CLETUM ſucceſſorem datum, hincque ANACLETUM, ſeu revocatum fuiſſe dictum ingenioſe, ſed ſine idoneis teſtibus conjecit, licet non multis abhinc annis ſectatorem habuerit *Petrum* LAZERI an. 1755. in diſſert. cui titulum fecit, *catalogi duo antiquiſſimi* &c. *p.* 31.

Quæri 5. poteſt quid ſentiendum de ſcriptis, quæ ſanctis hiſce Pontificibus tribuuntur. Atque ea quidem, quæ LINI, CLETI, aut ANACLETI nomine inſcribuntur, nemo qui in arte critica paullulum verſatus fuerit, hodie ſuſceperit. De CLE-

CLEMENTE autem si *Recognitiones* demas, & *Constitutiones Apostolicas*, de quibus infra, aliter sentiendum. Exstant nimirum epistolae duae ad *Corinthios*, seu potius epistola una, alteriusque fragmenta, quae CLEMENTI tuto adjudicentur. De prima enimvero (de cujus epocha vide adnotata in historia litter. Ital. *T.* II. *p.* 232.) nulla esse dubitatio potest, quum & ipsi Protestantes eam magna consensione S. Pontifici adscribant, PERSONIUS, DODWELLUS, aliique. Secundam GRABIUS negat esse CLEMENTIS, in eamque sententiam propendet ORSI *hist. Eccles. lib.* 2. n. 33. Plerique aliter sentiunt, atque in his Dominicanus, qui Romae an. 1749. *dissertationes* edidit *de septem diaconis, deque epistolis ad* Corinthios *&* *Martyrio* S. CLEMENTIS P. M. antea *sect.* I. a me indicatos. Ceterae, quae CLEMENTIS nomine hactenus circumlatae sunt epistolae, ut epistola ad JACOBUM *Fratrem Domini* sublestae fidei sunt. Nuperrime tamen gravis inter eruditos viros exorta disceptatio est de duabus epistolis, quas e *Syriaco* exemplo primus ann. 1752. protulit T. II. Novi Testamenti Graeci WETSTEINIUS. Nam *Anglus* LARDNER, & *Germanus* VENEMA multis argumentis eas in νοθείας suspicionem vocare conati sunt; contra WETSTEINIUS illas vindicavit. Lege *Acta Eruditorum* Lipsiensia 12. Januar. an. 1756. cumprimis vero *Hollandos* Auctores diarii inscripti *Bibliotheque raisonnée* T. I. p. I. art. 10. & p. II. art. 8. qui LARDNERI argumenti satisfacere studuerunt, itemque aliud diarium praenotatum *Bibliotheque des sciences, & des beaux arts* p. I. artic. IV. pag. 51. seqq. & p. II. artic. 3. pag. 310. seqq. Confer praeter ea ad duas hasce epistolas adnotationem criticam Cl. MANSII, qui illas in nuperam a se *Venetiis* curatam Conciliorum editionem primus intulit.

SE-

SECTIO III.

Disquisitiones de Occidentalis Patriarchatus Ecclesiis.

I. Quæ supra de S. BARNABÆ *Mediolanensi* Apostolatu, de S. MARCO *Aquilejensis* Ecclesiæ conditore, de *Africana Melita* a S. PAULLO sacris nostris instituta, de S. JACOBI Majoris in *Hispaniam* profectione, ac de primis Evangelii apud *Illyricum* præconibus indicavimus, transferri huc possunt.

II. Ad hæc quæri potest, quid de Ecclesiis in *Hetruria, in Neapolitano* Regno & in *Sicilia* a S. PETRO ut ferunt, conditis, atque Episcopis ab eo constitutis credibile sit? Atque ad *Hetruriam* quidem quod spectat, præter ea quæ FLORENTINIUS in Hetruscæ *pietatis originibus*, disputavit, consulendæ sunt dissertationes, quæ de S. ROMULO S. PETRI discipulo, ac FÆSULARUM primo Episcopo paucis abhinc annis prodierunt: item quæ P. *Antonius Felix* MATTHEIUS disserit *T.* 1. *histor. Eccles. Pisan. p.* 2. *seqq. de S.* PETRI *Pisas* adventu.

III. Urbi vero *Neapolitanæ* Apostolicam S. PETRI prædicationem adversus GIANNONIUM vindicant P. BIANCHI T. III. pag. 273. seqq. & SELVAGGIUS *in Antiquit. Christian. Institut. l.* 1. *c. 6. p.* 113. *seq.*

IV. Ad *Siculos* tandem quod adtinet, PAPEBROCHIUS, & *Dominicus* di LEO *discorso Istorico-critico intorno l' introduzion della Fede* in SICILIA negant primos *Siculorum* Apostolos fuisse Sanctos MARCIANUM, & PANCRATIUM illuc missos a S. PETRO; sed id multis post *Octavium* CAJETANUM confirmant *Joannes* de JOANNE in diss. 1. *Codici diplomatico* SICILIÆ præmissa & Comes *Cæsar* GAETANI e GAETANI in

in dissertatione historico-Apologetico-critica *intorno all'origine, e fondazione della Chiesa* SIRACUSANA *dal Principe degli Apostoli S.* PIETRO, Romæ 1748. 4.

V. Superest GALLIA. Atque ipsos inter *Gallos* non satis convenit de Christianæ Ecclesiæ apud eos originibus. Alii enim eas referunt ad ætatem Apostolorum, alii ad sæculum a nato Servatore secundum, aut tertium, quo spectant sequentia scripta.

Petri de MARCA *epistola ad* Henricum VALESIUM, Parisiis 1658. 8. qua de tempore Christianæ doctrinæ primum in *Galliis* traditæ, agit ac statuit, illud esse sæculum I. atque Apostolorum ætatem.

Joan. LAUNOII *dispunctio epistolæ de tempore, quo primum in Galliis suscepta est Christi fides*, Parisiis 1659. 8. qua disputat contra *Petri* de MARCA paullo ante adductam *epistolam*, atque adfirmat, e cœtu Apostolorum nullum venisse in *Galliam* adnuntiandi Evangelii causa. Idem argumentum persequutus est in *dissertationibus tribus, quarum una* GREGORII Turonensis *de septem Episcoporum adventu in* Galliam: *alteri* SULPICII SEVERI *de primis Galliæ Martyribus locus defenditur, & in utraque diversarum Galliæ Ecclesiarum origines tractantur: tertia, quid de primi Cenomanorum Antistitis epocha sentiendum sit, explicatur*, Parisiis 1651. & 1670. 8. quæ secunda editio auctior est. Auctoritate GREGORII *Turonensis* fretus, statuit LAUNOIUS, primos Evangelii doctores in *Gallias* venisse sæculo tertio sub *Decii* & *Grati* Consulatu, idest, anno Christiano 250. septem nimirum Episcopos, hosque in variis provinciis hominibus viam salutis, per CHRISTUM consequendæ, monstrasse, GRATIANUM *Turonensibus*, TROPHIMUM *Arelatensibus*, PAULLUM *Narbonensibus* MARTIALEM *Lemovicensibus*, DIONYSIUM Parisiensibus, SATURNINUM Tolosanis, STREMONIUM *Arvernensibus*.

Impu-

Impugnavit in dissertationibus his Joan. BONDONNETUM in *vitis Episcoporum* Cenomanensium, Gallice editis; BONDONNETUS autem refutationem LAUNOJO opposuit.

Joannis de Fraisse origine des Eglises de France prouvée par la succession de ses eveques, avec la vie de Saint AUSTREMOINE, *premiere Apostre & Primat des* Aquitaines, Parisiis 1688. 6. cujus libri auctor, GREGORII *Turonensis* auctoritate adductus, pro sententia pugnat, septem viros, antea memoratos, fundamenta Religionis Christianæ tempore *Decii in Gallia* posuisse, atque opponit se libro, cujus titulus est: l' *Apostolat de Saint* MARTIAL. Habuit tamen adversarium eumque *Bernardum* de LABENAZIE, qui edidit: *Defense de l'antiquitè des Eglises de France contre le livre intitulè*: l' origine des Eglises de France, *& contre les principes de* LAUNOY, Aginn. 1696. 12.

Bernardi LABENAZIE *dissertatio de tempore, quo primo Evangelium prædicatum in* Galliis, Tolosæ 1691. 12.

Nouvelle dissertation touchant le temps, auquel la Religion Chretiénne a etè etablie dans les Gaules, Tolosæ 1703. 12. ubi adfirmatur, Religionem Christianam secundo sæculo in *Gallia* stabilitam; media autem parte sæculi tertii instauratam fuisse, postquam illa obscurari cœperit. Vide *Trivultianos* ad annum 1713. mense Februario artic. 21. p. 239. 258.

Joannis LIRON *dissertation sur l' etablissement chrétienne dans les* Gaules. Exstat T. IV. operis LIRONIANI inscripti *singularites historiques*, & litteraires Paris. 1711. LUCAM autem & CRESCENTEM *Galliis* Evangelium nunciasse auctor contendit.

VI. Hæc a *Gallis* veluti generatim de Religionis apud suam gentem primordiis disputata sunt. Sunt alia quoque singularia hujus rei capita, de quibus acriter decertarunt. Ac primo quidem *de*

DIO-

DIONYSII *adventu in* Gallias, quem alii DIONYSIUM *Areopagitam* dictum, eumdemque cum DIONYSIO *Parisiensi* Episcopo, esse opinantur: In horum numero sunt *Franciscus* GERSON *epistola ad* SIRMONDUM, Gallice edita *Parisiis* 1641. 8. & in *Apologia pro* DIONYSIO, LAZARO, TROPHIMO, *&* *aliis* Galliæ *Apostolis*, 1642. 8. *Joan.* SAMBLANCATUS *in* Galliæ *Palladio, sive* DIONYSIO *Areopagita*, Tolosæ 1641. 8. *Germanus* MILLET *in vindicata Ecclesia* Gallicanæ *gloria de suo Areopagita* DIONYSIO, Parisiis 1638. 8. contra SIRMONDUM, & in *responsione ad Joan.* LAUNOII *dissertationem*, Parisiis 1642. 8. *Hugo* MENARDUS in *unico* DIONYSIO, contra LAUNOJII *discussionem*, Parisiis 1643. 8. *Jacobus* DOUBLET *in historia chronologica de veritate sancti* DIONYSII Gallice Parisiis 1646. 4. Auctor *Diatriba de unico Sancto* DIONYSIO, Areopagita Atheniensi & Parisiensi *Episcopo adversus* LAUNOJUM Parisiis 1643. 8. *Leo* de Sancto JOANNE in scripto, cujus titulus: *la France* convertie, Parisiis 1661. 8. *Petrus Franciscus* CHIFLETIUS opusculo de DIONYSII *ætate, totaque chronologia*. *Bernardus* LABENAZIE *in defensione antiquitatis Ecclesiarum* Galliæ, Agenni 1696. 12. *Laurentius* COZZA *vindiciis Areopagiticis*, Romæ 1702. 4. Contra alii sententiam hanc de uno DIONYSIO oppugnarunt, statueruntque duos esse DIONYSIOS, alterum ATHENIENSEM, alterum PARISIENSEM, imprimis *Jacobus* SIRMONDUS *dissertatione, in qua* DIONYSII Parisiensis *&* DIONYSII Areopagitæ *discrimen ostenditur*, Parisiis 1641. *Joan.* LAUNOJUS, qui multa hac de re scripsit, multosque expertus est adversarios. Prodierunt illius in lucem: *judicium de Areopagiticis* HILDUINI, Parisiis 1641. 8. DIONYSII Parisiensis *Apostoli miracula*, Parisiis 1641. *animadversiones in Palladium* Galliæ, *seu* DIONYSIUM *Areopagitam* SAMBLANCATI Parisiis 1641. 8. *discussio responsio*

pon-

penfionis de duobus DIONYSIIS, cum utriusque vita. Parifiis 1642. 8. contra *Germanum* MILLET: Liber *de duobus* DIONYSIIS Parifiis 1660. 8. judicium *fuper* Petri Franc. CHIFLETII *differtatione*. Varia hæc LAUNOJI opufcula auctiora edita funt *Parifiis* 1669. Præter hos, eamdem fententiam de duobus DIONYSIIS, data occafione tuentur MORINUS, DUBOIS, TILLEMONTIUS atque alii.

VII. Alia fuborta quæftio eft *de* MARIÆ MAGDALENÆ, LAZARI, MAXIMINI, *&* MARTHÆ *in Provinciam adpulfu*, Parifiis 1641. 8. in certamen contra eum venerunt, ac pro dicto adpulfu propulfarunt, *Joan. Scholafticus* PITTON " in „ differtation hiftorique pour la Sainte Eglife d' „ Aix, que Saint MAXIMIN, difciple de notre „ Seigneur *Jefus Chrift* & Sainte MARIE MAG- „ DALENE, fœur de LAZARE font venus en „ Provence & ont finis les jours a Aix." Lugduni 1668. 4. *Joan. Baptifta* GUESNAY *in* MAGDALENA *Mafilienfi advena*, Lugduni 1643. 4. „ in auctario hiftorico & difquifitione difquifitio- „ nis cum fcholiis„ 1644. 4. & ad calcem *Annalium Provinciæ Maffilienfis*, Lugduni 1657. fol. adverfus quem LAUNOJUS cauffam fuam agit in *fentimens fur le* auctarium *du Pere* GUESNAY, Parifiis 1646. 8. ac *Denis de la* SANTE BEAUME; five potius GUESNÆUS ipfe defenfionem fufcepit *in triumpho reliquiarum fanctæ* MAGDALENÆ, Gallice 1647. 8. Poftquam & *Honoratus* BOUCHE ad LAUNOJI adverfarios fe adjunxerat atque in lucem emiferat: *vindicias fidei & pietatis*, Aquis Sextiis 1644. 8., & Gallice 1663. 4. refpondit ille in *difpunctione libri* Buchejani, *differtationis*, *& difquifitionis confirmatione quadruplici*, Parifiis 1660. Nec eos folum, quos nunc recenfui; fed alios quoque hoftes habuit LAUNOJUS, atque inter hos *Michaelem* JORDANUM, cujus exftat *ratio vindicatrix calumniæ*, 1644. 8. ac *Hono-*

noratum LEOTHARDUM; five *Theophilum* RAYNAUDUM, qui edidit *Herculem Commodianum*, ideſt LAUNOJUM *repulſum* 1643. 8. Addi poſſunt, itidem defenſoribus adventus MAGDALENÆ ac LAZARI in Gallias, *Vincentius* REBOUL in vita Sanctæ MAGDALENÆ, Gallice, Maſſiliæ 1661. 12. *Joannes* de CHANTELOUP, cujus lucem adſpexit: *l'Apotre de Provence, ou la vie du glorieux Saint* LAZARE, *premiere Eveque de* Marſeille, Maſſiliæ 1607. 8. Scriptis autem LAUNOJI, quæ enumeravi, adde *diſquiſitionem diſquiſitionis, de* MAGDALENA *Maſſilienſi advena, cum monumentis* MAGDALENÆ Vezeliacenſis, Pariſiis 1643. 8.

VIII. Nec minor controverſia eſt de MARTIALI *Lemovicenſi Aquitaniæ* Apoſtolo, quem alii legatorum Chriſti diſcipulis adnumerant; alii autem, dum GREGORIUM Turonenſem ſequuntur, longe juniorem eſſe tradunt. Ad ætatem ejus Apoſtolicam probandam ſpectant: *Bonaventura* de SAINT AIMABLE *vie de ſaint* MARTIAL, *ou defenſe de l'Apoſtolat de ſaint* MARTIAL *& autres, contre les critiques de ce tems*. Lemovici 1676. 1683. 1688. fol. tribus voluminibus. *Bernardi* de LABENAZIE *defenſe de l'antiquité des Egliſes de* France, Agenni 1696. 12. cujus ſcripti antea mentionem feci. Repugnat his cum *Joan.* CORBEUS five CORDESIUS, qui *diſſertatione de tempore, quo Sanctus* MARTIALIS in Aquitaniam *miſſus eſt*, Gallice ſcripta, ac latine reddita, oſtendit, MARTIALEM non fuiſſe in numero ſeptuaginta CHRISTI Diſcipulorum; tum Joan. de FRAISSE in Libro antea indicato *origine des Egliſes de* France.

IX. Similis argumenti ſunt, atque itidem ad hiſtoriam de origine Religionis Chriſtianæ in *Gallia* pertinent: *Hugonis* MATHOUII *diſſertatio de vera Senonum origine Chriſtiana*, contra LAUNOJUM, Pariſiis 1687. 4.

» Renè

„ René OVARD defenſe de l' ancienne tradi-
„ tion des Egliſes de *France* en la miſſion des
„ premiers predicateurs dans les *Gaules*, du tems
„ des Apotres, ou de leurs Diſciples immediats,
„ *Pariſiis* 1678. 12. *Joannis* LIRONI Apologie pour
„ les *Armoricains*, & pour les Egliſes des *Gaules*
„ & particulierement de la Province de *Tours*, ou
„ l'on fait voir, que les Egliſes de *Bretagne* ſont
„ plus anciennes, que la deſcente des *Bretons* dans
„ *l' Armorique* & que cette Province a reçu la foi
„ chrétienne dans le quatrieme ſiecle de l' Egliſe,
Pariſiis 1708. 8. *Guido* LOBINEAU *contre l' apologie des* ARMORICAINS, Pariſiis 1712. 8.

SECTIO IV.

Quæſtiones ad politiam Orientalium *Patriarchatuum ſpectantes*.

I. Quæſtio I. ad S. PETRI *Antiochenum* Epiſcopatum pertinet. Non ſolum *Nicolaus* VEDELIUS *in commentario de tempore utriuſque Epiſcopatus Sancti Apoſtoli* PETRI, *ſeu hiſtoria Epiſcopatus* ANTIOCHENI *&* ROMANI *refutata* lib. 11., Genevæ 1624. 8. & Franeckeræ 1940. 8., ſed etiam Anonymus Gallus, de quo *ſect.* 2. §. 1. *num.* 1. auſus eſt ex *Antiochena* Cathedra S. PETRUM deturbare. Sed vide quid hanc in rem diſſeruerint *Petrus* BOSCHIUS *Bollandianus* in Tract. hiſtorico-chronologico de *Patriarchis Antiochenis* num. 1. 17. ubi etiam plura de annis ſeptem hujus Epiſcopatus, & SANDINIUS diſp. 3. *de Cathedra Antiochena*.

II. Quæſtio II. eſt de proximo S. PETRI ſucceſſore, EVODIUS ne fuerit, an S. IGNATIUS? De hac conſule *Natalis* ALEXANDRI diſſertationem, & laudatum BOSCHIUM n. 18. ſeqq.

III. Quæſtio III. ad ALEXANDRINAM ſpectat Eccleſiam. *Joan. Bapt.* SOLLERIUS ad ſeriem Chrono-

nologicam Patriarcharum ALEXANDRINORUM *dissertationem fundamentalem* statuit, *de Sancti* MARCI *Apostolatu* (Ægyptio) *& obitu*. Idem num. 41. seqq. *Parergon* addidit *de antiquo ritu electionis, & ordinationis Patriarcharum* ALEXANDRINORUM, in eoque *Eutychii* commenta a SELDENO obtrusa convellit *de ordinatis* a S. MARCO XII. *Presbyteris successive ordinantibus Patriarcham usque ad* ALEXANDRUM, seu sæculi IV. initia. Idem commentum confutat P. BIANCHI T. III. alias citato *dell' esterior polizia della Chiesa* lib. 1. cap. 2. §. 18. & 19. ubi & illud quærit, an Presbyteri illi ALEXANDRINI Episcopi fuerint, an saltem Chorepiscopi?

IV. Quæstio IV. in Martyrium S. JACOBI primi *Hierosolymitani* Episcopi inquirit (controversiam enim de ejus inter duodecim Apostolatu antea occupavimus.) Ejus Martyrium describunt JOSEPHUS, HEGESIPPUS, & CLEMENS ALEXANDRINUS apud EUSEBIUM *lib.* II. *cap.* 1. *&* 23. Nonnullas SCALIGERI cavillationes in HEGESIPPI historiam solide refellunt HALLOIXIUS, PETAVIUS, & HENSCHENIUS *T.* 1. *Maji p.* 23. *n.* 17. Vide etiam TILLEMONTII adnotationes in epistolam satis prolixam, qua ARNALDUS eamdem historiam exagitavit.

ARTICULUS V.

Quænam circa doctrinam & disciplinam hujus sæculi quæstioni obnoxia sint?

SECTIO I.

De Conciliis.

I. Quæritur 1. de Concilio HIEROSOLYMITANO, an generale fuerit & num in eo gesta Primatui S. PETRI obsint? Ita quidem sensit FE-

BRO-

BRONIUS ; sed vide quæ in illum disputavit *Franc. Antonius* ZACCARIA *Antifebron. edit. Cæsen. T.* I. *diss.* I. *c.* 6. *n.* II. *p.* 456. *seqq.* & *T.* II. *diss.* II. *cap.* II. *n.* 6. *p.* 300. *seqq.* Exstant de hoc Concilio aliquæ Protestantium dissertationes , quas cui licuerit vidisse, non erit inutile , licet erroribus scateant, nempe.

Joan. Conradi DANNHAVERI *diatyposis Concilii* HIEROSOLYMITANI, Argentorati 1648.

Jo. Henrici HEIDGGERI commentarius *de Concilio* HIEROSOLYMITANO.

Laurentii Matthiæ STIGZELII dissertatio *de Concilio Apostolico*, Upsaliæ 1666.

Samuelis SCHELVIGII *exercitatio de Concilio* HIEROSOLYMITANO. Lipsiæ 1678. 4. qua non solum singula Scripturæ verba de isto explicantur , verum etiam multa adferuntur , ad historiam ejus spectantia , simulque de sanguine cibario exponitur.

Valentini VELTHEMII *historia Concilii* HIEROSOLIMITANI, Jenæ 1693. 4.

Joan. Davidis LEONHARDI *diatribe de decreto Concilii* HIEROSOLYMITANI, Jenæ 1725.

Vide etiam ANNATUM *appar. ad Theol. Posit. T.* II. *lib.* I. *sect.* II. *art.* 5.

II. Quæritur 2. decretum abstinendi a sanguine, & suffocato , ab Apostolis editum , fuitne diu ab Ecclesia observatum ? In quonam consistebat ejus obligatio? Vide CURCELLÆUM Diatriba de *Sanguinis* usu, & *Joannis* SPENCERI dissertat. in Act. xv. 20., quibus adde citatam SCHELVIGII exercitationem. Huc etiam spectat *Joan. Jacobi* RUBINI dissertatio *sopra l' osservanze legali al tempo degli Apostoli*, quæ exstat T. II. novæ Sylloges opusculor. Caloger. pag. 409.

III. Quæritur 3. an aliud Apostoli præter *Hierosolymitanum* Concilium celebrarint? Plura sunt qui enumerent , ut ANNATUS *l. c.* atque in his *Antiochenum*, cujus Canones IX. adferuntur ; sed omnino supposititii , ut ostendunt *Natalis* ALE-

 XAN-

XANDER *in sec.* 1. *diss.* 20. & SANDINIUS *in histor. Apostolic. quæst.* 33.

IV. Quid ergo dicendum de Canonibus Apostolorum, ac de Constitutionibus Apostolicis? Suntne saltem CLEMENTIS I. opus? De utrisque præter *Natalem* ALEXANDRUM, & MANSIUM tum in notis ad hunc, tum in monito ad Apostolicas Constitutiones in *Veneta* Conciliorum editione consules ANNATUM l. *c. lib.* 2. *artic.* VI. *&* VII. P. BINER *Appar. ad Jurispr. Eccles. P.* II. *cap.* 4. *quæst.* 1. *&* 2. ac P. DAUDE *Reflex.* VIII. *ad lib.* 1. *hist. Eccles. cap.* 2. Præterea de *Canonibus* consule BEVEREGIUM, & de *Constitutionibus* COTELERIUM. Exstat etiam de Canonibus Apostolorum, dissertatio auctore P. *Antonio Constantino* a CASTROVILLARE Ord. *Minimorum Romæ* 1697. 4. & *de Constitutionibus Apostolicis* Joan. *Frider.* COTTÆ diss. Tubingæ 1746.

SECTIO II.

De scriptis Patrum.

I. Duo potissimum in quæstionem vocari possunt, *Pastor* HERMÆ, & DIONYSII AREOPAGITÆ scripta. Ad primum quod adtinet duo item quæruntur. 1. quisnam HERMAS fuerit, & qua vixerit ætate. 2. quodnam de ejus opere judicium ferendum sit. De utraque quæstione consuli possunt COTELERIUS T. 1. *Patrum Apostolicorum*, & *Joan. Albertus* FABRICIUS tum in *Bibliotheca Ecclesiastica* ad cap. VIII. *Hieron. de vir. Illustr.* tum in *Codice Apocr. N. T.* præsertim vero DU GUETUS *Conferent. Eccles. T.* 1. *diss.* 1. ubi HERMAM alium fuisse ab HERMETE PAULLI, & secundo Ecclesiæ sæculo scripsisse contendit; cui sententiæ gravissimum pondus addit, quod nuper cu. LXX. virali *Danielis* Interpretatione *Romæ* 1772. restitutum fuit PAPIÆ *Hieropolita-*

litano fragmentum de Canone scripturarum p. 469.

II. De DIONYSII *Areopagitæ* scriptis gravior est controversia. AREOPAGITÆ illa magno studio cum BARONIO, & BELLARMINO adserunt DELRIO *in vindic. Areopagitic.* HALLOIX, LANSELLIUS, CORDERIUS, ad cujus editionem operum *Areopagiticorum Parisinam* 1644. exacta est *Veneta* ann. 1755. SCHELESTRATIUS *Antiq. illustr. p.* II. *cap.* 3. *artic.* 1. *&* 2., & Anonymus, cujus Gallica dissertatio *sur St.* DENIS *l' Areopagite, ou l' on fait voir, que ce Saint est l' auteur des ouvrages qui portent son nom*, Parisiis prodiit 1702. 8. ANNATUS *Appar. ad Theol. Posit. T.* 1. *lib.* IV. *artic.* 8. Contra sentiunt non solum Protestantes fere omnes, ut DALLÆUS, & USSERIUS, sed etiam ex nostris Joannes MORINUS, & LAUNOJUS; immo P. le QUIEN diss. 11. *Damascen. de her. Monophysitarum Areopagitica* opera Scriptori *Monophysitæ* tribuenda esse contendit; quod tamen commentum strenue refellit P. de RUBEIS in dissertatione inter xxx. dissertationes *de gestis & scriptis, & doctrina* S. THOMÆ deinde recusa in *Veneta*, quam nuper memoravi, DIONYSIANORUM operum editione. Huc spectat opusculum P. *Honorati* a S. MARIA: „ Probleme proposé aux savans, touchant les livres „ attribuez a St. DENIS l' AREOPAGITE; ou „ l' on demande, s' il faut dire, que cet auteur „ a tiré ses principes, une partie de sa doctrine, „ & le Traité de la Theologie Mistique de St. „ CLEMENT d' ALEXANDRIE, & de St. „ GREGOIRE de NYSSE, ou si ces deux Peres „ ont pris de lui?" Paris. 1708. Latine redditum hocce Problema de quo *Trivultiani* a. 1709. Maji artic. 57. eidem *Veneta* editioni adcessit.

SECTIO III.

De Hæreticis primi sæculi.

I. Præter TRAVASAM, & ITTIGIUM, quos ſupra ſuo loco indicavimus, P. MASSUETUS eruditam in S.IRENÆI operibus diſſertationem habet omnino conſulendam de hæreticis ab eodem S. IRENÆO confutatis. Hoc generatim præmiſſum volo.

II. Nunc de SIMONE Mago quæ potiſſimum diſputationi obnoxia ſunt, paucis ediſſero. Primum illud, unus ne SIMON, an duo fuerint, alter *Gnoſticorum* parens, alter, de quo Acta Apoſtolorum? Hanc diſtinctionem *Campegius* VITRINGA, *Chriſt. Aug.* HEUMANNUS, & *Iſaacus de* BEAUSOBRE invexerunt. Sed pro uno SIMONE diſſertationem edidit MOSHEMIUS, qui etiam conſulendus in comment. *de rebus Chriſtian. ante Conſtantin. p.* 189. Alterum eſt, num SIMONI inter hæreticos locus eſſe debeat, an inter Ethnicos Chriſtianæ fidei hoſtes. Vide *hiſtor. litter. Ital. T.* VI. *p.* 610. Tertium eſt, quid de ſtatua ſentiendum ſit, quam *Juſtinus* SIMONI erectam ſe vidiſſe *Romæ* teſtatur. Plerique Proteſtantium, aliique, qui tum ſe ſe paullo doctiores habent, ſi Eccleſiæ Patribus aliquam erroris aut ignorantiæ notam adfingant, JUSTINO omnem fidem adimunt, ut *Antonius* van DALE diſs. *de ſtatua* SIMONIS *libro de oraculis* ſubjuncta p. 579. *Salomon* DEYLINGIUS *obſervat. ſacrar. lib.* I. *obſerv.* 36. BEAUSOBRE *hiſt. de* MANICH. *T.* I. *p.* 203. *ſeqq.* LONGUERUE in *Sylloge Anecdotorum*, MOSHEMIUS *l. c. p.* 191. Sed ſua ſtet JUSTINO auctoritas, quam comprobant præter TILLEMONTIUM, & TRAVASAM CALMETUS in diſs. *de* SIMONE *Mago*, D. *Prudentius* MARAN Præf. in JUSTINI p. III. cap. 9. FOGGINIUS de *Rom. D.* PETRI *itinere*

exer-

Exercit. XII., & ex Protestantibus ipsis unus in *Museo Helvetico* T. II. p. 617. Confer *histor. litter. Ital. T.* VI. *p.* 611. Quartum denique est dei SIMONIS volatu, & cum Sanctis Apostolis PETRO, & PAULLO conflictu, quem fabulis Protestantes adnumerant. Vide FOGGINIUM, & *Philippum Laurentium* DIONISI *sacrar. Vatic. Basilicæ Monumentis* p. 198. *seqq.*

II. CERINTHUS alter primi sæculi hæresiarcha est, cujus tamen ætatem ad *Hadriani*, aut *Antonini Pii* tempora detrudere conati sunt *Sam.* BASNAGE *Annal. T.* II. *p.* 6. *seq. Petrus* FAYDIT *Eclairciſſem. sur l'hist. Eccles. de deux prémiers siecles cap.* V. *Fridericus Adolphus* LAMPE *Comm. in Evang. Joan. Prolegom. lib.* II. *cap.* 3. §. 17.; sed confutati fuerunt, ut TRAVASAM omittam, a *Joan. Francisco* BUDDEO in Libello *de Eccles. Apostol. cap.* V. & a *Georgio Ludovico* OEDERO in Libello *de scopo Evangelii* JOANNIS, Lipsiæ 1732. 8. S. JOANNEM e balneo, ubi erat CERINTHUS, fuga se se proripuisse, quod scribit *Irenæus*, negant non pauci Protestantium: qua de re edita est *Vitembergæ* 1723. *Esdræ Henrici* EDZARDI disputatio *de* JOANNE CERINTHI *præsentiam fugiente.* Consule TRAVASAM T. I. ubi de CERINTHO *c.* 7.

III. NICOLAITÆ ab ipso JOANNE memorati nunc prodeant. Sunt qui ullam NICOLAITARUM fuisse sectam pernegent, ut *Joan. Guil.* JANUS commentatione de NICOLAITIS, *ex hæreticorum catalogo expungendis*, Vitembergæ 1723. Eos refellit *Joan. Laur.* MOSHEMIUS *in demonstratione sectæ* NICOLAITARUM *dissertat. ad histor. Ecclesiast. pertinentium volum.* I. *p.* 389. Vulgatior quæstio est de hujus sectæ auctore, quem aliqui NICOLAUM ex septem diaconis unum fuisse contendunt, ut P. BINER *Appar. ad Jurisprud. Eccles. P.* IV. *cap.* I. *n.* 3. *seqq.*, alii inficiantur. Vide præter *Natalem* ALEXANDRUM, & MOSHEMIUM

in

in cit. dissert. *de* NICOLAITIS *Christ. Frider.* REDER dissertationem *de* NICOLAO *diacono hæreseos* NICOLAITARUM *non auctore*, Lipf. 1736. Conferri etiam potest *Joan. Georgius* WALCHIUS *in histor. Eccles.* N. T. *p.* 491. *seqq.*

IV. Quem nuper appellavi, MOSHEMIUS in cit. vol. 1. *dissertat. ad histor. Eccles. pertinentium* *p.* 547. dissertationem edidit, *qua ostenditur, certo hodie & explorate constitui non posse, utrum* EBION *quidam novæ secta auctor exstiterit olim inter Christianos, nec ne?* Id ipsum contendit *Jacobus* RHENFERDIUS in diss. *de fictis* Judæorum, & Judaizantium *heresibus*. Idem MOSHEMIUS EBIONÆOS ad secundum Ecclesiæ sæculum, non ad primum pertinuisse contendit. Hos omnes scite refellit TRAVASA T. 1. legenda quoque *Michaelis* Le QUIEN dissertatio inter *Damascenicas* VII. *de Christianis* NAZARÆIS, *& eorum fide*, nec non de EBIONITIS.

ARTICULUS VI.

Quæstiones in facta, & eventa Ecclesiæ sæc. I.

I. Ad propagationem fidei spectat *Campegii* VITRINGÆ paucitatem Christianorum a NERONIS Imperio ad TRAJANUM adserentis confutatio, quam susceperunt MAMACHIUS *T.* 1. *orig. & antiq. Christian.* & *Barthelom.* PEVERELLI in historia Persequutionum. Neque ab hoc loco removenda quæstio est de THERAPEUTIS PHILONIS, fuerintne Christiani, necne? *Ioan. Joachimus* LANGE de *Therapeutis* in *Ægypto* & *Essais* duas vulgavit dissertationes, *Hala* sax. 1621. 4. in quibus contendit, nec *Judæos* fuisse PHILONIS THERAPEUTAS, nec Christianos, sed Philosophos Ethnicos Judaizantes. Sed hujus Protestantis somnia dimittamus a FABRICIO *in salutari luce Evangelii* p. 54. paucis discussa, & copiosius a

Fri-

Friderico Carolo ZINCHIO in diſ. *de Therapeutis* Lipſ. 1724. 4. Non ſolum magno numero Proteſtantes, ut SCALIGER, SALMASIUS, CAVEUS, le MOYNE, PRIDEAUX, ſed etiam ex Catholicis du PINIUS T. VII. *hiſtor. Judaeor. Baſnagianae* Gallice, *Pariſiis*, editae, VALESIUS ad EUSEB., COTELERIUS *T.* I. *monum. Eccleſ. Graecae p.* 789. PAGIUS *ad ann.* 62. *n.* 3. MAMACHIUS *T.* I. *orig. & antiq. Chriſtianar.* ſub hoc nomine genus Monachorum *Judaeorum* latere contendunt; cumprimis vero id ſibi oſtendendum ſumpſit *Joan.* BOUHIER Senatus *Divionenſis* praeſes in epiſtolis, quae *Pariſiis* 1712. prodierunt inſcriptae: *lettres pour, & contre ſur la fameuſe queſtion, ſi les ſolitaires appellés* THERAPEUTES, *dont on a parlé* PHILON, *étojent Chrètiens*: Chriſtianos contra illos fuiſſe poſt BARONIUM, & BELLARMINUM contendunt *Nicolaus* SERARIUS lib. III. *Tribaereſi* c. 17. PETAVIUS ad *Epiphan. p.* 54. BACCHINIUS *de orig. Hierarch. Eccleſ. p.* 246. *ſeq.* TILLEMONTIUS *T.* II. *monum. Eccleſ. Bernardus* de MONTFAUCON in notis ad librum PHILONIS *Gallice* a ſe redditum Pariſ. 1709. & in epiſtola ad *Joan.* BOUHIERIUM, & P. *Joannes* HAIDEN in diſſert. *de* THERAPEUTIS PHILONIS, quam in *Germania* editam *Franc. Ant.* ZACCARIA adjecit *Diſciplinae Populi Dei* a *Claudio* FLEURY *Gallice* ſcriptae *T.* I. *p.* 7. *ſeqq. Venetiis* 1761. Vide etiam *hiſtor. litterar. Ital. T.* IV. *p.* 78. Quaeri etiam poteſt, veraneſit hiſtoria illius adoleſcentis a S. JOANNE ad fidem converſi relata in exiguo Tractatu CLEMENTIS ALEXANDRINI *de divite ſalvato?* Vide EUSEBIUM, & ad eum VALESII notas.

II. Ad perſequutiones referuntur tum calumniae Ethnicorum in Chriſtianos, tum in cauſſas, cur illi his calumniarentur, inquiſitio. Ac de illis quidem uberrime egit *Chriſtianus* KORTHOLTUS libris tribus *Kilonii* 1698. 4. vulgatis hoc titulo;

paga-

paganus obtrectator, sive de calumniis Gentilium in veteres Christianos. Praeterea de quibusdam harum calumniarum singulares dissertationes, ut *Adami* RECHENBERGII „ de Atheismo Christianis o-„ lim a Gentilibus objecto, Lipsiae 1681. Christian. „ KORTHOLTI De Atheismo veteribus christianis „ ob templorum aversationem a gentilibus obje-„ cto, *Kilonii 1689. ejusdem* de nominibus, quibus „ per ludibrium, & contemptum Christiani olim „ a profanis appellati, deque notis occultis, qui-„ bus iidem se insignivisse, crediti, *Kilonii* 1693. „ Joan. Andreae MUNICHII de nominibus qui-„ busdam contumeliosis, quae Christianis olim a „ Gentilibus imposita sunt, *Lipsiae* 1690. Christiani „ WORMII de veris caussis, cur delectatos hu-„ manis carnibus & promiscuo concubitu Christia-„ nos calumniati sint Ethnici. " Caussas porro, cur Ethnici tot calumnias in Christianos dissiparent, enarrant *Adamus* QUASIUS dissertatione *de caussis calumniarum, quas pagani in Christianos conjecerunt*; Vitembergae 1703. quarum maximam partem ad haereticos priscos refert, ac *Gottl. Fridericus* GUDIUS in commentatione de *caussis odii paganorum in Chrissianos, & decem persequutionum originibus*. De his tamen confer, quae auctor histor. *litter. Ital. T.* 11. *p.* 377. *seqq.* differit MAMACHIANUM *Orig. & Ant. Christian.* volumen. 1. expendens.

III. Ad easdem persequutiones quaestio pertinet de CHRESTI nomine. Quum enim SUETONIUS in *Claudio* cap. 25. *Judaos impulsore* CHRISTO *adsidue tumultuantes Roma* expulsos narret, quaeritur num CHRESTI nomine *Christum* designare historicus ille voluerit. *Paullus* HILSCHER in diss. *de* CHRESTO alium a *Christo* heic intelligi contendit; repugnat *Christoph. Augustus* HEUMANNUS *in diss.* de CHRESTO SUETONII. Vide citatam *historiam litterariam Italia T.* 11. *p.* 375. *seqq.* & historiam *criticam de la* Republ. des let-

tres

tres T. XIII. ubi p. 427. refertur *Michaelis* ROSSAL *observatio de* CHRISTO per errorem in CHRESTUM commutato.

IV. Aliud non occurrit heic adnotandum, nisi unum, quod ad Acta Sanctorum pertinet. Quum *Romæ* ann. 1725. detectus esset S. CLEMENTIS Consularis tumulus, P. *Eduardus* de VITRY ibid. edidit T. *Flavii* CLEMENTIS *Viri Consularis, & Martyris tumulum illustratum*; quæ doctissima dissertatio a P. D. CALOGERA illata deinde fuit in tomum XXXIII. suæ Sylloges Opusculorum *pag.* 251. *seqq.* cum *Francisci Antonii* ZACCARIA *Paralipomenis* pag. 343. seqq. *Petrus* POLLIDORUS *conjecturam in postremum versum* hujus *Epitaphii* T. XII. ejusdem Sylloges *p.* 439. vulgarat. Tomo igitur XXXIV. idem ZACCARIA *p.* 229. epistolam dedit de hac conjectura. Vide *Tomum* II. *histor. litter. Ital. p.* 233. *seqq.*

SÆCULUM II.

ARTICULUS I.

Quæstiones ad Ecclesiasticam politiam spectantes.

I. Quid de Titulis, quos S. EVARISTUS distribut? Confer Cl. *Nicolai* ANTONELLII dissertationem *de Titulis, quos* S. EVARISTUS *Romanis Presbyteris distribuit*, Romæ 1725. 8. Adde MABILLONIUM comment. in *Ordin. Rom.* & Fr. *Joan. Laur.* BERTI *Prose volgari*, Florentiæ 1549. diss. 4.

II. S. ALEXANDRI I. Papæ corpus ubinam requiescit? Vide NOVAES *elementi della Storia Pontificia* T. I. *p.* 35. & OLDOINUM in Ciaccon. T. I. *p.* 118.

III. Quid de S. PII I. Decretalibus statuendum, ge-

genuinæ ne ſunt ſaltem quæ JUSTO *Viennenſi* inſcribuntur? Vide FONTANINIUM in *hiſtor. litt. Aquilej.* & LIRUTUM de *Scriptorib. Forojulienſibus*.

Quodnam S. ANICETUM inter, & S. POLYCARPUM de Paſchate diſſidium fuit? Vide epiſtolam S. IRENÆI ad VICTOREM. Num cum S. ANICETO tunc concelebravit Romæ POLYCARPUS. Confer GEORGIUM in diſs. *de S. R. E. Hierarchia cap.* 1. §. 2.

IV. Numquid S. IRENÆUS Romam Martyrum Lugdunenſium legatus ad ELEUTHERIUM venit? Negat cum *Henrico* VALESIO in not. ad EUSEB. Auctor diſſertationis prænotatæ: „ nouvelle diſſertation touchant les tems, au quel la „ Religion Chrétienne a été etablie dans les *Gaules*, “ Toloſæ 1703. Sed adfirmat P. BIANCHI T. III. *dell' eſterior polizia della Chieſa lib.* I. *cap.* IV. §. 4. ubi etiam *n.* 9. *ſeqq.* de Legatione LUCII BRITANNORUM Regis ad eumdem ELEUTHERIUM agit fruſtra a BASNAGIO commentitiis narrationibus adſcripta; MASSUETUS diſſ. 2. in IRENÆUM; *Chriſtian. Nicolaus* COCCHIUS *de legationibus Eccleſiaſticis veterum Chriſtianorum*, Jenæ 1747. *cap.* 2. §. 4.

V. S. VICTOR ASIANOSNE ob Paſchæ celebrationem anathemate perculit? VICTOREM ultra minas non proceſſiſſe S. IRENÆO litteris motum ajunt VALESIUS in EUSEB. *lib.* V. *cap.* 24. *Natalis* ALEXANDER, du GUET *Conferenc. Eccleſ. T.* I. *diſſ.* 10., SANDINIUS, aliique plures. At ASIANOS revera a VICTORE communione privatos fuiſſe docent cum BARONIO PAGIUS *ad ann.* 198. SCHELESTRATIUS *Antiq. illuſtr. p.* II. *diſſ.* II. *cap.* 4. BOLLANDIANI *ad d.* 28. *Julii*, ubi de S. VICTORE, ac BINER *Appar. ad Juriſprud. Eccleſ. p.* IV. *cap.* 2. §. 2. Aliam iniit viam *Franciſcus Antonius* ZACCARIA

An-

Antifebr. p. 11. *lib.* 11. *cap.* 1., qui etiam legendus *Biblioth. Ritual. T.* 1. in dissertatione 1. *de Jure liturgico cap.* 4.

ARTICULUS II.

Disquisitiones de rebus ad doctrinam & disciplinam Saeculi II. *pertinentibus.*

1. Quænam in dissidio VICTORIS cum ASIANIS fuere celebrata Concilia? Vide BINER *Appar. ad Jurispr. Eccles. p.* IV. *cap.* 2. §. 1. Cujusnam auctoritate coacta sunt? Num VICTORIS? Ita sentiunt *Franciscus Antonius* de SIMEONIBUS *de Rom. Pont. Judiciar. potest. T.* 1. *cap.* 12. §. 1. & ZACCARIA *de Jure liturgico cap.* 4. Eratne illa fidei controversia, an disciplinæ? *Natalis* ALEXANDER docet eam ad unam disciplinam spectasse; BINER *l. c.* §. 3. illas primitus solius fuisse disciplinæ concedit, postea vero contendit etiam circa fidei dogma versatam esse; at ZACCARIA tum in *Antifebronio*, tum in cit. diss. de *Jure liturgico*, ab ASIANIS ut disciplinæ controversiam spectatam, a VICTORE tamen ut Fidei ipsi periculosam habitam fuisse contendit.

II. Multo pluribus disquisitionibus scripta hujus sæculi Ecclesiastica occasionem præbent. Ac primo occurrunt septem S. IGNATII M. epistolæ, non longiores illæ, quæ olim exstabant, sed breviores, quas ex *Mediceo* Codice *Isaacus* VOSSIUS vulgavit. Has quoque νοθείας arguunt SALMASIUS, *David* BLONDELLUS, *Edmundus* ALBERTINUS, atque hoc sæculo apostata *Casimirus* OUDINUS; sed audaces hosce hypercriticos refellerunt idem VOSSIUS, USSERIUS, *Thomas* SMITH, *Henricus* HAMMONDUS, *Joannes* PEARSON in *vindiciis Ignatianis*, GRABIUS not. *ad Spicileg. sæc.* 11. *T.* 1. *p.* 227. & ex Catholicis PETAVIUS, NOURRY *App. ad Biblioth. Max.* *PP.*

PP. lib. I. *diss.* 7. *p.* III. *cap.* 3. du GUET *Confer. Eccles. T.* I. *diss.* 2. & MAMACHIUS *Orig. & Ant. Christian. T.* IV. Vide etiam *historiam litterariam Italiæ T.* VI. *p.* 506. *seqq.* & IX. *p.* 358.

2. Non immunis a censura fuit POLYCARPI epistola ad *Philippenses*; eam saltem interpolatam vult TENTZELIUS *Exercit. select.* IV. *num.* 43. *seqq.*; sed pro ejus omnimoda auctoritate pugnant ITTIGIUS *in Append. ad dissert. de hæres. cap.* 10. COTELERIUS, CAVEUS in *hist. litter. ad ann.* 108.

3. Quæri & illud potest, quid de fragmento, quod MURATORIUS in Antiquitatibus medii ævi edidit, ad Canonem Scripturarum spectante sentiendum sit? Estne CAJI Presbyteri *Romani*, ut editor existimavit? an potius PAPIÆ *Hierapolytani*? Vide P. de MAGISTRIS in *Apologia* pro historia de LXX. Interpretum versione ad calcem DANIELIS secundum LXX., *Romæ* 1772. *p.* 467.

4. QUADRATUS, qui HADRIANO apologiam obtulit pro Christianis, estne alius a QUADRATO *Atheniensi* Episcopo? ut adfirmat VALESIUS. Confer CAVEI histor. litter. in QUADRATO.

5. De JUSTINO M. consule *Petri* HALLOIXII *acta & documenta* JUSTINI *Philosophi*, & M. Duaci 1622. 8. *Prudentium* MARANUM Præf. in opera ejusdem Martyris, MAZOCHIUM ad Kalendarium Neapolitan. Exstant binæ Protestantium dissertationes dignæ, quæ refellantur, altera *Joachimi Justi* RAU *de Philosophia* JUSTINI M., & ATHENAGORÆ. Jenæ 1733. 8., altera *Ernesti Emmanuel.* HAHNII *de Platonismo Theologia veterum Ecclesiæ doctorum*, nominatim JUSTINI M.& CLEMENTIS ALEX. *Vittemb.* 1753.

6. Addendus IRENÆUS, de quo exstant *Henrici* DODWELLI *dissertationes in* IRENÆUM, Oxonii 1689. 8. quibus de IRENÆI fide, vita ac

scri-

ſcriptis commentatus eſt. *Renati* MASSUETI *diſſertationes prævia in* IRENÆI *libros*, quarum ſecunda de IRENÆI vita, geſtis & ſcriptis, tertia autem de ejuſdem doctrina agitur: *la vie de Saint* IRENEE, Pariſiis 1723. 12. duobus voluminibus. Conferendæ cum his diſſertationes duæ apud *Trivultianos* in Ephemeridibus m. Sept. an. 1702. altera p. 194. S. IRENÆI, altera p. 203. de operibus ejuſdem Sancti Epiſcopi & M.

7. *Carolus Chriſt.* WOOG *de* MELITONE *Sardium in* Aſia *Epiſcopo* diſſertationem edidit, Lipſiæ 1744. Quid vero de Scripturarum Canone, quem MELITO exhibet? Vide TOURNEMINIUM in diſſert. de ſacrorum Bibliorum libris nos inter & Proteſtantes controverſis PRIDÆI *Angli* hiſtoriæ præmiſſa *Pariſiis*, & NICOLAI diſſert. & lection. in ſacr. Script. diſſ. 1. ſub finem. Adſictus eſt MELITONI liber *de tranſitu Virginis*? Confer *Natalem* ALEXANDRUM *in hiſt. ſæc.* II. *cap.* 4. *artic.* 3.

8. Præter citatum RAU, ATHENAGORÆ geſta, libros, doctrinam, MARANUS expendit Præfat. in JUSTINUM, ubi etiam quærit, num ille MONTANI erroribus adhæſerit? Exſtat quoque *Andr. Polycarpi* LEYSER de ATHENAGORA *Athenienſi Philoſopho* diſſertatio, Lipſiæ 1736. Vide inſuper TENTZELII *Exercitationes ſelectas*, Lipſiæ 1692. *Exercit.* 5.

9. PANTÆNUS Scholæ Catecheticæ ALEXANDRINÆ Præfectus (præterquam quod dubitatur 1. fueritne CLEMENTIS ALEXANDRINI diſcipulus, an potius illo ſenior. 2. num ſecta *Pythagoræus*, an *Stoicus*, qua de re DODWELLO non adſentitur CAVEUS), aliqua de ſchola illa ALEXANDRINA differendi occaſionem ſuppeditabit. De hac enimvero conſulendi *Dominicus* AULISIUS libro II. operis poſtumi de ſcholis ſacris veterum Hebræorum, & Chriſtianorum Italice ſcripti, *Neapoli* 1723. 4. *Joa. Andreas* SCHMI-

DIUS *de Schola* ALEXANDRINA *Catechetica* in dissert. *de institutione Catechetica* 1701. 4. & præf. ad *Andreæ* HYPERII libellum *de Catechesi*, Helmstadii 1704. 8. Joannes *Henricus* KRAUS diss. historica de *Catechetis primitivæ Ecclesiæ*, Lipsf. 1704. *Joannes Georgii* MICHAELIS liber de Scholæ ALEXANDRINÆ sic dictæ Catecheticæ prima origine, progressu, celebritate, ac præcipuis doctoribus, Halæ 1739. Conferendus quoque *Jacobus* GOAR ad *Eucholog. Eccles. Græca p.* 721.

10. Celeberrimus inter hujus ALEXANDRINÆ scholæ doctores fuit CLEMENS ALEXANDRINUS. Exstant Joannes TRIBBECHOVII *tres dissertationes de* CLEMENTE ALEXANDRINO, quarum prima illius „ Vitam & scripta, *secun-* „ *da* philosophiæ definitionem ac divisionem, *ac* „ *tertia* philosophiæ finem, media & usum ad du- „ ctum illius exhibet, " Halæ 1706. ac *Joannes Achatii Felicis* BIELKCII dissertatio de CLEMENTE ALEXANDRINO, *ejusque erroribus*, Jenæ 1737. quacum tamen conferenda sunt, quæ diss. VIII. in sæc. II. Natalis ALEXANDER, & in prævia ad novam Martyrologii ROMANI editionem dissertatione BENEDICTUS XIV. de CLEMENTE, ejusque nævis disputarunt.

11. De TERTULLIANO consulantur *de la* MOTTE *histoire de* TERTULLIEN, *& d'* ORIGENE, Parisiis 1675. & Lugduni 1691. 8. *Renati Laurentii* de la BARRE, ac *Jacobi* PAMELII *Vita* TERTULLIANI, *Joannis Joachimi* ZENTGRAVII *Exercitatio de lapsu* TERTULLIANI *ad* Montanistas, Argentorati 1706. 4. *Joannes Guil.* HOFFMAN dissertatio: Q. Septimii Florentis TERTULLIANI *quæ supersunt, omnia in Montanismo scripta videri*; quo tamen nihil falsius. A Protestantibus commendatur maxime *Petri* ALLIXII dissertatio *de* TERTULLIANI *Vita & scriptis*, quæ una cum duabus aliis dissertationibus, *de Sanguine* JESU CHRISTI *ad epistolam* 146.

AU-

AUGUSTINI & *de Conciliorum quorumvis definitionibus expendendis*, Parisiis 1680. 8. publicæ luci exposita fuit, epitome autem illius, gallice scripta, præmissa est TERTULLIANI *Apologetico*, latine & Gallice, *Amstelodami* 1701. 8. edito sub titulo: *extrait d' une dissertation critique, touchant* TERTULLIEN *& ses ouvrages*, sine Auctoris nomine. ALLIXII: hocce opusculum TOURNEMINIO occasionem dedit scribendæ dissertationis *touchant* TERTULLIEN, *& ses ouvrages*, quæ exstat in *Trivultianis* Ephemeridibus ann. 1702. mensibus Nov., & Dec. Idem TOURNEMINIUS eodem anno m. Augusto in easdem *Trivultianorum* Ephemerides intulerat dissertationem, *ou l'on fait voir contre M.* TILLEMONT, *que le Catalogue des Heresies, qui se trouve a la fin du livre de* TERTULLIEN *des Prescriptions est veritablement de cet Auteur*.

1. Hactenus de Scriptoribus Ecclesiasticis; de hereticis nunc videamus, ac primo de BASILIDIANIS. TRAVASA de his, & MASSUETUS cum primis consulendi. In GRABII *Spicileg. Patr. Sæc.* II. *Tom.* I. exstat dissertatio de BASILIDE *hæresiarcha*, cum ejusdem fragmentis. De gemmis BASILIDIANORUM ac voce *abraxas*, in illis expressa, legenda est: *Joan.* MACARII commentatio inscripta: *abraxas; seu apistopistus, quæ est antiquaria de gemmis* BASILIDIANIS *disquisitio*, quam juris publici fecit *Joannes* CHIFLETIUS, atque aliam adjunxit, tituli hujus: *abraxas proteus; seu multiformis gemmæ* BASILIDIANÆ *portentosa varietas*, Antuerpiæ 1657. 4. Prodiit deinde *Venetiis* 1702. Prodromus Iconicus sculptilium Gemmarum BASILIDIANI, Amuletici, atque Talismanici generis de Musæo *Antonii* CAPELLO Senatoris *Veneti*, quamquam *Trivultiani* m. Nov. 1703. artic. 190. de harum nonnullis subdubitent, num vere BASILIDIANÆ sint. In iisdem *Trivultianis* ephemeridibus mensis Sept. ann. 1701. p. 233.

legere est paradoxam quamdam, sed ingeniosam HARDUINI interpretationem horum nominum ABPACAΞ, & ABPACAΔABRA. T. II. *Gemmarum Astriferarum* GORII edita est Cl. PASSERII diatriba *de Gemmis* BASILIDIANIS. Tandem T. I. dissertationum, quæ inscribuntur: *Saggio di dissertazioni dell' Accademia* Palermitana *del* BUON GUSTO, Panormii 1755. p. 136. seqq. exstat *Dominici* SCHIAVO dissertatio historico - dogmatica *sopra un Talismano di rame degli Eretici* BASILIADI. Exstat etiam *Jacobi* BRUCKERI *de* CAULACAU BASILIDIANORUM *dissertatio critica*.

2. Ad MARCIONIS hæresim spectant D. *Ludovici* LONGUERVE dissertatio *de origine hæresum* VALENTINI, CERDONIS, & MARCIONIS: *Natalis* ALEXANDRI dissertatio *de* MARCIONIS *ætate, errore, & confugio ad Ecclesiam* Romanam. *Joan. Godofr.* LESCHNERTI dissertatio de *baptismate vicario* MARCIONITARUM, Vitembergæ 1716. De MARCIONIS porro, ut loquitur, NATALIS, confugio ad Ecclesiam Romanam conferendi *Franciscus Antonius* de SIMEONIBUS *T.* I. *de Rom. Pont. judiciar. potest. c.* IX. & ZACCARIA *Antifebron. Tom.* III. *edit. Cæsen p.* 450.

3. VALENTINUS ejusque asseclæ multis commentariis argumentum præbuerunt. Sic exstant *Jacobi* LODBERGII *disquisitio historica de* VALENTINO *&* VALENTINIANIS, *hæreticis sæculi secundi*, Hafniæ 1694. *Ernesti* GRABII de VALENTINO *hæresiarcha*, *Francisci* BUDDEI dissertatio *de hæresi* VALENTINIANA, *Joan. Justi* LOSII commentatio *de* VALENTINIANORUM *æonibus*. *De* VALENTINIANORUM *hæresi conjectura, quibus illius origo ex* Ægyptiaca *Theologia deducitur*, Londini 1711. 4. Auctore *Georgio* HOOPERO, qui tamen suum nomen omisit.

4. Ludovicus du FOUR de LONGUERUE dis-

dissertationem scripsit de TATIANO, & *Encratitis*, quæ primum edita est cum TATIANI *oratione ad Græcos*, cura WORTHI, Oxonii 1700. 8. sine Auctoris nomine: deinde cum notis a VOGTIO *in Bibliot. histor. hæresiolog. tomo* 1. *fasc.* 2. *p.* 202. De eadem hæresi legendus MARANUS in Præf. ad TATIANI opera cum JUSTINI M. libris ab eo vulgata.

5. MONTANISTÆ tandem prodeant. Exstant de his Ludovici LONGUERUE dissert. *de tempore, quo nata est hæresis* MONTANI: *Ægidii* STRAUCHII *dissertatio de* MONTANO, *hæresiarcha celebri*, Gedani 1680. *Joannis Ludovici* RUELII *diatribæ tres de* MONTANO & MONTANISTIS: *Gottlieb.* WERNSDORFII *de* MONTANISTIS, „ Sæculi secundi hæreticis, „ commentatio historico-critica, qua eorum vati- „ cinia, opiniones veræ & disciplina proponuntur, „ & a falsis adcusationibus liberantur, " Gedani 1751. 4. Quo ex titulo intelligit auctor insaniam Novatorum, qui veteres hæreticos sanctorum Patrum dispendio vindicare conantur. Isthæc omnia conferantur cum *Natalis* ALEXANDRI dissertationibus de MONTANI fide circa mysterium *Trinitatis*, ac *de jejuniis* Montanistarum *& Catholicorum*, & cum du GUET dissert. VI. *sur le* MONTANISME, & VII. *sur l' ancienne pratique du jeune dans l' Eglise Catholique, & sur les innovations, que les* MONTANISTES *y firent*, Confer Eccles. T. 1. Horum autem jejuniorum occasione inquiri posset num MURATORIUS T. III. *Anecdot.* ad ea verba TERTULL. *merito deponentes osculum*, vere post RIGALTIUM scripserit, TERTULLIANI, atque adeo MONTANISTARUM ævo Ecclesiam *Africanam* nonnisi duobus diebus, Veneris scilicet, & Sabbati Sancti diebus jejunium ex præcepto servasse. Vide hac de re *Trivultianos* m. Februar. ann. 1719. artic. XI. *pag.* 274.

ARTICULUS III.

Facta & eventa Saculi II. *in eaque dissertationes.*

I. Fidei Christianæ hoc sæculo propagationem spectant Joannis LEBEUF „ Dissertation sur l' „ epoque de l' etablissement de la Religion Chré- „ tienne dans les SOISSONOIS 1736. 12., " & *Jacobi Rebauld* de la CHAPELLE dissertatio latina in eamdem epocham 1737. *Joan.* LIRON, „ que les Eglises de la *Germanie* sont plus ancien- „ nes, que saint IRENEE " T. IV. *Singul. litt. & histor.* p. 193. seqq. *Joan. Dan.* KOELER testimonium S. IRENÆI *Lugdunensis* de GERMANIS Christianis in sæculo II. illustratum, *Goettingæ* 1747.

II. Ad Ecclesiæ Christianæ Persequutiones, & statum refer 1. PLINII ad TRAJANUM pro Christianis epistolam, de qua non solum *Frideric. Andreas* HALLBAVER, *Jenæ* 1738. libellum edidit inscriptum: *pristina Christiana rei facies* a PLINIO *repræsentata*, sed etiam *Justus Henningus* BOEHMERUS, Lipsiæ 1711. emisit *dissertationes juris Ecclesiastici antiqui* (immo vero commentitii, & in *Lutherani* Jureconsulti cerebro confictì) *ad* PLINIUM SECUNDUM, & TERTULLIANUM. 2. HADRIANI Imperat. Rescriptum pro Christianis ad MINUCIUM FUNDANUM, cujus latinum exemplum a JUSTINO M. Apologiæ suæ longiori subjunctum fuerat. Illud intercidisse eruditi viri dolebant; sed MAZOCHIUS ad Kalend. Neapolit. *volum.* II. *p.* 476. *seqq.* nobis a RUFINO fuisse servatum in latina, quam scripsit, EUSEBIANÆ historiæ interpretatione multisconjecit. 3. M. AURELII ANTONINI epistolam ad Senatum Romanum, ne Christianorum quemquam ideo quod Christianus esset, accusare liceret. Que-

ri

ri enim poteſt, num ſuppoſititia habenda ſit, quemadmodum contendunt non ſolum SCALIGER *p.* 222. ad EUSEBIUM, SALMASIUS ad CAPITOLINI M. ANTONINUM *cap.* 24. KORTHOLTUS *lib. de Perſequution. p.* 238. & *Sam.* BASNAGIUS T. II. *Annal. p.* 156. *ſeq.* Sed etiam HUETIUS *demonſtr. Evang. p.* 68. & D. de MANDAJORS *ſur une prétendue loi de* MARCAURELE *en faveur des Chrétiens*, de qua conſule hiſtoriam Academ. Pariſ. Regiæ Inſcript. Tom. XVIII. *edition. Pariſ. p.* 218. 4. Calumniam capitis aſinini a Chriſtianis culti, quæ potiſſimum TERTULLIANI temporibus impacta noſtris fuit, & in tabula picta Romæ palam propoſita. Eam quidem D. FALCONE in vita S. JANUARII fuiſſe umquam in Chriſtianos diſſipatam negavit, ſed *a Jacobo Antonio* del MONACO fuit ille confutatus Italica diſſertatione, *Neapoli* edita 1715. de qua diarium litteratorum Italorum Tom. XXVII. Vide præterea *Stephani* MORINI diſſertationem prænotatam: „ Unde potuit venire in mentem Gentium caput „ Aſininum eſse Chriſtianorum Deum? Chriſtian. *Franc.* PAULLINUM *de Aſino*, Francof. 1695. *Zach.* GRAPIUM „ De calumnia ono, & cho- „ rolatriæ Judæis & Chriſtianis olim adſperſa, " Lipſiæ 1696. *Theodor.* HASÆI „ De onolatria; „ ſive calumnia cultus aſinini, a gentilibus olim „ Judæis & Chriſtianis impacta, " quæ diatribe prodiit *Hanov.* 1708., & iterum *Erfurti* & *Lipſiæ* 1716., atque *hiſtoriam litterariam Italiæ T.* II. *p.* 388. 391.

III. Hujus ſæculi eſt inſigne miraculum legionis Chriſtianæ fulminatricis appellatæ, cujus precibus factum eſt in *Marcomannico M. Aurelii Antonini* bello ut hoſtibus fulmine proſtratis ſitiens *Romanus* exercitus per effuſam pluviam recreatus fuerit, & conſervatus. Miraculum hocce vindicatum habes in *Hermanni* WITSII „ Diatribe de legione fulmi- „ natrice Chriſtianorum ſub Imperatore *Marco*

„ *Aurelio Antonino*: *Petri* KINGII disceptatione „ de miraculo, quod legio fulminatrix olim fecisse „ se dicitur:" *Joannis* FRICKII dissertatione *de legione fulminatrice*, Lipsiæ 1696. Alia ab aliis Auctoribus composita sunt, ut omnia quæ de legione fulminatrice relata habemus, everterentur, videlicet: *Danielis* JARROQUANI dissertatio „ de mi„ raculo legioni fulminatrici adscripto:" *Gualteri* MOYLII commentatio *de legione fulminatrice*; quem tamen, præter paullo ante memoratum KINGIUM, oppugnarunt: *Guil.* WISTHONUS „ Tractatu de legione fulminatrice; sive de mi„ raculosa liberatione exercitus *Marci Antonini* per „ preces Christianorum; nec non de *Alexandro* „ Magno, summo Pontifici *Judæorum* obviam eun„ te," qui *Anglice* publicæ luci expositus est, Londini 1726. 8. ac *Thomas* WOOLSTONUS *in defensione miraculi legionis fulminatricis*, etiam Anglice 1726. 8. Idem argumentum explanatum est in *Petri Adolphi* BOYSENII dissertatione *de legione fulminatrice*, Halberstadii 1719. *Sigismundi Jacobi* BAUGMARTENII commentationibus *de miraculo legionis fulminatricis*, contra *Thomam* WOOLSTONUM, & MAMACHII *origin. & Ant. Christian.* T. 1. Vide etiam *historiam litterariam Italiæ* T. IX. *p.* 365.

IV. Aliqua in Actis Sanctorum hujus sæculi in quæstionem venerunt, cum primis Acta S. POLYCARPI, in quæ HEUMANNUS *Isenaci* edidit *par fabularum ex historia Ecclesiastica exterminatum* (thrasonice dictum) 1. de JOANNE Apostolo *in fervens oleum conjecto*. 2. De *columba ex* POLYCARPI *rogo evolante*. Vide *Trivultianos* M. Apr. ann. 1716. In diario, quod *Journal Britannique* inscribitur, exstant quoque duæ in Acta S. POLYCARPI epistolæ, prima T. III. *p.* 29. & VIII. *p.* 38. secunda T. X. *pag.* 328. Sed cum his confer RUINARTIUM in *Actis Martyr. sincer.* TILLEMONTIUM, & MAZOCHIUM ad Kal.

Nea-

Neapolit. De Martyribus SCILLITANIS, qui an. CC. Martyrium passi dicuntur, adi LESLEUM in not. ad *Missale Mozarab. p. 600. seq.*

SÆCULUM III.

ARTICULUS I.

In Politiam hujus sæculi Ecclesiasticam disquisitiones.

I. Primum quæstiones aliquas proponemus ad historiam *Romanorum* Pontificum pertinentes.

1. Fuitne ZEPHIRINUS *Episcopus* ille *Episcoporum*, cujus peremptorium edictum indicat, irridetque TERTULLIANUS jam *Montanista* de *pudicit. cap. 1.*? Card. ORSI hist. Eccles. T. III. *lib. 6. n. 6.* Carthaginensem Episcopum heic designari a TERTULLIANO conjicit. ZEPHYRINUM intelligunt BARONIUS, *Christianus* LUPUS, TOURNEMINIUS, aliique apud ZACCARIA *Antifebr. P. II. lib. 2. cap. 1. n. 4.* Vide eumdem *Antifebr. T. 2. edit. Casen. diss. 2. cap. 3. n. 5.*

2. Numquid S. CALLISTUS jejunium quatuor temporum instituit? Affirmant plerique quos inter *Petrus* MORETTUS T. 1. de S. CALLISTO Papa & M. ejusque Basilica: negat SBARAGLIA in lib. *de sacris pravorum ordinationibus* p. 300. Idem MORETTUS acta quædam S. CALLISTI profert, atque a criticis TILLEMONTII animadversionibus vindicare studet; num recte? Confer *histor. litter. Ital. T.* VII. præsertim *p.* 520. *seq.* Quo die obiit CALLISTUS? Num. 14.? an potius 12. Octobris, ut idem MORETTUS contendit. Vide *hist. litter. Ital.* T. cit. p. 513. *seqq.*

3. Acta S. PONTII M. aptane sunt ad fulciendam PONTIANI, ANTHERI, & FABIANI Chronologiam? ut adserit SCHELESTRATIUS *Antiq. Eccles. T.* 1. *diss.* 2. *cap.* V. confutatus a

TIL-

TILLEMONTIO *T.* v. *p.* 588. Saltem PONTIANUM inter & ANTHERUM fuitne CYRIACUS quispiam Pontifex? Hunc quidem agnovit STELLA: sed PAPEBROCHIUS in *Conatu diss.* 7. commentitium hunc Pontificem explodit. Confer etiam LAUNOJUM *lib.* 4. *epist.* 8. *num.* 26. *seq.*

4. Quid de S. STEPHANI dissidio cum S. CYPRIANO? Vide Artic. seq. ubi & de NOVATIANI schismate contra CORNELIUM STEPHANI decessorem.

5. Estne SIXTI II. *Enchiridion* quoddam, quod ejus nomine vulgatum fuit? Vide opus inscriptum: S. SIXTI II. *Philosophi*, *Pontificis* Romani, & *Martyris Enchiridion ut Christianum sæc.* III. *monumentum edit*, illustrat, *vindicat Urbanus Godofr.* SIBERUS Lipsiæ 1725. 4. de quo Acta Eruditorum eodem anno *p.* 353.

6. De S. CAJO *Dalmata* & cive SALONITANO Pontif. Rom. & Martyre fuse agit *Daniel* FARLATI T. II. *Illyrici sacri* p. 530. 565.

7. Verene S. MARCELLINUS mortis metu adactus thus incendit idolis, in ejusque caussa habitum fuit SINVESSANUM Concilium? Negant hodie eruditiores quique, ut SCHELESTRATIUS *antiq. illustr.* circa Concilia *diss.* I. *cap.* 6. *Petrus* de MARCA *de Concord. sac. & Imp. lib.* I. *cap.* II. §. 4. Natalis ALEXANDER in *sæc.* III. *diss.* 20. PAGIUS in critica *ad an.* 302. AGUIRRIUS *in defens. Cathedræ S.* PETRI *Tract.* II. *disp.* 78. *sect.* I. PAPEBROCHIUS in *Propyleo diss.* 7. NORISIUS in *histor. Donatist. p.* I. *cap.* 7. TILLEMONTIUS *adnot.* 31. in *Persequut. Dioclet. Petrus* COUSTANT Præf. ad Epistol. Roman. Pontific. *p.* II. *n.* 46.; ut mirum non sit exstitisse etiam inter Protestantes *Samuel.* SCHELVIGIUM, qui Gedani 1699. ediderit *disquisitionem historico-Theologicam*, *qua* MARCELLINI *inter sæculi* III. *Episcopos* Romanos *ultimi & vita recensetur*, *& in fine con-*

constantia adseritur; sed omnino mirandum sit, Cl. PRATILLIUM in *Via* APPIA pro hac fabella pugnasse, quem propterea jure confutavit P. *Bartholomæus* PEVERELLI in Italica historia Persequutionum Ecclesiæ. Vide etiam SANDINIUM.

II. Ad Episcopos Ecclesiæ *occidentalis* quod spectat, primus occurrit *S.* HIPPOLYTUS. Mira de illius sede, quam *S.* HIERONYMUS ignoravit, a TILLEMONTIO, CEILLIERO, *Stephano* le MOYNIO tradita sunt. Quo spectant *Jacobi* BASNAGII *animadversiones de vita, morte & scriptis* HIPPOLYTI T. 1. *lectionum antiquarum Henr.* CANISII ab eo recusarum p. 3. & *Christ. Aug.* HEUMANNI „ dissertatio in qua docetur, ubi „ & qualis Episcopus fuerit HIPPOLYTUS, sæ-„ culi tertii scriptor ecclesiasticus,“ Goettingæ 1737. Verum omnibus hisce libris dimissis legere præstabit *Constantini* RUGGERII *de* Portuensi *S.* HIPPOLYTI *Episcopi & Martyris sede dissertationem postumam*, Romæ 1771. 4. Ceterum quam RUGGIERUS heic tuetur sententiam, strenue defenderat Joan. LIRON T. 1. operis inscripti les *Amenites de la Critique*, Paris. 1717. diss. XII. *p.* 124. 140.

2. Alia nunc quæstio, immo non una, sed multiplex oritur de *S.* ZENONE *Veronensi*, num scilicet ad hoc sæculum spectet, num Martyr fuerit, num ejus sermones sint, qui illius nomine circumferuntur. *Franciscus* BONACCHI a. 1740. *Pistorii* libellum edidit *de sermonibus, & Martyrio S.* ZENONIS; quo in libro *S.* ZENONI sermones adseruit, sed Sanctum ad GALLIENI tempora retulit quibus etiam Martyrium subierit, pertinuisse, non ad quartum sæculum quo LABBEUS illum floruisse docuerat. Ac de sermonibus res extra controversiam esse debet, si quæ BALLERINII an. 1739. de illis scripsere, *Bonachianis* argumentis addantur. At quod ad ætatem, & Martyrium spectat,

ctat, BALLERINII post March. MAFFEJUM illam omnino quarto sæculo adscribendam censent, de Martyrio incerti hærent. BONACCHIUS ea de re in BALLERINIOS novum emisit librum *Venetiis* 1751. Ei titulus: de *S.* ZENONIS *Episcopi* VERONENSIS *Epocha dissertatio critica. Accessit de Martyrio S.* ZENONIS *dissertatio secunda* 12. Confer *histor. litter. Ital.* T. v. *pag.* 627. *seqq.*

3. Quæstionem tertiam suppeditat controversia paucis ab hinc annis exorta inter Canonicum *Franciscum Innocentium* FILEPPI, & P. D. FROVAM Canonicum Lateranensem de *S.* THEONESTO, qui *Vercellis* colitur, fueritne *Vercellensis* Episcopus (quod ille ajebat) an potius miles e *Thebaeorum* Martyrum legione, quod hic adstruit sub *Philadelphi* LYBICI nomine in opusculo, cui titulus: *lettera intorno il Vescovato di S.* TEONESTO novæ sylloges Caloger. T. VIII. *p.* 309. *seqq.*

4. Non minor extremis hisce annis controversia enata est de *S.* CASSIANO *Corneliensi* Martyre, an *Sabionensis* Episcopus fuerit. Negaverat cum BOLLANDIANIS *Hieronymus* TARTAROTTI in diss. *de origine Ecclesiæ* TRIDENTINÆ, *& primis ejus Episcopis*, Venetiis 1743. *Antonius* ROSCHMANN contra Brixinæ 1748. *conjecturas* edidit *pro adserendo Episcopatu* SABIONENSI *S.* CASSIANI. Hinc TARTAROTTUS occasionem adripuit conscribendæ, vulgandæque Venetiis 1750. *de Episcopatu* SABIONENSI *S.* CASSIANI *Martyris, deque S.* INGENUINI *ejusdem Urbis Episcopi actis*, epistolæ (vide *histor. litter. Ital. T.* II. *p.* 214. seqq.) Pro TARTAROTTI sententia contra ROSCMANNUM, quod ad *S.* CASSIANUM adtinet, pro ROSCMANNO contra TARTAROTTUM, quod ad INGENUINI sanctitatem spectat, certavit ann. 1751. P. F. *Benedictus* BONELLI emissis in lucem *Veronæ Vindiciis* Romani *Martyrologii* XIII. Augusti *S.* CASSIANI *Fo-*

ro-

rocornelienſis Martyris 5. *Februarii SS.* BRIXINENSIUM Epiſcoporum INGENUINI, & ALBUINI memoriam recolentis (de his agit hiſtoria litter. Ital. T. 11. *p.* 404. *ſeqq.*) eodem a. 1751. ROSCHMANNUS ſuam ipſe cauſſam iterum defendit *Ulmæ*, edita *de Epiſcopatu* Sabionenſi *S.* CASSIANI M. *deque S.* INGENUINI *ejuſdem Urbis Epiſcopi* Actis *Hieronymi* TARTAROTTI *Roboretani* ad *Antonium* ROSCHMANNUM *epiſtolæ diſquiſitione*. Confer & heic hiſtoriam litter. *Tom.* IV. *p.* 236. *ſeqq.*

S. MARCIANUS Arelatenſis fuitne a *S.* STEPHANO depoſitus, aut ſaltem ejus auctoritate? Vide *Franciſc. Anton.* de SIMEONIBUS *T.*1. *de judic. R. P. poteſt. cap.* 13. & *Antifebronium p.* 11. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 13.

6. VICTORINUS hujuſce ſæculi ſcriptor eratne Epiſcopus *Pictavienſis*, an potius *Petavionenſis* in *Pannonia*? vide LAUNOII de hoc argumento diſſertationem.

7. Fuitne hoc primum ſæculo TREVIRENSIS Eccleſia a Sanctis EUCHARIO, MATERNO, CLEMENTE, aliiſque conſtituta? Ita ſtatuit CALMETUS diſs. hiſtoriæ LOTHARINGICÆ Gallice conſcriptæ præmiſſa T. 1. Bollandiani contra T. IV. Auguſti *p.* 38. Sanctos illos, & TREVIRENSIS Eccleſiæ initia ad primum ſæculum referenda eſſe contenderunt. Verum pro CALMETO pugnavit *Joan. Nicolaus* de HONTHEIM in diſs. de *aera fundati Epiſcopatus* TREVIRENSIS præfixa Tom. 1. *hiſtoriæ* TREVIRENSIS *diplomaticæ*.

8. De *S.* CYPRIANO *Carthaginenſi* Epiſcopo & M. exſtant ANONYMI vita CYPRIANI, *Pariſiis* 1566. 8. PAMELII vita S. Epiſcopi operibus præmiſſa. *Joan.* PERSONII *Annales Cyprianici Henrici* DODWELLI *diſſertationes Cyprianicæ*, Oxonii 1684. 8. *Prudentii* MARANI *vita* CYPRIANI *la vie* de Saint CYPRIEN, Pariſiis 1717. 4. quæ

ta-

tamen caute legenda, ut ostendunt *Trivultiani* in ephemerid. a. 1718. Januar. artic. 1. BOLLANDIANORUM commentarius in Actis Septembris.

III. Pauca de Patriarchis orientis. 1. *S.* HERACLAS ALEXANDRINUS Patriarcha *in Chronico Orientali* primus fuisse dicitur, qui PAPA cognominatus sit. Estne id verum? Confer Parergon 2. *Joan. Bapt.* SOLLERII ad Patriarch. ALEXANDRIN. histor. Chronolog. n. 136. seqq.

2. Fueruntne hoc sæculo duo BABYLÆ Episcopi *Antiocheni*? Vide BOSCHIUM in hist. Chronol. Patriarch. Antioch. a. num. 77.

3. Quid statuendum de Actis S. BABYLÆ *Antiocheni* quæ T. II. Januar. *Bollandiani* exstant, & crisi TILLEMONTII? Quis fuit Imperator? quem *S.* BABILAS ingressu Ecclesiæ prohibuit? Sub quo Imperatore passus est BABYLAS? num sub *Decio*? an potius sub *Numeriano*? Confer BOSCHIUM *l. c. a num.* 62.

ARTICULUS II.

Doctrina, & disciplina hujus sæculi.

1. CONCILIA. Quæ hoc sæculo habita sunt Concilia, alia ad doctrinam, alia ad disciplinam pertinuerunt. *Antiochena*, quæ *Paullum* SAMOSATENUM damnarunt, ad doctrinam spectant. Tria autem de his potissimum quæri possunt; 1. triane fuerint; ut BOLLANDIANIS, CACCIARIO, aliisque visum est? an duo tantum? 2. num inscio Romano Pontifice celebrata sint, an ejus consilio, & auctoritate? De his consule *Francisc. Ant.* de SIMEONIBUS T. I. *de judic. R. P. potest. cap.* 13. *n.* 5. *seqq.* 3. Patres Concilii *Antiocheni* an. 269. damnaruntne vocem *homousion*? Negant D. *Prudentius* MAIRANUS tum lib. 4. operis inscripti *Divinitas* D. N. J. C. *manifesta in*

Scri-

Scripturis, *&* *traditione*, tum in Gallica de *Semiarrianis* dissertatione Parisiis 1722. & P. *Liberatus* FASSONI *Schol. Piar. de voce* Homousion dissertatione;,, in qua ostenditur, vocem illam ab ,, *Antiochenis* Patribus proscriptam, vel repudia-,, tam non esse," Romæ 1755. 4. Vide histor. litter. Ital. *T*. XIII. *p*. 313.

2. Præter *Antiochena* sunt alia hoc sæculo habita Concilia, atque horum aliqua de iteratione Baptismi egerunt, tria præsertim *Carthaginensia* sub CYPRIANO. Heic enimvero potissimum quæritur, verumne fuerit hoc dissidium? quod si verum fuit, in quonam situm erat STEPHANI, & CYPRIANI dissidium? Fuitne ab *Africanis* hocce dissidium dogmatica quæstio, an caput, disciplinæ spectatum? Num STEPHANUS anathemate perculit *Africanos*? an in oppositum is errorem declinavit? CYPRIANUS & FIRMILIANUS suumne tandem errorem deposuerunt? Ac pro veritate quidem hujus dissidii quum *Raymundus* MISSORIUS primus ad eam subruendam volumen quoddam evulgasset, ejus Concellita SBARALEA Librum edidit in 4. Exstant etiam Joan. *Georgii* WALCHII CYPRIANI ac FIRMILIANI epistolarum adversus STEPHANI *Papæ decretum de hæreticorum Baptismo vindiciæ opposita* Raymundo MISSORIO, Jenæ 1738. Vide etiam numer. seq. *de scriptis*. De ceteris vero, quæ proposuimus, innumeri sunt qui agunt. *Natalis* ALEXANDER in *hist. hujus sac. diss.* 12. THOMASSINUS in *Concil. diss.* 11. TOURNELIUS *de sacram. in gen. quæst.* 6. COUSTANTIUS *T*. 1. *Epist. Rom. Pont. col.* 253. *seq.* BOLLANDIANI in actis primum S. STEPHANI mense Augusto deinde S. CYPRIANI mense Septembri, anonymus Auctor, dissertationis dogmaticæ *de dissidio inter S.* STEPHANUM, & *S.* CYPRIANUM Paris. 1724. & Venetiis T. XIII. *Thes. Theolog.* CORGNE *dissertation Theologique sur la celebre dispute entre le Pape*

pe S. ESTIENNE & S. CYPRIEN, Parisiis 1727. 12. du GUET T. 1. *Confer. Eccles. diss.* 4. SANDINI *diss.* 7. BINER *App. ad Jurispr. Eccles. P.* IV. *cap.* 3. *artic.* 5. ORSI de *Rom. Pont.* auctorit. *lib.* 3. *cap.* 3. ZACCARIA in *Antifebronio p.* 11. *lib.* 2. *cap.* 2.

3. Plura quoque Concilia de lapsis in *Deciana* Persequutione coacta novimus. Pertinent huc 1. dissertationes *Sebastiani* NIEMANNI *de Libellaticis*, Jenæ 1669. *Conradi Danielis* FRICHII *de Libellaticis in Ecclesia veteri*, Lipsiæ 1694. *Alberti* FRICKII *de traditoribus*, Lipsiæ 1737. 1738. MARANI Præf. in CYPRIANI opera, MOSHEMII adnotata *de rebus Christian. ante* CONSTANTIN. M. *p.* 482. *seqq.* 2. de Pœnitentiæ apud *Africanos* statu ante CYPRIANUM, ac sub ipso; de quo idem MARANUS, *Natalis* ALEXANDER, BINERUS *l. c. artic.* 4. Illud peculiariter quæri potest, num in *Africa* diaconis potestas fuerit Sacramentalis impertiendæ absolutionis, quod contendit Auctor vitæ Gallicæ S. CYPRIANI Paris. 1717. negant cum PETAVIO, aliisque plurimis *Trivultiani* in Ephemer. ann. 1718. m. Januar. art. 1. *p.* 30. *seqq.*

4. Non omittendum ELIBERITANUM Concilium, de quo multa disquiri poterunt, quo tempore, quo in loco habitum sit, quantæ sit auctoritatis, quid de quibusdam ejus canonibus statuendum sit? Exstant de his *Ferdinandi* de MENDOZA *libri* III. *de confirmando Concilio* ILLIBERITANO, *ad* CLEMENTEM VIII. *Pontificem*, Matriti 1594. fol. *Concilium* ILLIBERITANUM *quarto ineunte sæculo in* Hispania *celebratum, cum discursibus Apologeticis* Ferdinandi *de* MENDOZA *& notis* Eman. Gundisalvi TELLEZ, Lugduni 1665. fol., & in *Labbeana* Conciliorum editione, du GUETI dissertationes XV. ad XXVI. T. 1. *Conferenc. Eccles.* Confer *Antonium* AUGUSTINUM ep. ad BLANCAM, & *Joan.* MORINUM *de pœ-*

nit.

nit. lib. 19. Quod vero ſpectat ad Canonem *Illiberitanum* de Imaginibus præter TROMBELLIUM *de cultu Sanctor. diſſ.* IX. *cap.* 70. Vide diſſertationem Epiſcopi *Gerundenſis* in *Trivultianis* Ephemeridibus anno 1750. April. *artic.* 43. & *Tom.* IV. *hiſtor. litter. Ital. p.* 328. *ſeqq.*, ubi hæc diſſertatio ad examen vocatur.

II. SCRIPTA PATRUM. 1. Quei probari poteſt, genuinum eſſe HIPPOLYTI M. opus Commentarium *Ghiſianum* in Danielem a P. de MAGISTRIS *Vallicellani* Oratorii Presbytero nuper *Romæ* vulgatum? Vide Præf., ubi etiam nonnulla de marmorea ſancti ejuſdem cathedra, cujus inſcriptionem illuſtrarunt le MOYNE, CAVE, *Franc.* BLANCHINUS.

2. De ORIGENE quæ diſputari poſſunt, ea dabunt *Jacobi* MERLINI *Apologia pro* ORIGENE, *Stephani* BINETI liber *de ſalute* ORIGENIS, *& an plerumque illuſtriora ingenia ſint perverſiora*, Pariſiis 1629. 8. 1631. 12. *Petri* HALLOIXII ORIGENES *defenſus*; *ſive* ORIGENIS *vita, virtutes, & documenta libris* IV., Leodii 1648. fol. *Petri Dan.* HUETII *Origeniana*, quibus large, atque adcurate narratur ORIGENIS vita, deque illius doctrina ac ſcriptis exponitur: de la MOTTE *hiſtoire* de TERTULLIEN, & d' ORIGENE, Pariſiis 1675. 8., cujus jam antea mentionem feci: *Joan. Henrici* HORSII *hiſtoria* ORIGENIANA; „ ſive de ultima origine & progreſſu hæreſeos „ ORIGENIS tractatus ſingularis, “ Francofurti 1670. 4. *Joan.* MEISNERI *tractatus hiſtorico-theologicus de* ORIGENE, & ORIGENIANIS, cujus ſecunda editio prodiit *Vitembergæ* 1712. 4. antea autem is in formam diſputationis Academicæ redactus, ac publicæ defenſus fuit, ibidem 1665. *Ludovici* DOUCINI „ Hiſtoire des mouvemens arrivez dans l' Egliſe au ſujet d' ORIGENE, & „ de ſa doctrine, “ Pariſiis 1700. 12. du GUET

T. I. *Conferenc. Eccles. diss.* XI. *&* XII. P. de RUBEIS in diss. de RUFINO *cap.* 15. *&* 16.

3. DIONYSII ALEXANDR. gesta & scripta illustrat *Joachim. Henric.* OSTERMEJER *de* DIONYSIO ALEXANDR. *Episcopo*, Rostochii 1736.

4. TOURNEMINIUS in diss. scripta an. 1725. sed edita in *Trivultianis* Ephemeridib. ann. 1734. m. Decembr. p. 2246. dubitat, num genuina sint omnia monumenta, quæ inter S. CYPRIANI Opera exstant ad iterationem Baptismi pertinentia. Adversati tamen sunt TOURNEMINIO 1. *Joann. Fridericus* COTTA in diss., cui titulus: *conjectura* Renati TOURNEMINII, *qui celeberrimas epistolas* CYPRIANI, *ac* FIRMILIANI *adversus decreta* STEPHANI I. . . . . *rejiciendas esse statuit, modesto examini subjecta*, Tubingæ 1740. 2. D. MALEVILLE T. II. Operis prænotati: „ La „ Religion naturelle & la révelée établies ec. " *diss.* VIII. *artic.* 3. *p.* 528. *seqq.*

5. Canon XI. epistolæ Canonicæ S. GREGORII *Thaumaturgi*, in quo de pœnitentiæ gradibus fit mentio, estne suppositititius? ut vult P. MORINUS. Ceterum de hoc GREGORIO non inutile erit adnotare, *Nicolaum* PALLAVICINUM ejus vitam edidisse, *Romæ* 1649. 8., exstare etiam *Joan. Ludovici* BOYE dissertationem *de* GREGORIO *Thaumaturgo Episc.* Neocæsariensi, Jenæ 1709.; LIRONIUM vero duabus dissertationibus, quæ T. I. *Amenit. de la critique p.* 175. *seqq.* leguntur, initia, studia, & conversionem nostri GREGORII adversus TILLEMONTIUM illustrasse.

6. MAGNES, cujus fragmenta TURRIANUS protulit, estne fictitius auctor, ut ALBERTINUS audacissime pronunciavit? Vide CAVEUM, sed cumprimis Magni CRUSII *notitiam*, θεολογούμενα Macarii MAGNETIS *ex fragmentis hactenus deperditi operis apologetici pro Christiana Religione adversus gentiles conscripti deprompta*, Gottingæ 1737.

Con-

Confer *Jo. Albertum* FABRICIUM *de verit. Relig. Christ. c. 2. n.* 15.

7. ARCHELAUS disputationem cum MANETE habuit, sed BEAUSOBRIUS ausus est in dubium revocare, num ARCHELAI genuinum opus sit ea, quam ZACCAGNIUS vulgavit, disputatio. Temerariam aacusationem paucis depellit MANSIUS ad Nat. Alex. Vide etiam ALTICOZZII dissertationem adversus BEAUSOBRIANAM historiam.

III. HÆRETICI. De aliquibus hujus sæculi hæreticis exstant peculiares, dissertationes, aut etiam historiæ; ut de BERYLLO, *Petri* LAZERI de hæresi BERYLLI disquisitio Romæ 1755. 4. Confer histor. litter. Ital. T. XIII. *p.* 372. *seq.*

De SABELLIANIS, *Christiani* WORMII *historia* SABELLIANA; *sive de origine & incrementis hæreseos* SABELLIANÆ *usque ad initium sæculi quinti, deducta ex antiquitate Ecclesiastica observationes*, Francofurti & Lipsiæ 1696. 8.

De MANETE, & MANICHÆIS, *Petri* SICULI *historia de vana & stolida* MANICHÆORUM *hæresi*, quam ex codice manuscripto Bibliothecæ Vaticanæ *Matthæus* RADERUS cum latina interpretatione edidit *Ingolstadii* 1604. 4. PHOTII *historiæ* MANICHÆORUM libri IV. quos *Christoph.* WOLFIUS evulgavit, interpretatione latina ac notis instructos. *Cyriaci* SPANGENBERGII *historia* MANICHÆORUM, Ursellæ 1628. 4. *Ægydii* STRAUCHII MANICHÆISMI *recensio historica*, Vitembergæ 1661. 4. *Joan. Henrici* HORBII *historia* MANICHÆORUM, Argentorati 1670. 4. *Joan. Christoph.* WOLFII MANICHÆISMUS *ante* MANICHÆOS, *& in Christianismo redivivus*, Hamburgi 1707. 8. MURATORII disquisitio in *anathematismos* adversus MANICHÆOS T. ii. *Anecdot. p.* 112. *Isaaci* de BEAUSOBRE *histoire* critique de MANICHE'E & du MANICHEISME, cujus tomus primus prodiit

Amstelodami 1734. 4. secundus ibidem 1739. 4. BEAUSOBRIUM impugnarunt 1. Fr. *Petrus Thomas* CACCIARI libris duobus, qui agmen ducunt *exercitationum* ab eo *Romæ* editarum 1751. in universa S. LEONIS M. *opera*, conferendis cum histor. litter. Ital. *T. V. p.* 346. *seqq.* 2. P. *Laurentius* ALTICOZZI duplici dissertatione de MANICHÆIS *Romæ*.

De NOVATIANIS, *Stephani* KENCKELII dissertatio *de hæresi* NOVATIANA, *eique oppositis Conciliis Carthaginensi*, & Romano, Argentorati 1651. *Joan. Christoph.* OTTONIS disputatio de NOVATIANO *hæretico*, Rostochii 1660. *Petri* MUSÆI exercitatio de NOVATIANIS, *Helmstadii* 1665. *Arnoldi* PASCHII dissertatio de NOVATIANIS *Rostochii* 1682. *Josephi* BINGHAMI dissertatio *demonstrans ex Canone* VIII. *Concilii* Nicæni, NOVATIANUM „ hæreticum numquam veri no„ minis Episcopum in ulla Ecclesiæ Catholicæ par„ te fuisse creditum; " quæ exstat inter ejus *quatuor dissertationes* ex *Anglico latine* conversas, Halæ 1738. 4. pag. 347.

De *Paullo* SAMOSATENO, ejusque sectatoribus, *Jo. Guil.* BAJERI dissertatio „ de *Paullo* SA„ MOSATENO, Socinianorum Patriarcha ejus„ que hæresi, examine, & condemnatione, *Jenæ* „ 1680. " *Jacobi Guilielmi* FEVERLINI dissertatio *de hæresi* Paulli SAMOSATENI, „ e solis „ fragmentis Scriptorum ipsius & testimoniis Pa„ trum *Antiochenorum*, " Gottingæ 1741. *Joann. Gottlieb.* EHRLICHII dissertatio de Paullo SAMOSATENO, Lipsiæ 1745.

ARTICULUS III.

Facta & eventa hujus sæculi, & quid de illis in quæstionem cadere possit.

1. PROPAGATIO fidei. Credendumne LAMPRIDIO adserenti, cogitasse HADRIANUM de tem-

templis CHRISTO exſtruendis? Negant *Iſaacus* CASAUBONUS, & *Joannes* CLERICUS; adfirmant HUETIUS *demonſtr. Evang. prop. 3. n. 23.* & *Dominicus* de COLONIA in libro „ la Religion Chrétienne auctorisèe par le temoignage „ des anciens Auteurs Payens T. II. p. 13. ſeq. “ Confer FABRICIUM in *ſalut. luce Evang. p. 225.* & hiſtoriam litter. Ital. *T.* IX. *p. 363.*

2. Altera celebris quæſtio, num PHILIPPI Augusti Chriſtianam fidem amplexi fuerint? Adſerunt cum BARONIO ad ann. Chr. 246. P. de la FAYE, „ entretiens hiſtoriques, ou diſſertation ſur „ cette queſtion, ſi l' Empereur PHILIPPE a etè „ Chrètien, “ Baſil. 1690. 8. (Acta Erud. 1690. *p.* 492.) HUETIUS *Origenian. lib.* I. *cap.* 3. *n.* 12. *Joan. Rodulphus* WETSTENIUS ad ORIGENEM contra MARCIONITAS in præf. p. 7. ſeqq. *Stephanus* le MOYNE notis ad *varia ſacra* p. 1106. *ſeqq.* Negant *Joſephus* SCALIGER ad EUSEBII Chron. 2. MM. CCLX. *Antonius* PAGI *ad A. C.* 244. *num.* V. *ſeq.* & *A.* 247. *num.* VI. *ſeq.* Samuel BASNAGE *T.* II. *Annal. p.* 333. *ſeq. Chriſtianus* KORTHOLTUS *de Perſequutionibus Eccleſia cap.* VIII. *p.* 305. *ſeqq.* & diſſ. hiſtorica de PHILIPPI *Arabis*, *Alexandri* MAMÆÆ, PLINII junioris & *Annai* SENECÆ *prater rem jactato Chriſtianiſmo*. Kilon. 1667. 4. *Chriſtophorus* CELLARIUS diſſ. Academic. *p.* 322. *ſeqq. Frid.* SPANHEMIUS fil. *T.* II. *Opp.* 400. *ſeqq. Benedictus* PICTETUS diſſ. contra P. FAYUM, P. MONIGLIA in diſſert. *de utriuſque* PHILIPPI *Religione*.

3. Tertia quæſtio adcedat, num *Alexander* SEVERUS Chriſtianis adnumerari poſſit? Conſule MOSHEMIUM *de rebus Chriſtianor. ante Conſtant. Magnum p.* 463. *ſeqq.* & Equitis VICTORII *diſſertationem apologeticam de quibuſdam Alexandri* SEVERI numiſmatibus, Romæ 1749. 4. de qua Auctor hiſtoriæ litter. Ital. conſulendus *Tom.* I. *p.* 234. *ſeqq.*

4. Christiani habebantne hoc sæculo templa publica? Vide præter CIAMPINIUM Cl. V. *Felicis* NERINII *de templo, & cœnobio* sanctorum BONIFACII, & ALEXII *historica monumenta*, Romæ 1752. 4. (Confer adnotata in histor. litterar. Ital. T. VI. *p.* 570.) & Canonici *Xaverii* MARINI dissertationem, *se in* RAVENNA *fossero Chiese pubbliche prima che* COSTANTINO *il Grande desse la pace a' Fedeli*, quæ prima est Tomi II. inscripti: *Saggi della Società letteraria Ravennate*, Cæsenæ 1771. 4.

II. PERSEQUUTIONES. Certissima sententia est, magnum fuisse in illis Martyrum numerum. Sed *Henricus* DODWELLUS oppositum tueri conatus est in dissertatione „ de Martyrum commemoratione, eaque occasione de Martyrum „ paucitate in primævis Christianorum persequu„ tionibus. " Præter *Antonium* PAGIUM, *Nicolaum* NOURRIUM, *Ludovic. Antonium* MURATORIUM, Ignatium de LAUBRUSSEL oppugnarunt illum *Theodoricus* RUINARTUS *præfatione*, quam *actis primorum Martyrum sinceris & selectis* præmisit, ac *Castus Innocens* ANSALDUS, qui duas dissertationes adversus DODWELLUM scripsit. Altera *de caussis inopiæ veterum monimentorum pro copia Martyrum dignoscenda*, prodiit *Mediolani* 1740. 8. altera autem de *Martyribus sine Sanguine*, ibidem 1744. 8. Utraque conjunctim cum adcessionibus iterum lucem adspexit, *Venetiis* 1757. 4.; item D. MALEVILLE Tom. V. operis prænotati *la Religion naturelle, & la révélée* ec. dissert. XVII., ac *Bartholomaus* PEVERELLIUS in historia Italica Persequutionum Ecclesiæ. Addi possunt ex Protestantibus dissertationes duæ *Christian. Guil.* LOESCHERI *de paucitate Martyrum antiquioris* Christi *Ecclesia*, ab *Henrico* DODWELLO, & *Guil.* FLEETWOODO adserta, Vitembergæ 1697. & *Joan. Leon.* BUCHTÆ *de numero cruentorum cœlestis veritatis testium primi post* CHRISTUM

STUM *natum saeculi*, itidem contra DODWELLUM, Vitembergæ 1703.

III. ACTA SANCTORUM I. sub quonam imperante passæ sunt SS. PERPETUA & FELICITAS cum sociis? Vide HOLSTENIUM in earum acta & RUINARTIUM. At (quod pluris interest) fueruntne Catholicæ, an quod Samuel BASNAGIUS effutiit *Montanistarum* hæresi addictæ. Consule *Josephum Augustinum* ORSI in dissertatione Apologetica pro Ss. PERPETUÆ, FELICITATIS, & *sociorum Martyrum orthodoxia* adversus *Samuelem* BASNAGIUM, *Florentiæ* anno 1728. 4.

2. S. LAURENTIUS fuitne Hispanus, an ROMANUS? Quæstio hæc dum Catholicos inter, & MANLIUM *Calvinistam* ageretur, vix digna erat observatione: at postquam satis perspicuo LEONIANI Sacramentarii testimonio *Joseph* BLANCHINIUS T. 1. *Thomasian. oper. Prolegom. p.* CCXCII. MERENDA opusc. & Gestor. B. DAMASI *cap.* 1. *pag.* 2. & Eques *Franciscus* VICTORIUS *dissert. Philolog. p.* 91. quod olim ex levissimis conjecturis *Calvinianus* homo docuerat, confirmarunt, *Romam* nempe LAURENTIO patriam fuisse, intacta ab Ecclesiasticæ historiæ studiosis non sine piaculo relinqueretur. Consule igitur *Franciscum* CARRILIUM in *certamine historico pro patria* S. LAURENTII, Cordubæ 1673. & *Franciscum* PERELIUM BAYERIUM in opusculo inscripto: DAMASUS, & LAURENTIUS Hispanis *asserti & vindicati*, Romæ ann. 1756. 4. par. II. pag. 61. ad fin.

3. Iis, quæ de S. FELICE NOLANO tradunt TILLEMONTIUS, & BOLLANDIANI, adde *Flaminii* CORNELII Senatoris Veneti dissertationem *de cultu* S. FELICIS *Presbyteri* NOLANI *cum titulo* CONFESSORIS apud *Venetos* T. XIII. novæ Syllog. opusc. *Caloger.*, & MURATORII

dissertationem, *quo tempore vixerit* S. FELIX NOLANUS T. 1. *Anecdot.*

4. De Martyribus sub DECIO, quos vulgo *septem dormientes* appellant, egere *Christ.* REINECCIUS *diss. de septem dormientibus*, Lipsiæ 1702., & Eques *Franciscus* VICTORIUS in libro inscripto: „ Sanctorum septem dormientium historia, „ ex typis Musei VICTORII expressa dissertatione & veteribus monimentis sacris profanisque illustrata," Romæ 1742. 4. qui statuit, sic dictos septem dormientes fuisse Martyres *Ephesinos*, quumque figura illorum mortuorum, tamquam dormientium, expressa ac sepulcrum sub *Theodosio* II. inventum sit, ex eo natam esse notissimam de illis fabulam.

5. Nuper appellati Cl. Senatoris CORNELII eruditissima dissertatio consulenda *de Martyrio & Reliquiis S.* MAMANTIS *Martyris* (sub AURELIANO) *Cæsarea* in *Cappadocia*, T. IX. ejusdem novæ Sylloges *Calogerana*.

6. Sanctorum THEBÆORUM, seu AGAUNENSIUM Martyrum historiæ a S. EUCHERIO Episcopo *Lugdunensi* conscriptæ, & a *Petro Francisco* CHIFFLETIO p. I. PAULLINI *illustrati* Divione 1662. 4. deinde a RUINARTIO in Actis select. Martyrum editæ fidem detrahere conatus est Joan. *du* BOURDIER in dissertatione historica, & critica *sur le Martyre de la legion* THEBEENNE, Amstelod. 1705. 12. Sed Ministello illi a *Benedictino Josepho* de L'ISLE opposita fuit *defense de la verité du Martyre de la legion* THEBEENNE, *autrement de Saint* MAURICE *& des ses compagnons*, Parisiis 1741. 12. Adi & BOLLANDIANOS. Ex invicta hac legione fuerunt SS. FIDELIS, & CARPOPHORUS. De his exstat *Francisci Antonii* ZACCARIA opus Italicum prænotatum : *de' santi Martiri* CARPOFORO, GRATINIANO, e FEDELE, *libri due* &c. Medio-

diolani 1750. 4. Vide historiam litt. Ital. *T.* III. *p.* 411.

7. Circa eadem tempora, quibus sancta hæc legio interfecta est, Martyrium subiit S. GENESIUS, qui 25. Augusti colitur. Exstant *atti del Martyrio di S.* GENESIO Romano " nell' origi-,, nale latine, e col volgarizamento allato, illu-,, strati con note ed osservazioni, opera di " Giovanni LAMI, Florentiæ 1751. Confer histor. litter. Ital. eodem *Tom.* III. *p.* 418. *seqq.*

8. Quid porro de S. CATHARINA? Vide *Nicolaum* SERARIUM in *Litaneuticis lib.* 2. *q.* 22. & PAPEBROCHIUM Respons. ad *Exhibition. Errorum* &c.

9. Num sub CALLISTO Pontifice relata ad Catacumbas fuere Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULLI Corpora? *Petrus* MORETTUS T. I. de S. CALLISTO appendicem addidit, cui titulus; *disputatio de translatione Corporum BB. Apostolorum* PETRI *&* PAULLI *ad Catacumbas*, atque ibi hoc argumentum operose pertractat. Vide tamen historiam litterariam Italiæ *T.* VII. *p.* 524. *Petrum* LAZERUM in diss. " de sacra veterum Christianor. ,, Rom. peregrinat. p. 3. & Franciscum Antonium ,, ZACCARIA dell' anno Santo, Romæ 1775. P. ,, II. p. 252. seq.

SÆCULUM IV.

ARTICULUS I.

De hujus sæculi Politia Ecclesiastica.

SECTIO I.

Politia Ecclesiæ Romanæ.

Q. I. *Cæciliani* caussa fuitne MELCHIADIS, & Synodo *Romana* judicio terminata? Vide ORSIUM de

de *Rom. Pont. auctorit. lib.* 3. *cap.* 10. Appellaruntne *Donatistæ* a sententia MELCHIADIS? Ita vulgo putant; sed negat NORISIUS *histor. Donatist. P.* 1. *cap.* 9.

Q. 2. Num S. SILVESTER *Nicænum* Concilium convocarit, illi per suos legatos præfuerit, illudque Apostolica auctoritate confirmarit? Vide *Christianum* LUPUM, *Josephum* CATALANUM, *Antifebronium* ZACHARIÆ.

Q. 3. Num S. MARCUS fuit auctor Pallii Pontificalis? quæ antiquitus ejus forma? quis usus? vide *Marcum Paullum* LEONEM *de auctorit. & usu Pallii Pontificii*, Romæ 1649. 4. GARNERIUM ad *librum diurnum Roman. Pontific. p.* 193. seqq. *Theodoricum* RUINART in disquisit. histor. *de Pallio Archiepiscopali* T. II. oper. Postumor. *P. Anton.* BALDASARRI in *Pallio Apostolico dilucidato* Venetiis 1719. 8. *Joan. Caspar.* BARTHEL in diss. de Pallio, Herbipoli 1753. NOVÆS *sacro Rito dell' elez. e coron. de' Pontef. p.* 173. *seq.*

Q. 4. Appellavitne *S.* ATHANASIUS ad JULII Pontificis *Romani* tribunal? JULIUS de ejus caussa cognovitne ut arbiter, an vi Primatus? Vide *Christianum* LUPUM de appellationibus, de SIMEONIBUS *T.* 1. *judiciar. Rom. Pontif. potest.* & ANTIFEBRONIUM. Exstat etiam *Joan. Chrysostomi* a *S.* JOSEPH *scholarum Piarum* de *S.* ATHANASII appellatione ad *S.* JULIUM Papam dissertatio, Romæ 1743. 4. Idem de SIMEONIBUS T. *cit. cap.* 9. agit de *Marcello* ANCYRANO, *Asclepa* GAZENSI, PAULLO *Constantinopolitano*, & LUCIO *Adrianopolitano* a JULIO susceptis, atque ad sedes suas ejusdem Pontificis auctoritate reversis. Epistola JULII Papæ ad DIONYSIUM estne legitima? Negat MURATORIUS in *Anecdot. Græc.* disquisit. 4. in *epistolam sub* JULII I. *nomine confictam contra* MAGDEBURGENSES. *Christianus Augustus* SALIG, ut referunt Acta Eruditorum Lipsiensia an. 1724. p. 420.

420. in libro *de Eutychianismo ante* EUTYCHEM Wolfembutelæ 1723. 4. dissertationem addidit, qua MURATORIANÆ *disquisitioni* satisfacere conatus est, argumentis tamen, quæ nihil efficiunt.

Q. 5. Quid de LIBERII lapsu sentiendum sit? Quidcumque statuas, eum non fuisse LIBERII lapsum, qui dogmaticum Pontificum *Romanorum* judicium errori obnoxium evincat, plures ostenderunt, ut PERRONIUS in Gallico ad Regem Angliæ responso, BELLARMINUS, PETAVIUS, MERENDA *de gestis* LIBERII *exulis p.* 147. 179. operum *S.* DAMASI Romæ 1754. MAZOCHIUS ad Kalend. Neapolit., quamvis eum primæ SIRMIENSI formulæ subscripsisse contendat. Sed potior sententia est, quam primus inivit Abbas CORGNE in opusculo prænotato: *dissertation critique sur le Pape* LIBERE, sequuti sunt, & multis illustrarunt BOLLANDIANI in Comm. de *S.* LIBERIO mense sept. & *Franciscus Antonius* ZACCARIA in dissertatione primum cum PETAVII Theologicis dogmatibus apud *Remondinium*, deinde in *Thesauro Theologico* apud *Pezzanam* edita. Eamdem sententiam ORSIUS *T.* VI. *hist. Eccles. lib.* 14. *n.* 72. propugnavit; probavit quoqne *Petrus* BELLARMINUS *de vi ac ratione primatus* p. 297. seqq. *Veron.* edit. 1776. 4.

Q. 6. Fuitne *S.* FELIX II. ullo tempore legitimus Pontifex? Vide SCHELESTRATIUM *Antiq. illustr. T.* I. *diss.* 2. *cap.* 9. TILLEMONTIUM *T.* VI. *adnot.* 60. ad histor. Arianor. RONCAGLIAM ad Natal. ALEXANDRI diss. 32. in sæc IV. PAPEBROCHIUM in *Propyl. diss.* IX. de *S.* FELICIS Episcopatu Romano, & diss. X. de Martyr. S. FELICIS; LAMBERTINIUM *de servor. Dei Beatific. lib.* IV. *p.* 2. *cap.* 25. *n.* 14. & ZACHARIAM in indicata dissertatione de LIBERIO.

Q. 7. *S.* DAMASUS fuitne ROMANUS? ut cum TILLEMONTIO docuit MERENDA, an

po-

potius HISPANUS, ut multis oſtendit *Franciſcus* PEREZ in libro, quem de *S.* LAURENTIO agentes indicavimus, DAMASUS, & LAURENTIUS Hiſpanis *aſſerti, & vindicati*, Romæ 1756. p. 1. Quænam fuere DAMASI partes in Concilio *Conſtantinopolitano* I. Oecumenico II. Vide ZACHARIÆ *Antifebronium*.

Q. 8. Quid de decretalibus ante SIRICIUM? Eas paucis exceptis, quæ apud veteres exſtant, ſuppoſititias eſſe exploratum nunc eſt viris paullo eruditioribus, idque a *Natali* ALEXANDRO demonſtratum eſt. Cave autem idem judicium cum QUESNELLO feras de SIRICII ad *Africanos* epiſtola. Eam genuinam oſtendunt SCHELESTRATIUS *diſs.* 3. de *Eccleſ. Afric. cap.* 12. *Natalis* ALEX. in *hiſtor. Eccleſ. ſæc.* V. *cap.* V. *artic.* 3. COUSTANTIUS in monito ad hanc epiſtolam, BIANCHI *dell' eſterior polizia della Chieſa* T. V. *P.* 1. *pag.* 84. BALLERINI *T.* III. *oper. S. LEON.* col. 1005. *ſeqq.* Confer ZACHARIÆ *Antifebronium* T. III. edit. Cæſen. *p.* 156. *ſeqq.* & hiſtoriam Polemicam cœlibatus *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. Idem ZACHARIAS *Antifebr. p.* 358. & 427. ejuſdem SIRICII de Clericorum continentia legem expendit, uti etiam *p.* 75. quid in cauſa JOVINIANI idem Pontifex egerit. Ad ſanctitatem vero SIRICII quod ſpectat, conſulendi SACCHINUS apud BOLLANDISTAS ad d. 22. Junii *cap.* 4. *n.* 30. NORISIUS in diſſert. de *ſanctitate* SIRICII T. IV. oper. *Veron.* edit. p. 721. BENEDICTUS XIV. in epiſtola præmiſſa Martyrol. Rom.

Q. 9. ANASTASII epiſtola ad *Joan. Hieroſolymitanum* de RUFINO eſtne genuina? quod HALLOIXIUS negavit. Vide P. de RUBEIS in diſs. de RUFINO *cap.* 16. ubi etiam Pontificis œconomiam illuſtrat RUFINI cauſſam ab ORIGENIS cauſſa aperte diſtinguentis.

SECTIO II.

POLITIA *Ecclesiarum* OCCIDENTIS.

Quæ disputationi obnoxia occurrunt in Ecclesiis occidentis, alphabetico illarum ordine proponam, postquam monuero, magnam esse inter eruditos viros quæstionem de tempore, quo primum in *Italia* præsertim in *Galliis* Metropolitæ instituti sint. Vide MAFFEI *Veronam illustratam*, P. de RUBEIS in *Monum. Eccles. Aquilejens. cap.* 19. *&* 20. *P.* BIANCHI *della polizia esterior della Chiesa* T. IV. & T. V. p. 1. BALLERINIOS in observat. ad QUESNELLI in *S.* LEONIS M. opera dissertationes.

1. Cujusnam Ecclesiæ Episcopus fuit MAXIMUS ÆMONIENSIS, qui *Aquilejensi* Concilio subscripsit? Vide T. I. Sylloges *Calog. Dissertazione del Conte* Gianrinaldo CARLI-RUBBINI *intorno all' antico Vescovato* Emoniese p. 371. seqq.

2. Florebatne hoc sæculo ALTINENSIS Ecclesia suis non carens Episcopis? Vide S. HIERONYMI epitaphium NEPOTIANI ad HELIODORUM, & *originis, & subsequentis status Canonicorum Ecclesiæ* TORCELLANÆ notitiam traditam a *Nicolao Antonio* LICIDIO T. XX. novæ Syllog. *Caloger. p.* 7. seqq.

3. Fuitne hoc sæculo *Judas* aliquis QUIRIACUS, seu CYRIACUS, qui *Hierosolymitana* Sede dimissa ANCONAM venerit, in eaque urbe Episcopatum obtinuerit? Vide Auctores a me indicatos cap. VIII. artic. II. §. 2. V. ANCONA, cumprimis PAPEBROCHIUM in Episcopis *Hierosolymitanis*, a quo mirum quantum dissidet *Hieronymus* SPECIALI, qui (quod ibi omiseram) *Venetiis* 1759. edidit *compendio della vita di S.* CIRIACO *Martire, Vescovo, e principale protettore di* ANCONA.

4. Ul-

4. Ullumne jus Metropoliticum habuit umquam in Ecclesiam AQUILEJENSEM? Vide Comitis *Friderici* ALTAN *Saggio dell' antica storia* &c. del FRIULI T. XXII. *nova Syllog. Caloger. p.* 90. *seqq.*

5. Num hoc primum sæculo fundata est AUXIMANA Ecclesia? & quis primus ejus Episcopus fuit? Luculenter id tractat *Dominicus* PANNELLI in libro cui titulus: *Memorie* di *S.* LEOPARDO *Vescovo d'* OSIMO, Pisauri 1755. 4. Vide etiam histor. litter. ital. *T.* XII. *p.* 412. *seqq.*

6. Quid statuendum de Actis *Græcis*, ex quibus *Nicolaus Flaminius* FALCONIUS vitam S. JANUARII Episcopi & Martyris BENEVENTANI consarcinatam *Italice* edidit anno 1713.? Ea nullius pretii esse ostendit STILTINGHUS in Comm. prævio ad Acta ejusdem Sancti *n.* 45. *seqq.* Alia Acta S. Episcopi ex *Bononiensi* Codice MAZOCHIUS protulit 1744. ad Kal. Neapol. *T.* 1. *pag.* 269., eaque *Baronianis*, ac *Vaticanis* antiquiora, & præstantiora esse contendit. Contra *Aquilanus* Episcopus SABBATINIUS T. IX. Calend. Neap. *p.* 64. *seqq.* Acta hæc *Mazochiana* deterrima esse statuit, multisque confirmat. STILTINGHUS quoque, sed modestiore critice illa sugillat, ac *Baronianis* multo inquinatiora, ac recentiora esse ostendit *a num.* 23. In eadem acta invehitur *Alexius Nicolaus* ROSSI *delle dissertazioni intorno ad alcune materie alla Città di* Napoli *appartenenti*, Neapoli 1758. 4. T. 1. diss. 4. MAZOCHIUS ut sua illa Acta *Bononiensia* a tot adversariis defenderet, scripserat *ad studiosos vera gloria S.* JANUARII *Mart. sinceram denunciationem, qua* JANUARII *Acta* Bononiensia *tamquam primitiva, & inculpata proponuntur &c.* sed non edidit, nisi cum altera apologia, cui propterea titulus: *Actorum Bononiensium S.* JANUARII, *& Sociorum Martyrum vindiciæ repetita*, Neapoli 1759. Tria porro (quoniam de S. JANUARIO loquimur) in ejus historia incerta sunt. 1. Patria, quam alii *Neapo-*

lim

lim statuunt, ut FALCONIUS in lib. cit. & STILTINGHUS Comm. in Acta S. JANUAR. §. 4. & 5.; alii BENEVENTUM, ut *Joann.* de VITA T. I. *Thesauri Antiquit. Benevent.*, *Romæ* 1754. fol. & in libro ibidem 1761. 4. *de S.* JANUARII Mart. & Episc. *Beneventani* patria *repetita vindiciæ*. 2. Epocha liquescentis sanguinis, de qua MAZOCHIUS *de Eccles. Cathedr. Neapolit. semper unica*, STILTINGHUS §. 20. *&* 21. ROSSI *diss.* v. 3. Quæri potest an miraculum ea ebullitio dici debeat; quod MOLINÆUS, aliique hæretici passim refellunt, imo irrident, ut T. XXIX. *Biblioth. German.* p. 204. sed hosce miraculorum osores egregie castigarunt *Joan. Dominicus* PUTIGNANUS *de redivivo Sanguine* D. JANUARII Parte I. edita 1723. LAMBERTINIUS *de servor. Dei Beatif. & Canoniz. lib.* 4. *p.* I. *cap.* 31. MAZOCHIUS, qui *miraculum ejusmodi non esse adeo rarum, ut de nullo alio sancto legatur, imo frequentius contigisse indubiis monumentis* demonstravit; præsertim vero P. STILTINGHUS, ubi postquam §. 29. adversus inauditas *Joannis* CLERICI calumnias ostendit luculentissimis testimoniis gratiam miraculorum perseverasse in Ecclesia, tandem §. 30. & 31. resolutionem, & ebullitionem sanguinis S. JANUARII naturæ vires excedere evincit, atque heterodoxorum cavillationes diluit.

7. De LUCIFERI CARALITANI Episcopi sanctitate disputant Auctores, de quibus vide FABRICIUM tum T. VIII. *Biblioth. Græca p.* 403. tum in *Biblioth. med. & inf. latinit.* V. LUCIFER, cumprimis BOLLANDIANI, *Natalis* ALEXANDER, TILLEMONTIUS. Adde Anonymum, qui sine loci, annique designatione librum edidit prænotatum: „ Iglesias, y Provin„ cias, que veneran por santo al glorioso San „ LUCIFERO Confessor, Arsobispo de CALLER „ ec. desde el año del Señor " de 374. atque

Apo-

Apologiam ab *Ambrosio* MACHIN ejusdem urbis Antistite concinnatam.

8. Latini LATINII sententia, an S. AMBROSIUS AUXENTIO *vivente, an vero mortuo Episcopus* MEDIOLANENSIS *creatus sit*? exstat T. 1. ejus *epistolar.*, Romæ 1659. *p.* 375. 380. *Godefridus* vero HENSCHENIUS *tom.* 1. *April.* exercitationem singularem præmisit *de anno & die mortis S.* AMBROSII Episcopi MEDIOLANENSIS. Ceterum S. AMBROSII vitam præter *Joa.* COSTERIUM in *Ambrosianorum* operum editione *Basileensi* 1557. *Cesarem* BARONIUM in *Romana* ann. 1580., MAURINI in *Parisiensi* anno 1690. scripsit *Gottfr.* HERMANT Gallice, ediditque *Parisiis* 1678. 4. inscriptam: *vie de St.* AMBROISE *Archevêque de* Milan. THOMASIUS in *hist. concertat. inter Imperium & Sacerdotium*, Halæ 1722. subdubitare visus est, num AMBROSIUS THEODOSIUM e Templo repulerit, ac pœnitentiæ subjecerit. Sed adeo imprudens, ac temeraria isthæc est dubitatio, ut vel ipsi heterodoxi *Bibliotheca Germanica* Auctores *T.* XI. *artic.* 4. *p.* 124. eam ad Pyrrhonismum rejecerint.

9. NEAPOLI ne sederunt hoc sæculo simul Episcopi duo FORTUNATUS, & CALEPODIUS, *latinus* alter, alter *Græcus*? ut putavit PAPEBROCHIUS. Negat MAZOCHIUS in diss. *de Ecclesia Cathedrali Neapolit. semper unica*; adfirmat STILTINGHUS in Actis S. JANUARII §. 17. iterumque MAZOCHIUS pernegat in citatis *vindiciis repetitis*.

10. De S. PAULLINO NOLANO Episcopo legantur *Francisci* SACCHINI, *Vita* PAULLINI: *Petri Francisci* CHIFLETII PAULLINUS *illustratus*, Divione 1662. 4. *Joann. Baptista* le BRUN Vita PAULLINI: *Ludovic. Anton.* MURATORII *dissertationes ad* PAULLINI *poemata*, ubi multa sunt, quæ vitam, resque gestas PAULLINI illustrant: „ La vie de saint PAU-

LIN

,, LIN Eveque de *Nole*, avec l' analyse de ses ,, ouvrages & trois dissertations sur quelques points ,, importans de son histoire, *Parisiis* 1743. 4. " *Joan. Stephanus* REMONDINI *della* NOLANA *Ecclesiastica Storia* Tomo II., *Neapoli* 1751. fol. quocum confer histor. litter. Ital. *T.* v. *p.* 583. *seqq.* Utrum vero PAULLINI sit Poema, quod in *Anecdotis latinis* protulit MURATORIUS, disputant LIRONIUS *Amenit. de la critiq.* T. I. pag. 209. & 218. ac *Joan. Alb.* FABRICIUS *de verit. Relig. Christ.*

11. *Memorie di S.* ERACLIANO *Vescovo di* Pesaro, *e delle Chiese in onor di lui inalzate, dell' Ab.* Luigi GIORDANI: exstant T. xx. novæ sylloges opusc. *Caloger.*, ubi an hic HERACLIANUS sit, qui *Sardicensi* Concilio subscripsisse legitur.

12. Fuitne TICINENSIS Episcopus *Mediolanensi* Metropolitæ obnoxius? Vide MURATORII *anecdota latina*.

13. Fueritne Monachus S. MARTINUS Episcopus TURONENSIS, disputatum est hujus sæculi initio inter Abbatem GERVAISE, qui id in vita S. MARTINI negavit, & Priorem Benedictinum *S. Juliani Turonensis*, qui id ann. 1700. *Turonis* defendit in libro ,, de la saintetè de l' etat Mo- ,, nastique, ou l' on fait l' histoire de l' Abbaye ,, de MARMOUTIER, & de l' Eglise Royale ,, de St. MARTIN. " Vide *Trivultianos* m. Nov. 1701. *pag.* 189. *Joseph.* autem ANTELMI, *Parisiis* 1693. epistolam emisit *de ætate S.* MARTINI TURONENSIS *Episcopi, & quorumdam ejus gestorum ordine* ad Antonium PAGIUM, qui cum SIRMONDO Vita functum ann. 400. S. MARTINUM singulari docuit dissertatione. Vide etiam P. *Francisci* STAVOLI dissertationem *de funere S.* MARTINI &c. ubi etiam inquirit, num S. AMBROSIUS ei moribundo adstiterit: edidit eam PURICELLI in *Monum. Basil. Ambros. pag.* 156. Consule etiam LIRONII *nouvelles remarques*

sur la mort de S. MARTIN *de* Tours T. 1. *Amenit. de la Critique pag.* 140. *seqq.*

14. *Jo. Andr.* IRICUS multa habet de EUSEBIO VERCELLARUM Episc. in *sacrosancto Evangelior. Codice S.* EUSEBII *Magni Episcopi & Martyris manu exarato* &c., Mediolani 1748. 4.

SECTIO III.

Politia Hierarchica ORIENTIS.

1. A Patriarchis ALEXANDRINIS ordior. Unus ATHANASIUS pluribus libris, & dissertationibus illustre præbuit argumentum. Exstant igitur *Gottfr.* HERMANTII *vie de Saint* ATHANASE, *Patriarche d'* ALEXANDRIE, Parisiis 1671. 4. duobus tomis, & 8. itidem duobus voluminibus: *Martini* LUBATHI dissertatio *de exsiliis* ATHANASII, Vitembergæ 1691. *Joan. Andr.* SCHMIDII disputatio *de puero* ATHANASIO *baptizante*, Helmstadii 1701. *Justi* FONTANINI dissertatio *de anno emortuali Sancti* ATHANASII *Patriarchæ* ALEXANDRINI, Romæ an. 1742. 4. *Bernardi* de MONTFAUCON *animadversiones in vitam & scripta* ATHANASII. Ejusdem Vita S. ATHANASII a PP. S. MAURI novæ ejus operum editioni præfixa. *Joannis Baptistæ* SOLLERII Mantissa (de chronologia S. ALEXANDRI, & S. ATHANASII) *adversus* nuperos editores vitæ & operum S. ATHANASII *in historia chronol. Patriarch.* ALEXANDRIN. *a num.* 233. *Joannes Franciscus Bernardi M.* de RUBEIS *de anno S. Antistitis emortuali* accurate differit in diss. de *Turranio*, seu *Tyrannio* RUFINO *capitib.* 4. 5. *&* 6. Vide *Sect.* 1. *q.* 4., quæ indicavimus de *S.* ATHANASII ad *Romanam* Sedem confugio, iisque adde *Henrici* VALESII dissertationem *de Magno* ATHANASIO.

11. Quatuor inter alias Quæstiones Historia Patriar-

triarcharum ANTIOCHENORUM suppeditat: Prima est, an inter eos exstiterit Patriarcha ROMANUS nomine? Altera quonam anno EUSTATHIUS *Antiochenus* depositus fuerit? Tertia utrum S. AGRICIUS ANTIOCHENIS Patriarchis sit adnumerandus? Quarta an EUSEBIUS *Cæsariensis* hunc Patriarchatum fuerit adeptus? Vide de his omnibus BOSCHIUM in histor. Patriarch. ANTIOCHEN. *num.* 141. *seqq.* 155. 162. & 182. Porro de MELETIANO schismate præter eumdem BOSCHIUM, & BOLLANDIANOS ad d. 12. Februarii consule *Petrum* BALLERINIUM *de vi ac ratione Primatus p.* 327. *seqq.*, Veronensis edit. anno 1766.

111. Ad *Constantinopolitanos* Episcopos quod adtinet præter PAULLUM CPOLITANUM, de quo exstat *Henrici* VALESII dissertatio, de *Gregorio* NAZIANZENO consulantur *Cæsaris* BARONII liber *de vita* NAZIANZENI cum notis *Dan.* PAPEBROCHII. *Gottfr.* HERMANTII *Vie de Saint* BASILE, *& de Saint* Gregoire *de* NAZIANZE, Parisiis anno 1674. 4. duob. tom. *Josephus Gottofr.* SCHUPARTI dissertatio *de Gregorio* NAZIANZENO, *cognomento Theologo*, Giessæ 1721. Num vero ex Patre Episcopo natus sit, quod TILLEMONTIUS adfirmat, disquirunt Anonymus apud *Trivultianos* 1707. artic. 50. m. Apr. p. 711., cujus adfertur *lettre sur l' Epoque de la naissance do St.* Gregoire de NAZIANZE, *Joannes* STILTINGHUS in dissert. T. 111. sept. præmissa, & *Franciscus Antonius* ZACCARIA in historia Polemica Cœlibat. *lib.* 1. *cap.* 7. *pag.* 121. 135. NECTARII Pœnitentiarium abolentis factum expendunt SIRMONDUS *in histor. pœnit. publica cap.* 8. *Latinus* LATINIUS, THOMASSINUS, MAMSIUS, ZACCARIA in dissertatione, quæ cum aliis ejusdem argumenti illata est in ejusdem *Thesaurum Theologicum*. Quomodo MAXIMUS *Cynicus* ante GREGORIUM NAZIANZENUM sedem *Con-*

ſtantinopolitanam vi & fraude occupare tentaverit, explicat CUPERUS in hiſtor. Chronolog. Patriarch. *Conſtantinopolitana num.* 119. Ad Joannem CHRYSOSTOMUM poſtremum hoc ſæculo CPOLITANÆ ſedis Epiſcopum venio. Exſtant de eo *Gottfr.* HERMANTII *Vie de Saint* Jean CHRYSOSTOME, *Pariſiis* 1664. 4. ibid. 1665. 8. duob. tomis, *Lugduni* 1683. 8. itidem duob. tomis: *Vita Beati* Joan., dicti CHRYSOST., Halę 1702. 8. cujus auctor eſt *Balthaſſar* KOEPKENIUS; item *Chriſtian. Guil.* VOLLANDI quinque diſſertationes de *Joanne* CHRYSOSTOMO, ſpeciatim de ejus elogio, vita, ſcriptis, optimis horum editionibus, & veteribus, fide dignis, vitæ illius ſcriptoribus, Vitembergæ 1710. 1711. *Bernardi* de MONTFAUCON *vita* CHRYSOSTOMI, *nunc primum adornata & multis aucta, antea ignotis, quæ ex* XII. *homiliis* Conſtantinopolitanis, *nuper repertis, excerpta ſunt. Jo. Henric.* BARTHII diſputatio *de* JOANNE CHRYSOSTOMO, Argentorati 1716. *Jo.* STILTINGHI doctiſſimus Commentarius in Actis Sanctorum Septembris. De ejus ad Apoſtolicam Sedem appellatione, quam negat FEBRONIUS, legendus ZACCARIA in *Antifebr. p. II. l. 3. c. 4. n. 3. ſeqq.*

IV. S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI geſta & ſcripta illuſtravit *Benedictus Antonius Auguſt.* TOUTTÆUS *diſſertationibus, quas Pariſiis* 1720. ejuſdem ſancti Antiſtitis operibus præmiſit. Confer *Trivultianos* m. Decembr. an. 1721. p. 2353. OUDINI Apoſtatæ cavillationes adverſus CYRILLI catecheſes difflat ZACCARIA *de Invent. S. Crucis c. 3.*

V. Præter hos Patriarchas ſunt alii *Orientis* Epiſcopi de quibus docti viri diſputant. Primus eſto S. NICOLAUS MYRENSIS. P. des MOLETS in ſylloge opuſc. quam inſcripſit: *continuation des memoires de litterature, & d' hiſtoire* T. VI. Pariſ. 1728. p. 106. brevem Anonymam diſſertationem

dedit

dedit *sur S.* NICOLAS *Evesque de* MYRE. D. vero de l'ISLE 1745. edidit *histoire de S.* NICOLAS &c. 12. Quid tamen hæc ad controversias in *Italia* exortas? *Nicolaus Carminius* FALCONIUS Neapoli 1751. vulgavit *Sancti Confessoris Pontificis, & celeberrimi Thaumaturgi* NICOLAI *acta primigenia nuper detecta, & eruta ex unico, & veteri codice membranaceo Vaticano &c.* fol. FALCONIUM *Neapoli* adgressi sunt *Ludovicus* SABATINUS de ANFORA *Aquilanus* Episcopus doctissimus, & *Nicolaus* PUTIGNANUS, ille in historico-critica dissertatione *de actis* D. NICOLAI *ut sinceris & genuinis ex Vaticano Codice exscriptis, ac nuper Vulgatis*, 1753. hic in libro prænotato *vindiciæ vitæ, & gestorum S. Thaumaturgi* NICOLAI *Archiep.* MYRENSIS *secundum acta antiqua & vulgata, & animadversiones in Acta primigenia* FALCONIANA nuper inventa &c. 1753. 4. & 1757. 4. Vide etiam histor. litter. Ital. *T. VI. p.* 565. *seq.* & Annales litter. Ital. *T. II. p.* 423.

VI. Alter est EUSEBIUS CÆSARIENSIS. D. *Joan. Christian.* ERNESTI dissertationes edidit de EUSEBIO Episcopo CÆSARIENSI Lipsiæ 1688. Præterea de hujus ARIANISMO magna exorta est disceptatio inter CAVEUM, & *Joan.* CLERICUM. Vide illius *historiam Litterariam*, hujus *Bibliothecam universalem* T. x. *p.* 474., & *epistolas Criticas*, & *Ecclesiasticas*. Vide etiam Præfationes VALESII, & D. COUSIN in EUSEBII historiam. *De Chronicis libris duobus ab* EUSEBIO Cæsariensi *scriptis & editis* dissertatio P. *Hieronymi* de PRATO Veronæ prodiit 1759. 8. Alia de EUSEBIO vide apud FABRICIUM tum in *Bibliolheca Græca*, tum in Tractatu *de veritate Religionis Christianæ*.

VII. Tertium indicabo S. EPIPHANIUM, cujus *historie & vie* ab Anonymo exiit Parisiis 1738. 4. De ejus commentario in Canticum Canticorum, quod FOGGINIUS edidit Romæ 1750. vide *histor.*

litter. Ital. T. III. *p.* 6. *seqq.* Illum tamen PHILONI CARPATHIO tribuendum esse contendit GIACOMELLIUS, qui *Græcum* ejus textum vulgavit. Novæ *Epiphaniorum* operum editionis, quæ a doctis viris desideratur, prospectum habes T. IV. ejusdem *histor. litter. Ital. p.* 16.

VIII. Caussam MARCELLI, de qua videndi etiam PETAVIUS, GARNERIUS *Marii Mercat.* T. II. p. 312. *Natalis* ALEXANDER, PAPEBROCHIUS in vita S. ATHANASII c. 19. p. 20. & TILLEMONTIUS, copiose egit non MONTFAUCONIUS in diatriba de MARCELLO, quam *T.* II. *collect. Græcor. Patrum* p. LI. præmisit. Huc spectat EUGENII diaconi MARCELLI ad ATHANASIUM legatio quam LIRONIUS suppostitiam esse singulari dissertatione ostendit *Amænit. de critiq. T.* I. *p.* 148.

ARTICULUS II.

Doctrina & disciplina sæculi IV.

§. I.

De CONCILIIS *hujus sæculi de quibus singulares quædam disquisitiones exstant.*

I. ARELATENSE ann. 314. fuit ne *plenarium* illud, de quo *S.* AUGUSTINUS in caussa rebaptizantium? Vide contrarias *P. Joan.* NICOLAI, & *Joan.* LAUNOII dissertationes, ac D. DAVID in eas dissertationem ad calcem operis Gallici de *judiciis Canonicis*. Ceterum de gestis hujus Concilii agit NORISIUS in *histor. Donatist.*, de Canonibus du GUET *Confer. Eccles. T.* I. *a diss.* 27. *ad diss.* 35. *T.* II., de confirmatione ZACHARIA Antif. p. II. lib. IV. cap. 4. n. 2.

II. AN-

II. ANCYRANUM. De ejus Canonibus du GUET *Conf. Eccles. T.* 11. *diss.* 37. *ad* 45.

III. NEOCESARIENSE. Idem du GUETUS quatuor dissertationibus NEOCESARIENSES Canones illustrat *diss.* 46. *ad* 49. *T.* 11.

IV. NICÆNUM I. Oecumenicum. Præter Libros de ejus historia indicatos *cap.* IX. *Artic.* 1. §. 2. aliosque de illius convocatione, præside, confirmatione heic adnotatos *sect.* 1. *q.* 2.

De Patribus, qui illi interfuerunt, adeundi SELDENUS Comm. in EUTYCHII *origines* pag. 472. seqq. BALLERINII in Tract. de *antiq. Collector. & Collection. Canon. P.* 1. *cap.* 3. §. 1. AMORT *Elem. sur Canon. T.* 1. *Ven. edit. p.* 166. *seqq.*

De numero Canonum a *Nicanis* PP. editorum contra AGUIRRIUM disputat *Thomas* ITTIGIUS in *fasciculo observationum* ad operum CLEM. ALEXANDR. supplementum, *Lipsia* 1700. & du GUETUS T. 11. *Confer. Eccles. diss.* 50. Conferendæ etiam sunt *P. Joan. Chrysost.* a S. JOSEPH *schol. Piar.* dissertationes duæ, altera „ de Canone „ Sacrorum Librorum constituto a sanctis Patribus „ in magno NICÆNO *Concilio*, *altera de nu-* „ mero Canonum, quos sancti Patres in Magna „ Synodo, NICÆNA constituerunt, " Romæ 1742. 4. Huc spectant cumprimis Canones ARABICI ejusdem Synodi, de quibus consule etiam *Josephi Aloysii* ASSEMANNI præfationem ad Commentar. *de Catholicis seu Patriarchis Chaldæorum, & Nestorianorum* p. XLVIII. seqq. Num vero quidquam de Clericorum Majorum cœlibatu *Nicæni* Patres statuerint, vide expensum a ZACCARIA *in hist. Polem. Cœlib. lib.* 1. *cap.* 4.

Canones Concilii NICÆNI illustrat du GUETUS a *diss.* 51. *ad* 63. Quintum explanat *Franc. Anton.* de SIMEONIBUS *T.* 1. *de Judiciar. R. E. potest. cap.* 17. Sextum illustrat *Henricus* VALESIUS, ut omittam SIRMONDUM,

FONTANINUM, aliosque, *de regionibus suburbicariis* disputatores a FABRICIO percensos in *salute Lucæ Evang.* p. 358. *seqq.* quibus addendi BOEHMERUS in observationibus selectis ad *Petri* de MARCA de Concordia Libros VIII. *Lipsiæ* recusos 1708. P. BIANCHI *dell' esterior polizia della Chiesa* T. IV. p. 240. seqq. & T. V. P. I. pag. 45. P. BAUDE *T.* II. *hist. univ. ad lib.* IV. *hist. Ecclesi. Reflex.* V. & P. VICTORIUS a S. MATHILDE in dissertatione *de Patriarchatu Romano*, quæ exstat p. 135. seqq. T. II. operis inscripti *dissertazioni Istoriche* &c. *recitate da diversi Autori in* BRESCIA *nell' adunanza letteraria del Sig. Conte* Giammaria MAZZUCGELLI, Brixiæ 1765. 4.

De historia PAPHNUTII, quam refert SOCRATES *lib.* I. *hist. cap.* 2. quum multi disseruerint, nemo accuratius BOLLANDISTIS T. I. sept. *p.* 784. *seqq.* quos sequutus est ZACCARIA *hist. Polem. Cœlib. lib.* I. *cap.* 5.

Symbolum NICÆNUM illustrarunt ex nostris *Christianus* LUPUS in diss. *de Symbolo Apost.* & Nicæno, ex Protestantibus *Joan.* HENRICUS HEIDEGGERUS *comment. de Symbolo Nicæno*-Constantinopolitano tom. 2. ejus *disputat. select.* p. 716. seqq. & *Joan. Caspar* SUICERUS in „ Symbolo Nicæno-Constantinopolitano exposito, „ & ex antiquitate Ecclesiastica illustrato," Trajecti ad Rhenum 1718. 4.

V. ANTIOCHENUM, de quo *Emanuel* a SCHELESTRATE in libro prænotato: *sacrum* ANTIOCHENUM Concilium pro Aria„ norum conciliabulo passim habitum; nunc vero „ primum ex omni antiquitate auctoritati suæ re„ stitutum„, Antuerpiæ 1681. 4. *Franciscus* de SIMEONIBUS *T.* II. *de Judiciar. R. P. potest. cap.* 20. cumprimis vero BALLERINII *in Tract. de antiq. Canon. Collector. & collection. P.* I. *cap.* IV. §. I.

VI.

VI. SARDICENSE. Quæ de ejus Concilii epocha inter MANSIUM, & MAMACHIUM disputata sunt, paullo post enarrabimus, ubi de SIRMIENSI agemus. Heic alia dabimus de SARDICENSI Concilio. De hujus Concilii Canonibus, de istorum auctoritate, de Patrum subscriptionibus, ac numero, & an fuerit œcumenicum? cur præterea SARDICENSE Canones *Nicæni* appellati fuerint a *Romanis* Pontificibus, accuratissime differunt BALLERINII Tract. *de antiq. Canonum Collector. & Collection. P.* I. *cap.* 5. 6. 7. *& P.* II. *cap.* I. §. 3. Illa vero maximi momenti quæstio, num SARDICENSES Concilium jus appellationum *Romano* Pontifici primum concesserit, an solummodo confirmarit, diligenter pertractatur a *Francisco Antonio de* SIMEONIBUS *de Judic. R. P. pot. T.* II. *cap.* 22. a P. DAUDE *T.* II. *hist. univ. ad lib.* IV. *hist. Eccles. Reflex*. 8., a BALLERINIIS *T.* II. *oper. S.*LEON. *a Franc. Anton.* ZACCARIA in *Antifebronio* primum *p.* II. *lib.* 3. deinde in *Antifebronio vindicato T.* III. *diss.* VIII. *cap.* V. contra FEBRONIUM, qui DUPINIUM, VAN-ESPEN *diss. in Canon. Sardic.*, & du GUETUM dissert. LXVII. *Tom.* 2. *Conferenc. Eccles.* pessimus scilicet duces hac in re sequutus est.

VII. ARIMINENSE. Multa de hoc Concilio invenies in Pastoralibus Institutionibus Emin. de BISSY, & Episcopi LANGUETI; sed omnes vicit Cl. Abbas CORGNE, cujus prodiit Parisiis 1732. *dissertation critique & Theologique sur le Concile de* RIMINI.

VIII. SIRMIENSE. Quum PETAVIUS in notis ad EPIPHANIUM quædam de Conciliis in quibus damnatus fuerat PHOTINUS, adtulisset in medium, *Jacobus* SIRMONDUS diatribam adversus PETAVIUM scripsit *de anno Synodi* SIRMIENSIS, & fidei formulis in ea editis, ac de PHOTINO, ejusque damnatione. Respondit PETA-

TAVIUS, cujus de PHOTINO „ hæretico, ejusque damnatione, in quinque Synodis facta, „ ac de duplici SIRMIENSI contra illum Synodo „ & formulis in posteriore editis dissertatio, in „ qua nova quædam, vulgo haud satis comperta, „ ecclesiasticæ historiæ capita produntur," Parisiis 1636. 8. Huic dissertationi *diatribam* aliquam opposuit SIRMONDUS; PETAVIUS vero *Elenchum diatribæ utriusque de* PHOTINO, & SIRMIENSI Synodo. Etiam *Petrus* de MARCA dissertationem conscripsit de *Synodo* SIRMIENSI, editaque est in ejus opusculis *Parisiis* 1681. Idem argumentum pertractant *Matthæi* LARROQUANI *dissertatio duplex*. I. de PHOTTINO *Pontifice Romano*, Genevæ 1670. 8. qui PETAVIUM in historia de PHOTINO variis modis a veritate aberrasse, adfirmat *Thomæ* ITTIGII, *historia* PHOTINI *Episcopi* SIRMIENSIS *&* *hæresiarchæ*, quæ exstat in appendice ITTIGIANÆ dissertationis *de hæresiarchis ævi Apostolici* p. 426. Verum nova nostris temporibus exorta est controversia. Nempe Joan. *Dominicus* MANSIUS Anonymi ex veterrimo Codice *Veronensi* primum a MAFFEJO evulgati nixus auctoritate Epocham *Sardicensis* Concilii a. 344. aut sequentis initio illigaverat, hincque SIRMIENSIUM longe aliam a recepta Epocham constituerat in dissertatione edita 1746. *de Epochis Conciliorum Sardicensis &* SIRMIENSIUM. Duobus articulis in diario litteratorum virorum, quod *Romæ* edebatur, MANSIANAM dissertationem oppugnavit Fr. *Thomas Maria* MAMACHIUS. MANSIUS contra, *Lucæ* 1747. *apologiam* emisit *ad Cl. Virum Ephemeridum eruditorum, quæ* Romæ *vulgantur, auctorem Anonymum* &c. Reposuit MAMACHIUS *ad* Joan. Dominicum MANSIUM *de ratione temporum* ATHANASIANORUM *deque aliquot Synodis* IV. *sæculo celebratis epistolas* IV. Romæ 1748. Hinc *Joan. Dominici* MANSI *pro sua de anno habiti* SARDICENSIS *Concilii sententia*.....

as-

assertio altera, Lucæ 1749. quam duabus epistolis in idem diarium *Romanum* dictorum hominum illatis MAMACHIUS postea confutavit.

IX. LAODICENUM. Canone Græci LAODICENI *cum versionibus Gentiani* HERVETI, *Dionysii* EXIGUI, ISIDORI MERCATORIS, & *observationibus* Wolfangi GUNDLINGII Noribergæ 1684. 4. exierunt.

X. GANGRENSE. Fuitne *Nicano* anterius, an posterius SARDICENSI? Vide BALLERINIOS *Tract. de ant. Collect. P. I. cap. IV.* §. 1. ubi etiam præfatiunculam, seu interlocutionem OSII a CONSTANTIO vulgatam supposititiam esse contendunt.

XI. CONSTANTINOPOLITANUM I. Oecumenicum II. quandonam tum apud *Græcos*, tum apud *Latinos* veluti œcumenicum haberi cœpit? Vide eosdem BALLERINIOS *P. II. cap.* 1. §. 2. alia de hoc Concilio, ubi de S. DAMASO, indicata sunt.

XII. Quid de Synodo CARTHAGINIENSI an. 397.? Confer BALLERINOSI *Tract. de antiq. Canon. Collection. P. II. cap.* 3. §. 3.

XIII. Canones ab Isidoro *Carthaginiensi* Synodo anno 398. tributi pertinent ne ad ullam Synodum *Africanam*? Hanc quæstionem proponunt, diriimuntque iidem BALLERINII *Tractat. cit. P. II. c.* 3. §. 4.

XIV. Hunc paragraphum claudam indicans *Petri* LAZERI *de Conciliis* ROMANIS prioribus quatuor Ecclesiæ sæculis dissertationem *Romæ* 1755. 4.

§. II.

De scriptis hujus sæculi.

I. Pleraque spectantia de Patriarchis, & Episcopis agentes occupavimus. Spicilegium superest, in quo

quo alphabeticum Patrum ordinem ſervabimus. A ſancto AMBROSIO initium capio. Tria de ejus ſcriptis præcipue quæruntur. 1. an ejus ſint libri de *Sacramentis*, quos Sancto Doctori du PINIUS confidentiſſime abjudicat. Vide *Benedictinos Ambroſianorum* operum editores Tom. ii. BONAM *Rer. Liturgic. lib.* 1. *cap.* 7. §. 4. 2. quid de quinque libris ſub HEGESIPPI nomine *de bello Judaico*; an AMBROSIUM auctorem habeant? Vide LABBEUM in HEGESIPPO, præſertim vero MAZOCHIUM. Tom. iii. Kalend. Neapolit. 3. Suntne AMBROSII commentarii in PAULLI epiſtolas? *Comi* anno 1600. prodiit Cardinalis BARONII epiſtola ad *Nicolaum* RUSCAM inſcripta: Cæſaris BARONII *rationes, quibus probatur Auctorem Commentariorum in epiſtolas* B. PAULLI, *qui* AMBROSII nomine, *circumferuntur non eſſe D.* AMBROSIUM *Epiſcopum* MEDIOLANENSEM &c. Dolendum raram hancce epiſtolam non exſtare inter BARONII epiſtolas a P. ALBERICO *Romæ* vulgatas.

II. De Symbolo Sancti ATHANASII celebris quæſtio nunc ſeſe offert, an ejus ſcilicet verus auctor ſit S. ALEXANDRINUS Antiſtes? Lege *Nicolaum* SERARIUM *opuſc. Theologic. T.* ii. ubi tres de hoc ſymbolo habet diſſertationes, Judicia eruditorum de ſymbolo ATHANASIANO ſtudioſe collecta, & inter ſe collata a *VVilhelmo Erneſto* TENTZELIO *Francofurti*, & *Lipſiæ* 1687.12. *Joſephi* ANTELMI novam de ſymbolo ATHANASIANO *diſquiſitionem* Pariſiis 1693. 8. MERATUM ad GAVANTUM, *Ludovici Antonii* MURATORII diſquiſitionem *de Symboli* Quicumque *auctore, & an is fuerit* VENANTIUS FORTUNATUS? Tom. ii. *Anecdotor. P. Mariæ Dominici Speronii* diſſertationes duas *de Symbolo* vulgo ſancti ATHANASII, *Patavii* 1750. & 1753. 8. Vide etiam CONSTANTIUM Præfat. ad epiſt. Rom. Pont. *T.* i. *n.* 41. *ſeq.* AZEVEDII *Exercitationes*

li-

liturgicas & BALLERINIOS in observat. ad QUESNELLI *diss. XIV.* §. 3.

III. De sancto EPHRAEMO consulenda cumprimis *Romana* ejus editio, cui addantur Michael HOYENI vita EPHRAIMI Duaci 1640. *Guil. Ernesti* TENTZELII dissertatio de EPHRÆMO SYRO in ejus *exercitation. select. p.* 1. *p.* 273. *Jo. Christoph. Coleri disquisitio critica in selecta historia litteraria de* EPHRAEMO *& Joan.* DAMASCENO, Syris *capita*, Vitembergæ 1714. *Dominici* BRICHIERI COLOMBI „ compendiosa notizia „ de' sermoni inediti di sant' *Efraimo* descritti da' „ Codici dell' Imperiale Biblioteca di Corte, „ quæ exstat Tom. xxxvii. opusc. *Caloger.* edit. p. 33. seqq.

IV. Sermones 49. & 50. qui extant inter opera sancti *Gregorii Nazianzeni*, num hujus sint, dubitavit *Quesnellus diss.* xiv. *in S. Leon*. Sed vide BALLERINIORUM in hanc dissertation. observationes *col.* 945. *seqq.* ubi sermones illos NAZIANZENO strenuo vindicant.

V. Inter *S.* HILARII Pictaviensis opera exstant fragmenta a *Nicolao* FABRO in lucem emissa. Quid de illis sentiendum sit, docebunt PERRONIUS in respons. ad *Regem Angliæ*, & CORGNIUS in diss. de LIBERIO Papa.

VI. Plures de S. HIERONYMI gestis & libris scripsere. In his *Hieronymi* QUADALUPI, HIERONYMI *vita ex ipsius potissimum scriptis contexta*, Toleti 1697. 4. *Pii* RUBEI de *Placentia* Monachi in res gestas S. HIERON. Commentarii, Comi 1623. f. *Jo.* CINELII *vita di Santo* GIROLAMO, Florentiæ 1688. *Joan.* MATIANÆI *vie de Saint* JEROME, *pretre solitaire & Docteur de l' Eglise*, Parisiis 1766. *Josephi* RENATI *storia della vita dell' insigne Dottore della Chiesa Santo* GIROLAMO, Venetiis 1746. 4. *Sebastiani* DOLCI *maximus* HIERONYMUS „ vitæ suæ scriptor, sive de „ moribus, doctrina & rebus gestis divi HIERO-

„ NY-

„ NYMI *Stridonienſis*, Catholicæ Eccleſiæ Docto-
„ ris maximi, commentariis ex ipſiſmet ejus ope-
„ ribus decerptus, editus, illuſtratus,“ cum vindiciis HIERONYMI adverſus BALLÆUM, atque alios *Anconæ* 1750. 4. BOELANDIANORUM Commentarius de S. HIERONYMO ad d. 30. Sept. Theſes dogmatico-hiſtorico Polemico-criticæ *ex vita, & operiaus* S. HIERON. (a PP. Servis B. M. V.) depromptæ, *Bononiæ* 1757. fol. Addantur *Marci* MARULI de patria B. HIERON. brevis diſſertatio, quæ exſtat, in *Joannis* LUCII Scriptoribus *Rerum Dalmaticarum* pag. 457. *Alphonſi* CIACCONII de Sancti HIERONYMI Cardinalitia dignitate, *Romæ* anno 1591. (de hac fictitia dignitate. Vide Tom. xlvii. ſylloges Caloger. diſſertationem inſcriptam *Oſſervazioni ſopra un ſigillo* ec. pag. 210. ſeqq., & *Philippum Laurentium* DIONISI p. 10. *Sacrar. Vatican. Baſil. Cryptar.*) *Chriſtophori Auguſtini* HEUMANNI Programma, in quo *Ecſtaſis* HIERONYMI Anticiceroniana examinatur, *merumque* illam fuiſſe HIERON. *figmentum* (impudentiſſime) comprobatur. Francofurti & Lipſiæ anno 1717. ad calcem Orationis ejuſdem heterodoxi hypercritici *de tribus Scholæ finibus*. MARTIANAY *lettre ſur la maniere de Saint* JEROME *d' écrire l' Hebreu*: exſtat in diario Pariſino *des ſavans* anno 1691. p. 4.

VII. Præfatio libelli precum, quem MARCELLINUS & FAUSTINUS *Valentiniano, Theodoſio*, & *Arcadio* Auguſtis obtulerunt, num eorum ſit, dubitatur. Affirmant quidem BARONIUS ad annum 367. num. 14. *Daniel* PAPEBROCHIUS in *Conatu* diſſertatio 9. *Chriſtianus* LUPUS Tom. v. oper. edition. Venet. ann. 1725. pag. 380., MAZOCHIUS ad Kalendarium Neapolitanum Tom. ii. pag. 582.; negant TILLEMONTIUS, & CORGNE in diſſertatio de LIBERIO *pag.* 106. Vide Tom. iii. *hiſtor. litterar. Ital.* p. 447.

VIII.

VIII. De RUFINO exstat *la vie de* RUFIN *Pretre de l' Eglise* d' AQUILEE, Parisiis an. 1724. duobus voluminibus 12. Vita a FONTANINIO descripta in *historia litteraria Aquilejensi*; Pater de RUBEIS *de* TURRANNIO, seu TYRANNIO RUFINO Monacho, & Presbytero dissertat., in qua gesta ejus, resque præcipuę in Ecclesia, & Imperio ab anno vulgaris æræ 310. ad annum usque 410. actæ discutiuntur, & illustrantur. Vide etiam LIRUTUM de scriptoribus FOROJULIENSIBUS. De EUSEBIANÆ historiæ versione RUFINIANA alibi dictum.

§. III.

De hæreticis hujus Saculi.

I. Ad DONATISTARUM hæresim pertinent: „ Historia *Carthaginensis* collationis; sive „ disputationis de Ecclesia, olim habitæ inter Ca„ tholicos & DONATISTAS, ex rerum Eccle„ siasticarum commentariis *Francisci* BALDUI„ NI, " Parisiis anno 1566. 8. *Joannis Conradi* DANNHAVERI „ Disputatio ad collationem „ Carthaginiensem habitam inter Catholicos & „ DONATISTAS, " Argentorati ann. 1651. *Henrici* VALESII dissertatio *de schismate* DONATISTARUM. *Joannis Henrici* OTTII *delineatio succincta schismatis* DONATISTICI. *Melchioris* LEYDECKERI dissertatio de DONATISTICO *schismate*, *continens brevem* DONATISMI *Saculo* IV. *&* V. *historiam*. *Hermanni* WITSII dissertatio *de schismate* DONATISTARUM. *Natalis* ALEXANDRI dissertationes „ de DONATO a Casis nigris, DO„ NATISTARUM Auctore & aliis, ad eorum „ historiam pertinentibus. " *Henrici* VALESII

SII dissertatio de DONATISTIS sub finem SOCRATIS; *Thomæ* ITTIGII *dissertatio exhibens historiam schismatis* DONATISTARUM. *Ludovicus Ellies* du PIN *historia* DONATISTARUM, præmissa OPTATI libris de schismate DONATISTARUM. Cardinal. NORISII historia DONATISTARUM, *Benedictinorum* Præfatio ad Tomum IX. Sancti AUGUSTINI. Spectat huc etiam *Suante Gustavii* DIETZII diss. de CIRCUMCELLIONIBUS, Lipsiæ 1690.

II. De ARRIANIS exstant, *Samuelis* LANGII *hæresis* ARRII, Lipsiæ anno 1643. *Joannis* MEISNERI disputatio de origine & progressu ARRIANISMI, *Vitembergæ* anno 1653. *Joannes Friderici* KOENIGII historia ARRIANISMI, Gryphisvvaldiæ anno 1654. *Philippi Ludovici* HANNECKENII „ Epitome historiæ AR„ RIANÆ, qua vita, mores, & mors magni „ hæretici ARRII brevissime traduntur, " disputationis loco sub præsidio *Michaelis* SIRICII exhibita, Giessæ anno 1660. 8. *Balthasar.* BEBELII dissertatio *de mediis* ARRIANISMI, Argentorati anno 1669. *Joannis Adami* OSIANDRI, ARRIANISMI „ Antiqui & novi breves lineæ, Tubingæ anno 1688. *Ludovici* MAIMBURGII „ Histoire de l' ARRIANISME depuis sa nais„ sance jusqu' a la fin, avec l' origine & le pro„ grés de l' heresie des *Sociniens*, " Parisiis an„ no 1673. 4. duobus voluminibus: 1678. 12. tribus tomis, 1682. 12. itidem tribus tomis, quæ editio in titulo quarta dicitur. Prodierunt: „ En„ tretiens d' EUDOXE & d' EUCHARI„ STE sur l' histoire de l' ARRIANISME „ & des *Iconoclastes* du P. MAIMBOURG, Coloniæ anno 1683. 12. „ Christiani LUPI dis„ sertatio posthuma de MELETII & ARRII „ personis, moribus atque erroribus, ex Aucto„ ris manuscripto edita, *operum Tom.* I. *par.* I. „ Cajetani Mariæ TRAVASA Storia critica della

„ Vi-

„ Vita di ARRIO, primo eresiarca del IV. secolo, " Venetiis anno 1746. 8., quæ Historia magna cum industria, copiose ac distincte scripta est. De morte ARRII disputatum est. Communis sententia est, illam exstitisse miseram, quo spectant: *Georgii Nicolai* OCKELLN dissertatio *de* ARRIO, *misero abrepto fato*, Rostochii anno 1708., & *Joannis Friderici* WUCHERER *prolusio de* ARRII *morte misera* adversus *Gulielmum* WISTHONUM, Jenæ ann. 1730. 4. Negant hoc alii, tota antiquitate refragante, ut Auctor libelli inscripti *Mors* ARRII *commentitia*, Londini 1711. 8.

III. SEMIARRIANORUM historiam maxime illustravit BENEDICTINORUM Sancti MAURI, & PP. TRIVULTIANORUM controversia. Prodiit ab illis „ Dissertation sur les „ SEMIARIENS, dans laquelle on defend l' Au„ teur de la nouvelle edition de saint CYRIL„ LE de *Jerusalem*, contre les auteurs des Memoi„ res de Trevoux, " Parisiis anno 1722. 12.; ab his *dissertation sur les* SEMIARIENS in ephemeridibus sequentis anni 1723. Februar. artic. 15. pag. 277. & Martii artic. 22. p. 366.

IV. De MACEDONIANIS dissertationem, Vitembergæ edidit 1688. *Georg. Henricus* GOETZIUS.

V. Agunt de PRISCILLIANISTIS *Simonis* de URIES „ Dissertatio critica de PRISCILLIA„ NISTIS, eorumque fatis, doctrinis & mori„ bus, " Trajecti ad Rhenum anno 1745. 4. „ Francisci GIRVESII de historia PRISCILLIA„ NISTARUM dissertatio in duas partes distri„ buta, ordine chronologico digesta, " Romæ anno 1750. 8. *Petri Thomæ* CACCIARI Exercitationes in universa Sancti LEONIS M. opera pertinentes ad historiam hæresum Manichæorum, PRISCILLIANISTARUM &c., Romæ anno 1751. fol. Vide *histor. litterar. Ital.* Tom. V. p. 353. seqq.

De PHOTINO confer dicta, ubi de synodo SIRMIENSI.

ARTICULUS III.

Facta & eventa hujus Saculi quaestionibus obnoxia.

I. Et heic a PERSEQUUTIONIBUS ordior. De DIOCLETIANÆA supra auctores indicavi. Adde NONNOTTE *les erreurs* de VOLTAIRE Tom. 1. cap. 3. & BERGIER *les grands hommes vengés*, Parisiis anno 1769. Tom. 11. pag. 98. Hanc post pacem Ecclesiæ datam a CONSTANTINO M. sequuta est Persequutio JULIANI, qui qualis fuerit, non a VOLTÆRIO discendum, sed a NONNOTTE *l. c. cap.* 7. & 8. atque a BERGIER *l. c. pag.* 152. *seqq.* Hanc persequutionem multis prosequitur *Joan. Alb.* FABRICIUS in *salutari luce Evangelii* cap. 14. pag. 294. seqq. qui & auctores de illa differentes enumerat *pag.* 303. *seq.* adde illis *Gottl. Frid.* GUDIUM *de artibus* JULIANI *Apostatæ paganam superstitionem instaurandi* Jenæ 1739. *Christ. Aug.* HERMANNI *dissertationem, in qua fabulam* (audin? dictatorem) de JULIANI Imper. voce exrrema: VICISTI GALILEE *confutat*, Gottingæ 1740. apostatam dixi JULIANUM, licet *observationum selectarum ad rem litterariam pertinentium* Tom. iii. Halæ Magdeburgicæ 1701. auctor novæ observationis fabulis Apostasiam perditissimi Cæsaris adscribat. Vide quæ contra hunc hypercriticum disputant *Trivultiani* anno MDCCVIII: mense Martio pag. 447.

II. Ad prospera eventa nunc nos vocat CONSTAN-

STANTINUS M. de quo exſtat *Bernardi* de VARENNE, ſive quod verum ejus nomen eſt, CHAN DE MOULIN *hiſtoire* de CONSTANTIN *le grand, premier empereur chretien*, ſex libris Pariſiis 1728. 4. Quæ pro Chriſtiana fide piiſſimus Imperator egit, pertractat FABRICIUS in *ſalutari luce Evangelii cap.* 13. Proximo autem capite & Auctores de illo agentes percenſuerat, & Chronologiam vitæ ejus exhibuerat. Non omittendæ quæ Tomo IX. *Symbolar.* GORII Decadis Florent. pag. 153. 176. exſtant, „ Theſes hiſtoricæ Chronologicæ criticæ Philolo- „ gicæ ad vitam Sancti CONSTANTINI *Magni &c.* ab Antonio Maria LUPIO *propoſita cum adnotationibus, & Appendice* Franciſc. Ant. ZACHARIÆ. Tria enimvero de CONSTANTINO Magno potiſſimum diſputantur. Nempe primo quæritur num *Romæ* baptizatus fuerit. Id adfirmant REGINALDUS POLUS in diſſert. *de Baptiſmo* CONSTANTINI *Magni*, Romæ 1562. Lovanii 1569. 8. *Joan.* BUSEI diſputatio de *Baptiſmo* CONSTANTINI *Magni*, Moguntiæ 1589. *Joan.* NICOLAI in hiſtorica diſſert. de CONSTANTINI Baptiſmo, ubi, quando & a quo „ fuerit celebratus, Pariſiis 1690. 12. *Franciſcus* BLANCHINIUS Tom. ſecundo Anaſtaſ. pag. 293. *Matthias* FURHMANN *in hiſtoria ſacra de Baptiſmo* CONSTANTINI *Max. Aug. colloquiis familiaribus digeſta*, Romæ 1743. 4. Negant præter hæreticos *Abrahamum* SCULTETUM *in confutatione* Cæſaris BARONII *de Baptiſmo* CONSTANTINI Magni, Neoſtadii 1607. *Balthaſarem* GUALTHERUM in *diatriba elenchtica de* CONSTANTINI Magni *baptiſmo, donatione, & legatione ad Concilium* Nicænum contra BARONIUM & BISCIOLAM, Jenæ 1618. *Guil. Erneſt.* TENTZELIUM *in examine fabulæ* Romanæ *de duplici baptiſmo* CONSTANTINI *Magni adverſus defenſionem* Emanuelis a SCHELSTRA-

TE *susceptum*, Vitembergæ 1683. præter hos, inquam, recentiores plerique inter Catholicos, Natalis ALEXANDER *in historia Ecclesiastica sæculo quarto dissertatio vigesima tertia*, PAPEBROCHIUS *in Comm. histor.* de Sanct. CONSTANT. *Magno* 21. Maji cap. secundo & quarto, JANNINGUS in Apologia pro *Actis Sanctorum*. SANDINIUS disp. decima secunda in utramque partem disputat., SCHELESTRATIUS Antiq. illustr. Parte secunda dissert. tertia cap. sexto duplicem commentus est CONSTANTINI Baptismum, *Romanum* alterum, alterum *Nicomediensem*; sed eum solide refellit Pater DAUDE in histor. univers. Tom. secundo *Reflex.* VIII. *in cap.* I. *lib.* IV. AMORTII observatio in acta quædam LIBERII Tom. I. *Element. Jur. Canon. pag.* 385. novam pandit viam hujus dissolvendæ quæstionis. Vide etiam NOVÆS *Elementi della storia de' Sommi Pontefici vol.* 1. pag. 82. Alterum de quo magna olim fuit controversia, donatio quædam est CONSTANTINO supposita. Vide P. P. CANTELIUM in *Metropolit. Urbium histor. Parte secunda dissert. secunda cap. secundo* & DAUDE *loc. cit. Reflex. 6. pag.* 177. licet olim pro illa pugnarint *Augustin.* STEUCHUS libro *de donatione* CONSTANTINI, Lugduni 1565. *Jacobus* GRETSERUS *de munificentia Principum in Sedem Apostolicam*, Ingolstadii 1610. 4. *Nicolaus* SCHATEN in Carolo *magno Romano-Catholico*, atque alii. Tertium denique, quod in controversiam vocatur, celebris est equestris ordo vulgo CONSTANTINIANUS. Vide FABRICIUM in *salut. luce Evang. cap.* 31. *pag.* 540. qui MAFFEIUM, aliosque in hanc rem appellat.

III. Inter hujus sæculi miracula eminent 1. apparitio Crucis, qua CONSTANTINUS ad prælium cum MAXENTIO ineundum excitatus fuit. Verum de hac multa disputantur, de loco, de tem-

tempore, de illius demum natura. Spectant huc *Nicolai* BARINGII *dissertatio epistolica de Crucis signo*, a CONSTANTINO *conspecto*, Hanov. 1645. 8. *Petri Francisci* CHIFFLETII liber *de loco, tempore & ceteris adjunctis conversionis* CONSTANTINI *Magni ad fidem Christianam, cum dissertatione de uno* DIONYSIO, *& de Sancti* MARTINI *temporum ratione*, Parisiis 1676. 8. *Claudii* du MOLINET *dissertation historique sur la vision, que* CONSTANTIN *eût de la Croix de nôtre Seigneur prouvée par des medailles*: Exstat in diario Parisiensi *des savans* anno 1681. April. pag. 130. *Joannis Friderici* KOEBERI dissertatio *de Cruce a* CONSTANTINO *Magno in cælo visa*. *Joannis Andr.* SCHMIDII dissertatio *de Luna in Cruce visa*, Jenæ anno 1681. qua verosimillimum esse statuit, Crucem, a CONSTANTINO M. visam, phænomenam fuisse naturale. *Joannis Joachimi* WEIDNERI dissertatio *de* CONSTANTINO *Magno, signo Crucis* CHRISTI, *in nubibus viso, ad Christianismum inaugurato*, Rostochii ann. 1703. *Joannis Christoph.* WOLFII dissertatio *de visione Crucis*, CONSTANTINO *Magno in cælo oblata*, Vitembergæ anno 1706. qua visio hæc ejusque veritas contra TOLLIUM, HUBERUM, ARNOLDUM, THOMASIUM defenditur. *Joannis Alberti* FABRICII „ exercitatio critica, „ qua disputatur, Crucem, quam in Cœlis vidisse „ se juravit CONSTANTINUS Imperator, fuisse „ phænomenon naturale in halone solari," Hamburgi anno 1706. Vide *Trivultianos* anno 1708. mense Februar. artic. 26. pag. 351. P. de GRAINVILLE *dissertation sur la verité de la vision de* CONSTANTIN apud eosdem *Trivultianos* anno 1724. Jun. pag. 1004. ZACHARIA adnotat. in Theses LUPII *pag.* 153. *seqq.* *Matthæi* JACUTII Monachi Benedictini *Syntagma de historia visionis* CONSTANTINI *Magni*, Romæ ann. 1755. 4.

quorum conferenda *historia litteraria Italiæ* T. XII. pag. 401. Veluti hujus visionis appendix CHRISTI Monogramma est, de cujus antiquitate vide eamdem *historiam litterariam Italiæ* Tom. cit. pag. 410. Varia autem forma ZACHARIA in *Paralipom.* ad *S. Flavii* CLEMENTIS *tumulum*, GORIUS *de mitrato capite Jesu Christi Crucifixi*, *cap.* 6. & 7. volum. III. ejus *Symbolar.* decad. *Florent.*, & Canonicus BERTOLI T. I. dissert. *Societ. Columb. Florent.* ut *Dominici* GEORGII dissertationem omittam *de Monogrammate* Christi *Domini*, Romæ anno 1738. 4.

2. Terræmotus, quibus JULIANUS ab instaurandi *Hierosolymitani* templi consilio dimotus est. Lege „ dissertation sur les tremblemens de terre, „ & les eruptions du feu &c. traduit de l'Anglois de WARBURTON (vide *Journal Britannique T.* III. *p.* 74. *&* VII. *p.* 103.) par M. MAZEAS 1754 vol. duob. in 12.

IV. Aliqua addemus de Actis quorumdam Martyrum 1. Tomo XVI. novæ syllog. *Calog.* exstat dissertatio *de' Santi Fratelli Martiri* FELICE e FORTUNATO *Protettori di* Chioggia, e *delle loro Reliquie*. 2. *Jacobus* AGNELLI *Ferrariensis* edidit 1751. Ferrariæ 4. *Notizie Istoriche del gran Martire S.* GIORGIO, de quo plura *Daniel* FARLATI in *Illyrico sacro*. 3. Cl. *Alphonsus* NICOLAI *Romæ* anno 1752. vulgavit „ Memorie „ storiche di *S.* BIAGIO Vescovo e Martire, Pro„ tettore della Repubblica di RAGUSA. " v. *histor. litter. Ital. T. v. p.* 620. *seqq.*

V. Ad gloriam Sanctorum postumam spectant sacrarum eorumdem exuviarum inventiones, ac translationes. Vide ergo T. I. *Anecdot.* MURATORIUM diss. XV. *de anno quo SS.* GERVASII & PROTASII *Corpora per S.* AMBROSIUM *fuere inventa*, disputantem, & *Dominici* PANNELLI *Ragguaglio della Invenzion delle Feste de' SS.* Martiri *d'* OSIMO (sub DIOCLETIANO)

FIO-

FIORENZO, *e Compagni* &c. Pisauri anno 1751. 4. quo de opere Auctor *historia litterar. Ital.* T. v. pag. 615. Hoc autem loco nefas sit prætermittere Dominicæ Crucis inventionem. De ea exstat GORIANARUM SYMBOLARUM decad. *Florent.* vol. IX. pag. 65. 13v. *Francisci Antonii* ZACHARIÆ dissertatio. Inventæ porro Crucis insigne fragmentum a S. HELENA *Romam* adlatum, & in Basilica S. Crucis reconditum fuisse ostendit P. D. *Raymundus* BESOZZI cap. 16. operis inscripti: *la storia della Basilica di S. Croce* in Gerusalemme, Romæ anno 1750. De aliis S. Crucis Reliquiis consule SCHIOPALALBAM diss. in *perantiquam sacram tabulam Græcam insigni sodalitio* S. MARIÆ CARITATIS Venetiarum *ab amplissimo Card.* BESSARIONE *dono datam* pag. 14. seqq. qui auctor etiam pag. 98. seqq. inquirit, utrum HELENA Tunicam Christi inconsutilem *Trevirensibus* per AGRITIUM transmiserit.

VI. Demum ut hujus sæculi disquisitionibus finem imponam, alia indicanda quæstio est de statua Christo *Paneade*, ut refert EUSEBIUS oculatus testis, posita ab *Emorrhoissa*. Protestantes EUSEBIO fidem adimunt, ut *Theodorus* HASÆUS in diss. *de monumento* Paneadensi, *de quo* EUSEBIUS lib. VIII. cap. 18. Bremæ anno 1726. 8. & de BEAUSOBRE *dissertation sur la statue de* PANEADE, quæ exstat T. XIII. *Biblioth. Germ. artic.* 1. Quibus (quod mirerisne, an doleas) suffragatus est *Josephus* KHELL *in Ecloge observationum in N. T. libros dec.* II., Viennæ anno 1757. *observat.* 1.

SÆCULUM V.

ARTICULUS I.

Politia Hierarchica hujus sæculi.

§. I.

ROMANI PONTIFICES.

Q. 1. Quid significat fermentum, de quo INNOCENTIUS I. in epist. ad DECENTIUM? Ecclesia *Romana* utebatur ne tunc temporis pane fermentato? panis azymus fuit ne ab initio usitatus in omnibus Ecclesiis? Legantur SIRMONDUS, BONA, MACEDO, CIAMPINUS, HARDUINUS, MABILLONII dissertatio de Azymo, & Commentarium in ordinem Romanum; COVSTANTIUS ad hanc epistolam, *Dominicus* GEORGIUS *de liturgia Rom. Pontif. T.* III. *p.* 155.

Q. 2. Num ZOSIMUS in iis quæ ad CÆLESTII caussam pertinent, damnandus sit? Confer GARNERIUM in *Marium Mercat.* NORISIUM in hist. Pelag. *Joannem* GISBERTUM in diss. de ZOSIMO cum aliis ejusdem Auctoris. At jurene APIARII Africani Presbyteri appellationem suscepit ZOSIMUS? Vide *Christianum* LUPUM T. I. & VIII. operum, *Petrum* de MARCA *lib.* 6. *Conc. Sacerd. & Imp.* cap. 14. SCHELSTRATE *de Eccles. Afric.* diss. 1. cap. 7. *Nat.* ALEXANDR. sæc. IV. diss. 8. prop. 2. TILLEMONT T. 13. p. 755. & 1031. ZACCARIA *Antifebr.* P. II. lib. 3. cap. 1. Fuitne ZOSIMUS Auctor Agnorum cereorum, quos *Agnos Dei* appellamus? V. Episcopum Vasionensem *Josephum Mariam* SUAREZ in Libello, quem de *Agnis Dei Romæ* edidit 1656., & doctissimum Præsulem *Stephanum*

BOR-

BORGIAM in egregia præfatione ad *Augustini* Card. VALERII opusculum de benedictione Agnorum Dei ibid. 1775.

Q. 3. EPHESINUM Concilium fuitne a CÆLESTINO summo Pontifice convocatum? Quantam in illo auctoritatem exercuit *Romana* sedes? Vide *Christianum* LUPUM in Conc. Gener. P. BIANCHI *dell' esterior polizia della Chiesa*, & ZACHARIÆ *Antifebronium*. Quis elucubravit Synopsim Auctoritatum *de gratia & libero arbitrio*, quæ S. CÆLESTINO Papæ a plerisque tribuitur? CÆLESTINUS ipse, inquit *Joannes Baptista* FAURE in dissertatione de *Capitulis* S. CÆLESTINO I. olim tributis eorumque dogmatica auctoritate Romæ anno 1754. 4. quod tamen negant passim recentiores Scriptores SIRMONDUS in not. ad Tom. I. *Concil. Gall.* PAGIUS in *Critica* ad anno 431. NORISIUS in *vindic. August.* cap. 8. ANTELMIUS diss. I. *de veris operibus SS.* LEONIS M. & PROSPERI, *Christianus* LUPUS, COUSTANTIUS ad epist. XXI. Cælest. T. I. *epist. Rom. Pontif.* Quid de controversia CÆLESTINUM inter & *Africanos* Patres ob appellationes? Consule auctores, ubi de ZOSIMO, nuper indicatos, quibus adde *M. Anton.* CAPPELLUM *de appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad* Romanam *Sedem*, Parisiis anno 1622., & ORSIUM in hist. Eccles.

Q. 4. Quisnam XYSTUS est, qui, ut in veteri Epitaphio legitur apud GRUTERUM pag. 1174. *SS.* Apostolorum Principibus Ecclesiam dedicavit? FLEETWOODUS nescire se fatetur. SIXTUS tamen III. hic fuit, qui Ecclesiam nunc dictam S. PETRI *ad vincula* consecravit. Vide Cl. Abb. *Michaelem Angelum* MONSACRATI in diss. *de catenis S.* PETRI, & *historiam litter. Ital.* T. III. p. 383. seq.

Q. 5. Quid de gestis, & scriptis *S.* LEONIS M.? Consule cum primis Fr. *Petrum Thomam*

CAC-

CACCIARI in nova *Leonianorum* operum editione, & QUESNELLI dissertationes cum BALLERINIORUM observationibus. Neque omittendæ *Josephi* ANTELMII *de veris operibus SS. PP.* LEONIS M. & PROSPERI Aquitani dissertationes criticæ, *Paris.* anno 1689. 4. contra quas tamen QUESNELLUS epistolam in Diarium *Parisiense des Savans* 8. Augusti inferri curavit. Vide infra *Chalcedonense* Concilium.

Q. 6. Quid statuendum de epistolis ob adjectam *Trisagii* cantico clausulam ad *Petrum* FULLONEM scriptis? Eas FELICI III. BARONIUS, PAGIUS FELICIS successori SIMPLICIO adscribit; at P. le QUIEN diss. IV. *Damasc.* cum VALESIO, & CAVEO ut spurias rejicit. De FELICE III. vide infra §. 3. ubi de ACACIO.

Q. 7. GELASII decretum, quo Apocryphi libri configuntur, estne illius? Vide FONTANINUM *de Antiquit.* Hortæ, MANSIUM in *supplem. ad Concilia Veneto-Labb. P. Joannes* KHELL in libro prænotato *Auctoritas utriusque libri Machab. Canonico-historica adserta* &c. Viennæ an. 1749. 4. Tomum IV. *hist. litter. Ital.* ubi de hoc ipso KHELLII libro agitur, p. 195. 209., & BALLERINIOS in Tract. *de ant. Canon. Collect. & Collect. T.* II. oper. S. LEONIS M.

§. II.

Aliqui OCCIDENTALES *Episcopi*.

I. De gestis S. *Petri* CHRYSOLOGI patria *Corneliensis*, sed *Ravennatis* Episcopi scripserunt AGNELLUS, in quem legendæ BACCHINII observationes, & *Dominicus* MITA. De epistola porro S. Antistitis ad EUTY-

TYCHEM consulendi quoque BALLERINII ad S. LEON. M.

II. Testamentum *S.* REMIGII *Rhemensis* estne genuinum? Num ei tribui possent commentarii in PAULLI epistolas REMIGIO *Antisiodorensi* ab aliis abjudicati? Vide MABILLONII *Annales Benedictinos*, & P. DORIGNY *histoire de la vie de S.* REMY *Archeveque de Rheims*, a Chalons an. 1714.

III. Quid de S. LEONIS M. controversia cum *S.* HILARIO *Arelatensi* censendum? Præter BALLERINIOS ad QUESNELLI ea de re dissertationem vide ZACHARIÆ *Antifebronium p.* II. *lib.* III. cap. 5.

IV. de *S.* AUGUSTINO exstat POSSIDII *vita & indiculus scriptorum* AUGUSTINI, quod utrumque opusculum non solum plerumque cum AUGUSTINI *operibus* editum est, sed etiam separatim prodiit studio *Joannis* SALINAS ita inscriptum Aurelii AUGUSTINI Hipponensis *Episcopi, vita, auctore* POSSIDIO *Episcopo, ad manuscriptos Codices recensita, notisque illustrata*, Romæ anno 1731. 8. JORDANI *vita* AUGUSTINI: imprimis *vita* AUGUSTINI, copiose tum a Monachis *Benedictinis*, cum maxime ex AUGUSTINI libris, descripta T. ult. oper. BOLLANDIANI mens. Aug. Fr. *Joannis Laurentii* BERTI *de rebus* gestis *S.* AUGUSTINI *Latinorum Patrum nobilissimi*, *Librisque ab eodem conscriptis* (hos inter BERTI hymnum *Te Deum* numerat, & tribus omnino capitibus XV. XVI. & XVII. vulgarem hanc traditionem confirmat; sed vide *Fabii* DANZETTE de Cantico *Te Deum* disputationem *Romæ* editam in calce *Exercitationum Liturgicarum P. Emanuelis* AZEVEDO) *commentarius* Venetiis anno 1756. 4. Addatur his *Joannis Martini* CHLADENII dissertatio *de fortuna bibliothecæ* D. AUGUSTINI *in excidio Hipponensi*, Lipsiæ anno 1742. Ad controversiam de reperto

S. AU-

S. AUGUSTINI sepulcro pertinent *Justi* FONTANINII disputatio de *corpore Sancti* AUGUSTINI, Ticini *reperto*, Romæ an. 1728. 4. " collectio actorum, atque allegatorum, in quibus „ ossa sacra, *Ticini* in confessione sancti PETRI „ in cœlo aureo anno 1695. reperta, esse sacras „ AUGUSTINI *Hipponensis* Episcopi & Ecclesiæ „ Doctoris, exuvias, probatum est & novissime „ judicatnm, " Venetiis anno 1729. 4. duobus partibus: *Ludovici Antonii* MURATORII „ motivi di credere tuttavia ascoso, e non iscoperto in PAVIA l'ann. 1695. il sacro Corpo di S. AGOSTINO, Tridenti anno 1730. 4.

§. III.

De Patriarchis, & Episcopis Orientalibus.

I. De Sancto CYRILLO ALEXANDRINO consule GARNERIUM in partem II. *Marii* MERCATORIS.

II. Plura dabunt CONSTANTINOPOLITANI Episcopi. Primo enim quæritur, certane sit ATTICI sanctitas? Qua de re CUPERUS disputat in *historiam Patriarch. Constantinopolitan.* a num. 163. Deinde occurrit ACACII schisma. Legenda autem præter *Henrici* VALESII (ad EVAGRIUM) observationem de ACACIO, & de duabus synodis ROMANIS, in quibus damnatus est, „ Patri Bernardi Mariæ *de* RUBEIS de una „ sententia damnationis in ACACIUM Episco„ pum *Constantinopolitanum* post quinquennium si„ lentii lata in synodo *Romana* FELICIS Papæ „ III. dissertatio, " ubi quamplura ad ACACIANAM historiam pertinentia ex epistola nuper e vetusto codice *Veronensi* edita, eidemque

FE-

FELICI III. *adjudicata* illustrantur. Venetiis anno 1729. 8. Tandem EUPHEMII & MACEDONII, qui sanctimoniæ laude celebratur, licet propter ACACII nomen in diptychis retentum a *Romani* Pontificis communione abscissi fuisse videantur, exempla *Natali* ALEXANDRO, & *Petro* BALLERINIO de vi ac ratione primatus pag. 334. quarumdam disquisitionum argumentum dedere. Confer etiam *Antifebronium vindicatum* Tom. III. dissertation. 6. c. v. num. 11., & CUPERUM *in historia Chronologica Patriarch. Constantinopolitanorum* a num. 250. ubi gravissimum TILLEMONTII erratum horum Patriarcharum occasione ajentis, posse quempiam extra *Romanæ* Ecclesiæ communionem sanctum esse, docte, copioseque confutat.

III. De SYNESIO, *& de fuga Episcopatus* exstat *Lucæ* HOLSTENII dissertatio, qua cum conferenda sunt, quæ adversus *Samuel.* BASNAGIUM de eadem Episcopatus fuga disserit *Franc. Antonius* ZACCARIA in histor. Polemic. Cœlib. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4.

IV. THEODORETI CYRENSIS Episcopi res gestas fidem & scripta quinque dissertationibus complexus est *Joannes* GARNERIUS, quem vide. Confer articulum sequentem, ubi de Concilio *Chalcedonensi*.

ARTICULUS II.

Doctrina & Disciplina Sæculi V.

§. I.

CONCILIA.

I. EPHESINUM Oecumenicum III. Vide Christianum LUPUM & CATALANUM. Recole etiam supra CÆLESTINUM.

II. De

II. De EPHESINO II. quod auctoritate quidem Sancti LEONIS M. convocatum fuit (confer ZACHARIÆ *Antifebronium Tomo* IV. *lib.* IV. *cap.* I. *num.* II.), sed deinde in latrocinium degeneravit, dissertationem edidit idem *Christianus* LUPUS. Ad hoc Conciliabulum spectat *Paschasii* QUESNELLI dissertatio VIII. in S. LEONEM M. „ De caussa FLAVIANI Episcopi CONSTANTINOPOLITANI in Pseudo - synodo „ *Ephesina* damnati, atque depositi, " sed non sine BALLERINIORUM observationibus legenda.

III. CHALCEDONENSE fuitne a Sancto LEONE M. convocatum? Num de ejusdem Sancti LEONIS epistola ad FLAVIANUM judicavit? Confirmatumne fuit ab eodem LEONE? Hæc omnia discussa habes Tom. IV. citat. *Antifebron.* pag. 34. 85. & 151., & in CACCIARI *Exercitationibus in universa Sancti* LEONIS M. *opera*, Romæ anno 1751., quibus adde *histor. litterar. Ital.* Tomo V. pag. 361. seqq., ubi præsertim de epistola ad FLAVIANUM agitur. Actionem de DOMNO *Antiocheno* Concil. *Chalcedonen.* Part. II. post actionem X. QUESNELLUS dissertatio IX. commentitiam conatus est persuadere; sed inanem apud eruditos viros operam lusit. Vide BALLERINIOS in observationibus ad eam dissertationem. Idem QUESNELLUS dissertat. X. de caussa THEODORITI Episcopi Cyri Pseudo - Ephesinæ synodi sententia depositi, a Sancto LEONE Papa restituti, in *Chalcedonensi* synodo purgati, disputat eo potissimum Consilio, ut THEODORETI appellationem ad Sanctum LEONEM extrudat. Confutatus autem est a BALLERINIIS in observationibus ad hanc ipsam dissertationem. Vide etiam DAVID *Jugem. Canoniq. cap.* VI. *art.* 4., & *Christianum* LUPUM *de appell. diss.* V.

IV. TELEPTENSE Concilium, uti & epistolam

lam SIRICII Papæ ad Episcopos Africanos magna confidentia QUESNELLUS in Sancto LEONE *dissertatione* 15. ut suppostititium rejecit. BALUZIUS dissertationem pro TELEPTENSI Concilio edidit ad *Petrum* de MARCA. Confer BALLERINIORUM quoque in eam QUESNELLI dissertationem observationes.

V. De Conciliis in caussa *Pelagianorum* peculiarem habet dissertationem *Joannes* GARNERIUS ad partem I. *Marii* MERCATORIS QUESNELLUS autem dissertationem XIII. *de Conciliis* AFRICANIS in *Pelagianorum* caussa celebratis, ad quam consulendæ sunt BALLERINIORUM observationes.

VI. *Jacobi* SIRMONDI de Canone I. ARAUSICANÆ I. synodi *Antirrheticus* duplex notissimus est; heic tamen non dissimulandus.

§. II.

Scripta Patrum.

I. Cujas fuit BACHIARIUS? *Hibernusne*, an *Hispanus*? Fuitne Episcopus? Quid de ejus scriptis. Vide *Franciscum* FLORIUM, qui BACHIARII opuscula *de Fide*, *&* *de Reparatione lapsi* ad Codices Bibliothecæ *Ambrosianæ*, nec non ad priores editiones castigavit, dissertationibus, & notis auxit, Romæ 1748. 4.

II. CASSIANUS poteſtne a SEMIPELAGIANI erroris nota purgari? Vide NORISIUM Histor. Pelagian. *lib.* 2. *cap.* 1., & in appendice ad Dissertat. histor. de synodo V. cap. 2., & BOLLANDIANOS ad diem vigesimam tertiam Julii, quidquid in contrarium conatus sit *Joan. Baptista* GUESNAJUS in libro, quem prænotavit: *S. Jo.* CASSIANUS *illustratus*.

III. GENNADIUS *Massiliensis* difficulter a *Semipelagianismi* labe excusabitur. Vide NORISIUM

SIUM Histor. Pelagian. *lib.* 2. *cap.* 16. ; & in appendice ad Dissertat. Histor. de synodo v. cap. 4. Liber de Ecclesiasticis dogmatibus estne Sancti AUGUSTINI, an potius GENNADII ? Confer MAURINORUM admonitionem in eum Librum in Appendice Tomo VIII. Operum Sancti AUGUSTINI pag. 75. *Parisiensis* editionis .

IV. Subjicio dissertationem dignam quæ a viro docto refellatur . Est ea *Christophori Augustini* HEUMANNI de ISIDORO PELUSIOTA , „ Et ejus Epistolis, quas maximam partem esse fictitias demonstratur," Gottingæ anno 1737.

V. MARCUS Monachus decimone, ut BELLARMINUS putavit, an potius quinto sæculo vixit ? Vide Sancti MARCI Monachi, qui sæculo quinto floruit , sermones *de jejunio* , *&* *de Melchisedech*, qui deperditi putabantur, nunc primum cum latina interpretatione a *Balthassare Maria* REMONDINI in lucem prolatos, *Romæ* anno 1748. 8.

VI. Quænam fuit *Paulli* OROSII patria ? Marchio de MONDEJAR in dissertationibus *Cæsaraugustæ* editis OROSIUM domo *Bracarensem* , atque adeo *Lusitanum* fuisse contendit; contra *Tarracone* illum ortum Dominus *Paullus Ignatius* de DALMASSES Y ROS ostendit , Barcinone anno 1702. edita infr. dissertatione *historica per la patria de* Paulo OROSIO . Alia de OROSIO dabunt NORISIUS Histor. Pelagian. *lib.* 1. *cap.* 6. *&* 7. GARNERIUS *ad Commonit.* Marii MERCATORIS , & HAVERCAMPIUS, qui ejus historiam iterum edidit Lugdun. Batav. 1738.

VII. Quis auctor operis, quod *Prædestinatus* inscribitur? Estne PRIMASIUS *Adrumeti* Episcopus , cujus nomen aliqui Codices præseferunt ? ut CAVEUS conjicit , contra quam SIRMONDUS ejus libri editor in epistola ad *Lucam* HOL-

STE-

STENIUM conatur oſtendere ? SIRMONDUS ARNOBIO *Juniori* tribuit, HARDUINUS *de Bapt. in nomine Chriſti* Paragrapho decimo tertio REGINALDO Monacho *Benedictino* noni ſæculi; VINCENTIO cuidam *Seraphinus* PICCINARDUS Ordin. *Prædicat.* qui evulgavit „ novam quæſtionem hiſtorico-theologicam de novitio opere, quod inſcribitur Prædeſtinatus, „ auctoris anonymi Semipelagiani, nuper reperto & impreſſo in Galliis, & a nemine hactenus revocato ad examen, Patavii 1686. 4.

VIII. Sanctus PROSPER Sancti AUGUSTINI diſcipulus, ac vindex fuit ne *Regii Lepidi* Epiſcopus ? Controverſia iſthæc ab anno 1737. magna contentione agitari cœpit inter P. D. *Camillum* AFFAROSI negantem, & P. M. *Paullum Mariam* CARDI, ut fertur, alioſque *Regienſes*. Libellos, qui hac occaſione utrinque prodierunt, recenſet Auctor *hiſtoriæ litterariæ Italiæ* Tom. primo pag. 174. ſeqq. & Tom. nono pag. 427. ſeqq. Vide etiam ejuſdem Auctoris *Annales litterarios Italiæ* Tomo primo Parte ſecunda pag. 133. ſeq.

IX. SEVERUS SULPICIUS lapſus ne eſt in Chiliaſtarum errorem ? cujus accuſatur a DUPINIO, GRAVESONIO, MURATORIO. Negat Clariſs. Pat. *Hieronymus* de PRATO in diſſertatione, quam Tom. decimo octavo *Caloger* opuſc. ſylloges edidit pag. 81. ſeqq. antequam *Veronæ* novam nobis daret duobus tomis SULPICIANORUM operum editionem, quæ de rebus ad SEVERUM pertinentibus conſulenda omnino eſt. De SEVERI tamen ſanctitate confer BENEDICTI Decimi quarti epiſtolam *Romano* Martyrologio præfixam.

X. Fueruntne duo VICTORES VITENSES Epiſcopi, quorum alter hiſtoriam *Vanda-*

lica Persequutionis ediderit ? Ita sentit Auctor Anonymus ; cujus exiit Parisiis an. 1708. 8. *dissertation sur* VICTOR *de* VITE *avec une nouvelle vie de cet Eveque*.

XI VINCENTIUS LERINENSIS fuitne *Semipelagianus*, ut NORISIUS, aliique adfirmant ? Negat PAPEBROCHIUS cum *Brunone* NEUSSER in prodromo adversus eumdem NORISIUM.

§. III.

Hæretici Sæculi V.

I. PELAGIANI, & SEMIPELAGIANI, qui & MASSILIENSES. De utrisque exstant *Joan.* LATII commentarii ex veterum Patrum scriptis de PELAGIANIS & SEMIPELAGIANIS, libris duobus, *Hardervici* 1617. 4. *Dionysii* PETAVII *de* PELAGIANORUM *&* SEMIPELAGIANORUM *dogmatum historia liber unus*, *Joan.* CABASSUTII *hæresis* PELAGIANÆ *&* SEMIPELAGIANÆ *historica & theologica delineatio*. Vide ejus *notitiam Ecclesiasticam* pag. 259. *Theodori* ELEUTHERII, seu P. *Livini de* MEYER dissertatio de erroribus PELAGIANORUM, & MASSILIENSIUM Tom. primo histor. controv. de divinæ gratię auxiliis alia ejusdem Tom. secundo.

II. De PELAGIANIS speciatim exstant *Ger. Joan.* VOSSII *historia de controversiis, quas* PELAGIUS *ejusque reliquiæ moverunt, libri* septem Lugduni Batavor. 1618. 4. & cum accessionibus Amstelod. 1655. 4. *Didaci* ALVAREZ *de origine* PELAGIANÆ „ hæresis, & ejus progressu, „ & damnatione, per plures summos Pontifices

„ &

„ & concilia facta, historia, Trani 1629. 4. *Jacobi* USSERII de PELAGIO : vide ejus *Britannicar. Eccles. antiquit.* pag. 205. *Henrici* NORISII *historia* PELAGIANA *&* *dissertatio de Synodo quinta œcumenica, in qua* ORIGENIS *ac* THEODORI MOPSUESTENI, PELAGIANI „ erroris auctorum, justa damnatio exponitur, „ & Aquilejense schisma describitur. Additis vin„ diciis Augustinianis, pro libris a sancto Docto„ re contra PELAGIANOS *&* SEMIPELAGIANOS *scriptis*, Patavii anno 1673. fol., Lipsiæ anno 1677. fol., Lovanii anno 1702. fol., cui editioni additæ sunt *quinque dissertationes historicæ*, ac Patavii anno 1708. fol. & alibi. *Joannis* GARNERII „ Dissertationes VII. quibus integra con„ tinetur historia PELAGIANA in Marci MER„ CATORIS " Operum Part. I., atque in appendice *Augustiniana* Operum Sancti AUGUSTINI Tom. XII. pag. 37. edition. *Antuerp.* seu potius *Amstelodami*. *Joannis* CLERICI „ An„ tiqua Ecclesiæ ac Reipublicæ in PELAGIA„ NAM hæresim decreta, breviter elucidata „ scholiis Chronologicis a *Christiano* LUPO " Operum Tomo XI. pag. 163. *Benedictinorum* Præfatio ad Tomum X. Sancti AUGUSTINI. *Trivultianorum Histoire de* PELAGE in ephemeridibus anno 1709. April. pag. 555. *Theodori Christophori* LILIENTHALII disputatio de PELAGIANISMO ante PELAGIUM, Jenæ anno 1739. P. *Ludovici* PATOULLIET *Vie de* PELAGE anno 1751. 12. Ejusdem *Histoire du* PELAGIANISME anno 1767. duobus voluminibus in 12.

III. De SEMIPELAGIANIS *Natalis* ALEXANDRI Dissertatio *de* SEMIPELAGIANORUM *hæresi* in Historia Ecclesiastica seculi V., & Marchionis *Scipionis* MAFFEI sub *Irenæi* VERONENSIS nomine, de hæresi SEMIPELAGIANA, *Roboreti* anno

 1743.

1743. 12., & in Sylloge Opuſcul. *Caloger.* Tom. XXIX.

IV. PRÆDESTINATIANI. De his *Jacobi* SIRMONDI „ Hiſtoria PRÆDESTINA-„ TIANA, duodecim capitibus comprehenſa, „ quibus initiis exorta, & per quos potiſſimum „ profligata PRÆDESTINATORUM Hæ-„ reſis olim fuerit, & oppreſſa, contra JANSE-„ NIUM, “ Pariſiis anno 1648. in 8. *Natalis* ALEXANDRI Diſſertatio de PRÆDESTINATIANA *Hæreſi*. *Joannis Baptiſtæ* DUCHESNE PREDESTINATIANISME *ou les hereſies ſur la* PREDESTINATION. *& la reprobation*, Pariſiis anno 1724. in 4. Idem argumentum a Proteſtantibus pertractatum videre eſt: quo ſpectant *Ægydii* STRAUCHII Diſſertatio de PRÆDESTINATIANIS, Vitembergæ anno 1658. *Georgii* GRÆENI Diſputatio *de Hæreſi veterum* PRÆDESTINATIANORUM, Vitembergæ anno 1678. *Laurentii* HEERFORDT Diſſertatio *de Hæreſi* PRÆDESTINIATIANA, *ab* AUGUSTINO *præter opinionem invecta*, Hafniæ anno 1733. *Joannis Balthaſſar.* BERNHOLDI Diſſertatio *de* PRÆDESTINATIANIS, *Hæreticis Sæculi* v., Altorfii Anno Milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo.

V. NESTORIANI. Horum hæreſim ac damnationes exponunt *Joannis* GARNERII Diſſertationes tres, quarum prima agit „ De hæreſi & „ libris NESTORII: *ſecunda* De Synodis in „ cauſſa NESTORIANA habitis: *tertia* De li-„ bris a defenſoribus fidei eodem tempore con-„ ſcriptis par. 11. commonit. “ *Marii* MERCATORIS, *Natalis* ALEXANDRI Diſſertatio de Hæreſi NESTORII, *Ludovici* DOUCIN *Hiſtoire du* NESTORIANISME, Pariſiis anno 1699. 4., & Ultrajecti anno 1716. in 4. Evulgavit quoque DOUCINUS „ Specimen obſervationum ad

„ NE-

„ NESTORIANAM Historiam, ac varios tum „ veterum, tum recentiorum, qui eam adtigerunt, locos, " Parisiis anno 1698. in 12. pręterea que prodiit: „ Addition a l' Histoire du „ NESTORIANISME, ou l' on fait voir, quel „ a etè l' ancien usage de l' Eglise dans la con- „ damnation des livres & ce qu' elle a exigè des „ fidelles a cet egard, " Parisiis sine anno. *Josephi Simonii* ASSEMANI Dissertatio de Syris NESTORIANIS *Bibliotheca Oriental. Tom.* III. *part.* II. *pag.* I. Mirum est, exstitisse inter Protestantes virum ceteroquin eruditum, qui NESTORIUM injuste damnatum fuisse, ut qui non sententia, sed verbis a recta fide dissentiret, edita dissertatione contenderet. Is est „ Paullus Ernestus JABLONSKI, cujus exercitatio hi- „ storico - Theologica de NESTORIANIS- „ MO, & illa inprimis NESTORIANORUM „ phrasi, qua humanam CHRISTI natu- „ ram Templum divinitatis vocare solebant, " Berolini prodiit anno 1724. in 8. Hanc tamen refellit non solum *Paulli* BERGERI oratio, notis illustrata, de NESTORIANISMO *Hæreseos convicto*, Vitembergæ anno 1726. in 4., sed etiam *Carol. Gottlob.* HOFFMANNI Dissertatio, „ Controversiam NESTORIANAM, olim agita- „ tam, haud fuisse logomachiam, " præside *Henrico* KLAUSINGIO ab eo defensa, Lipsiæ Anno Millesimo septingentesimo vigesimo quinto. Quam quum *Martinus* VEYSSIERE LACROZE in *Epistola ad* JABLONSKIUM impugnasset, HOFFMANNUS scripsit: *defensionem dissertationis de controversia* NESTORIANA, Lipsiæ anno 1730. in 4.

VI. EUTYCHIANI. Agunt de his „ Theo- „ dori ALTHUSII *Historia* EUTYCHIA- „ NA, exhibens ortum, progressum, propa- „ gationem, errorum enarrationem, & refutatio- „ nem, " Lipsiæ anno 1659. in 4. *Christiani*

Augusti SPLIGII *Tractatus de* EUTYCHIANISMO *ante* EUTYCHEN , *sive de* EUTICHIANISMI *vere ac falso suspectis* , Wolffenbuttelæ anno 1723. in 4. Dissertationes *Natalis* ALEXANDRI de EUTYCHETIS *errore* . *Michael.* LEQUIEN „ De quibusdam auctoritatibus, quibus EUTYCHES aliique unius in Christo naturæ adsertores hæresim suam tuebantur . Jacobi BASNAGII de variis EUTYCHIANORUM sectis eorumque sententiis . Nicolai Guilielmi SCHROEDERI de EUTYCHIANISMO , & variis ejus sectis , " Marpurgi Anno Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto . *Josephi Simonis* ASSEMANI Dissertatio de MONOPHYSITIS ; *Petri Thomæ* CACCIARI Exercitationes in universa Sancti LEONIS M. Opera . De COPTIS EUTYCHIANÆ Hæreseos sectatoribus adi Patr. de BERNAT „ Nouveaux memoires des Missions dans le LEVANT " Tom. II. pag. 289. Tom. VI. pag. 279., & *Joannem Baptistam* SOLERIUM in Appendice ad Historiam Patriarchalem ALEXANDRINAM. Ad MONOPHYSITAS spectat *Petrus* FULLO , seu CNAPHEUS , de quo vide VALESII Dissertationem Tom. III. , & NORISIUM „ De uno ex Trinitate passo " cap. 2. recole etiam artic. 1. §. 1. q. 6.

ARTICULUS III.

Facta & eventa .

Quæritur primo. Verumne sit miraculum Episcoporum , qui quum *Hunnerici Arriani* Regis jussu esset eis lingua præcisa, tamen loquebantur? De hac quæstione vide *Bibliothecam Brittanicam* Tom. V. pag. 171.

Quæritur secundo . Quid sentiendum de ampulla *Rhemensi* . Exstant de ea *Joannis Jacobi* CHIFFLETII *disquisitio de ampulla* RHEMEN-

MENSI *cum* Parergo de unctione Regum contra *Alexandrum* TENNEURIUM fol., Antuerpiæ Anno Millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo. Ejusdem TENNEURIUS *expensus* fol. ibid. Anno Millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo. P. CAVALLI Lateran. Canonici „ Ragionamento intorno l' ampolla del Crisma avutasi miracolosamente nel Battesimo del Re CLODOVEO; " exstat T. IV. novæ syllog. Calog. pag. 171. seqq.

Quæritur tertio. Consuetudo humandi Christifideles in Ecclesiis vigebatne ante sæculum V.? sepeliebanturne in istis omnes indiscriminatim? Legatur Sanctus AUGUSTINUS *de cura pro mortuis*. Episcopi tumulabanturne sub altari, ut videtur innuere Sanctus AMBROSIUS *Epist.* 22. Confer MURATORIUM Tom. 1. „ Anecdot. „ latin. *dissertatio* XVII. de veterum Christianorum „ sepulchris, *& in* Anecdotis Græcis *disquisit.* 3. „ de antiquis Christianorum sepulcris. " Cujusmodi erant cœmeteria primis Christi sæculis? Legantur SPONDANUS in suo libro de *Cœmeteriis*, & BOLDETTI *Osservazioni sopra i Cimiterj*.

SÆCULUM VI.

ARTICULUS I.

In Politiam Hierarchicam hujus sæculi quæstiones.

§. I.

De Politia Hierarchica Sanctæ Romanæ Ecclesiæ disquisitiones.

I. Quo jure THEODORICUS *Gothorum* Rex ingerere se voluit in causam SYMMACHI Papæ?

pæ? Quare Concilium *Romanum* ipsi dixit: Romanæ *Sedis Antistites a nemine judicantur*? Numquid tunc primum adhibitum fuit hoc dogma? Lege Patrem BIANCHI *dell'esterior polizia della Chiesa*, Tom. quinto Parte seconda pag. 462. seqq.

II. De HORMISDA in Diario Romano Doctorum hominum ann. 1756. artic. undecimo exstat eruditissima epistola Dom. *Petri Aloysii* GALLETTI Abbatis *Benedictini*. Vicariatus ab HORMISDA Summo Pontifice concessus Sancto REMIGIO transiitne etiam ad successores? epistola in qua de illo fit mentio, estne ANASTASII Papæ? In quonam consistebat Vicariatus iste? Vide disciplinam THOMASSINI, *Guillelmum* MARLOT in sua Metropoli *Remensi*, & Patrem BIANCHI Tom. quinto Parte Prima pag. 36. seq.

III. Supremi *Romani* Pontificis auctoritatem a Sancto AGAPETO exercitam in ANTHIMI CONSTANTINOPOLITANI Patriarchæ depositione expendit ZACCARIA *Antifebr.* Parte secunda, lib. primo, cap. sexto, num. nono.

IV. Exstat *Gottlieb* WERNSDORFF *de* SILVERIO & VIGILIO *Pontificibus maximis* dissertatio, Vitembergæ 1739. sed de VIGILIO, ejusque actis circa quintam Synodum *Constantinopolitanam* consule *Petri* de MARCA dissertationem *de decreto* VIGILII *Papæ pro confirmatione quintæ Synodi*, quod frustra in νοθείας suspicionem adducere GARNERIUS voluit in diss. de quinta Synodo ad LIBERATUM; „ Remarques d' „ un Theologien sur le Traitè historique de l' E„ tablissement, & des Prerogatives de l' Eglise de „ ROME, & de ses Eveques composè par M. MAIMBOURG, Coloniæ 1688. cap. secundo, CHARLASIUM „ de la Puissance de l' Eglise cap. 11. Cardin. de BISSY „ memoire contre l' Apel. de la Bulle UNIGENITUS an. 1719. 12.

pag.

pag. 256. Cardin. ORSI *hist. Eccles. Tom.* 18. *lib.* 41. *num.* 82.

V. Primus inter Pontifices, qui epistolas suas Indictione notaverit, fertur PELAGIUS Secundus. Porro de Indictionibus, earumque origine & usu consulendi NORISIUS in *hist. Donatist.* cap. 5. & MAFFEJUS in *Verona illustrata*.

VI. Multo plura de Sancto GREGORIO Magno disputantur. Ac primo num fuerit Monachus? Vide BARONIUS ad ann. 581. num. octavo. Antonii GALLONII pro BARONIO Apologia adversus Patrem BELLOTTUM Monachum *Cassinensem* Romæ 1604. BOLLANDIANI Tom. secundo Martii pag. 123. MABILLONIUS de *Monastica* Vita Sancti GREGORII Magni Analect., pag. 499. *Sam.* BASNAGIUS ad ann. 581. num. octavo SANDINIUS disput. decima quinta *de monastico instituto* Sancti GREGORII. Alia congero. Quare Sanctus GREGORIUS Magnus permittere nolebat *Constantinopolitano* Præsuli *œcumenici* titulum? Adi ZACHARIÆ *Antifebronium Tom. secundo Cæsen. edit., diss. secunda, cap. tertio, numer. sexto, & Antifebronium vindicatum* Tom. item secundo *dissert. quarta cap. quarto num. sexto.* Verumne est quod de Beato GREGORIO narrat Sanctus UDALRICUS *Augustanus* in quadam epistola de adempto primum, deinde reddito Sacerdotibus conjugio? Immo eane epistola Sanctum UDALRICUM auctorem habet? Confer ejusdem ZACHARIÆ historiam Polemicam Cœlibatus tum in *Præf.* pag. decima quinta seqq. tum lib. 11. cap. quinto, num. octavo. Nonne prorsus indubitatum est, *Dialogorum* libros ab ipso fuisse compositos? legatur GUSSANVILLÆUS in Præfatione ad hos dialogos. Quorsum eos Sanctus Doctor elucubravit? Nonne adserendum est, veterum Scriptorum de libris hisce opinionem, longe diversissimam fuisse ab ea nonnullorum præsentis ævi criticorum, quum tanta apud

illos

illos in æstimatione fuerint, ut non modo *Græce*, verum *Saxonice*, & *Arabice* eosdem verterint? Vide Monachi cujusdam *Benedictini* e Sancti Mauri Congregatione præfationem in Gallicam earum versionem Parisiis superiore sæculo editam apud *Coignardum*, & *Hieronymum* GRADONICUM nunc *Aquilejensem* Archiepiscopum in egregio libro inscripto, Sanctus GREGORIUS M. *Pontifex* Romanus *a criminationibus* Casimiri OUDINI *vindicatus*, Romæ anno 1753. in 8. Expositio in Psalmos estne illius, an potius, (quod idem GUSSANVILLÆUS censuit) Sancti GREGORII VII.? Vide Patrem BIANCHI in Opere nuper appellato, Tom. III. pag. 70. seqq. Quid sentiendum de precibus Sancti GREGORII M. pro *Trajano*? Adfirmavit *Alphonsus* CIACCONIUS, idque integro commentario stabilire conatus est; sed nemini criticorum virorum persuasit, non *Natali* ALEXANDRO in Sæcul. II. dissertat. non le QUIENIO dissertatio V. inter *Damascenicas*, non Patri GENGELL *in scrutinio unicæ veritatis*, Leopoli anno Millesimo septingentesimo vigesimo quinto, non SANDINIO disputatione decima sexta, non denique BENEDICTO XIV. *de Servor. Dei Beatification.* lib. III. cap. 10. & lib. 4. part. I. capite 21.

§. II.

Pauca de Politia Ecclesiarum Occidentalium, & Orientalium.

I. Quandonam floruit B. GREGORIUS AGRIGENTINORUM Episcopus? Exstat de ætate hujus B. Præsulis dissertatio *Joan.* LANCEA Tom. IV. Opuscul. *di Autori Siciliani*, Panormi anno 1760.

II. Quænam fuere AQUILEJENSIS Patriar-

triarchatus initia? Vide Articulum sequentem §. III.

III. ASULUM estne veterum ACELUM, suosque Episcopos hoc sæculo habuit? Vide Anonymi „ Discorsi Apologetici sopra la Città di „ ASOLO, “ Ferrariæ de quibus Auctor historiæ litter. Tom. VI. pag. 540. 548.

IV. De sanctitate INGENUINI Episcopi SABIONENSIS magna postremis hisce annis controversia efferbuit. Auctores indicatos habes sæculo III. ubi de Sancto CASSIANO *Corneliensi* Martyre. Adde BOLLANDIANOS, & NORISIUM in dissertatione de *Synodo quinta*.

V. Num *Joannes* CAPPADOX *Constantinopolitanus* Episcopus primus *Oecumenici* Patriarchæ titulum usurpavit? Vide CUPERUM in Histor. Patriarchar. Constantinopolitan. a num. 305. Idem deinde CUPERUS a num. 392. disquirit, utrum Præsul CONSTANTINOPOLITANUS *Joannes*, cognomento JEJUNATOR, qui eumdem titulum præfracte adhibuit, inter sanctos sit numerandus?

ARTICULUS II.

Doctrina & Disciplina hujus Sæculi.

§. I.

CONCILIA.

I. Misso Concilio CONSTANTINOPOLITANO II., de quo vide dicta cap. IX. artic. I. §. 2. & nuper indicatos Auctores, ubi de VIGILIO, quæque infra de tribus Capitulis addemus, de AGATHENSI exstat M. *Antonii* DOMINICY ad Canon. 2. & 3. AGATHENSIS Concilii, & ultimum ILERDENSIS dissertatio de *Communione pe-*

re-

regrina, Parisiis Anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

II. ANTISSIODORENSE. In ejus Canonem 1. dissertationem dedit Auctor *Historiæ litterariæ Italiæ* Tom. iv. pag. 8. Addatur Abbatis LEBEUF „ Lettre au sujet de deux anciennes Figures *Gau-* „ *loises*, avec les Recherches sur le cervulus, & „ vetula defendus par les Peres de l' Eglise, & „ par quelques Conciles de France, " ac præsertim ab ANTISSIODORENSI Canone 1. Exstat ea epistola pag. 280. Tom. 1. „ Recueil de di- „ vers ecrits (*ejusdem* LEBEUF,) pour servir „ d'eclairciſſemens a l'Histoire de France, " Parisiis Anno Millesimo septingentesimo trigesimo octavo.

III. EPAONENSE. „ Dissertation sur „ la decouverte du lieu d' EPAONE, ou a été „ tenu un Concile de ce nom. " Exstat in *Trivultianorum* Ephemeridibus anno Millesimo septingentesimo decimo quinto Februar. artic. 22. pag. 232., Romæ vero anno Millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, edita est „ De Puella- „ rum Monasteriis Canone 38. EPAONENSIS „ Concilii celebratis dissertatio Canonico - histori- „ co - Theologica a *Liberato* FASSONI Schol. „ Piar.

IV. GERUNDENSE; „ Lettre écrite „ sur le second Canon du Concile de GIRON- „ NE, qua ostenditur injunctam ibi abstinentiam a jejunio quatuor temporum aliam fuisse, atque ad Rogationum triduum spectasse.

§. II.

Scriptores Ecclesiastici.

I. Quid significare voluit AVITUS, Archiepiscopus *Viennensis*, per illa verba epistolæ scriptæ

ad

ad Senatum Romanum : „ Quod si Papa *Romæ* „ vocatur in dubium, Episcopatus jam videbitur, „ non Episcopus vacillare ? " Estne primus, qui Papam Ecclesiæ universalis Præsulem indigitarit, ut legitur in epistola vigesima septima? Vide SIRMONDUM ad eas epistolas. Quare in epistola trigesima prima, super nimia quorumdam Prælatorum promptitudine ad excommunicandum conqueritur, dicens excommunicationis telum vibrandum non esse, nisi ob res spirituales, seu ad Deum adtinentes, nedum intuitu Clericorum, verum & laicorum? Cur pariter *Aurelianense* Concilium v. normam quamdam super hoc statuit Canone 11. ? Numquid propter nimium, frequentemve tunc temporis excommunicationis usum? Egregia sane ratio est, quam adfert AVITUS pro sua sententia dicens : „ Quia nescit cujus dignitatis sit „ ipsa communio, qui non eam, omni animosi„ tate seposita, & cum magno dolore suspendit, „ & cum maxima festinatione restituit. " Vide *Petrum* DAMIANUM lib. 1. epist. 12.

II. De CASSIODORIO. Vide *March.* MAFFEJI Dissertationem inscriptam: CASSIODORII complexiones Catholicis dogmatibus egregie concinere, & Præfationem de CASSIODORII Commentario in Psalmos. Ceterum Auctoribus, qui de CASSIODORIO agunt addendus *Gabriel.* BARRI de antiquitate, & situ Calabriæ *lib.* III. *cap.* 17. 18. *&* 19.

III. *Dionysius* EXIGUUS. De ejus Canonum collectione consulendi cum primis BALLERINII ad Sanctum LEONEM M. Tom. II. ubi etiam contra QUESNELLUM probant, nullum ante DIONYSII collectionem serius receptam exstitisse publicum Ecclesiæ *Romanæ* Codicem Canonum.

IV. ENNODIUS Diaconus *Ticinensis* fuitne primus, qui *Papæ* vocabulum summis Pontificibus proprium fecerit, ut vult Pat. SIRMONDUS?

DUS ? Vide etiam P. CANTELIUM in *Metropolitanarum Urbium Historia* Parte prima capite primo.

V. MARTINUS *Dumiensis* fuitne Collector Canonum Ecclesiæ *Hispanæ*, an potius emendator? Vide BALLERINIOS Tom. II. Sancti LEONIS in Tractatu prævio de Antiquitate Canon. Collect., & *Dominici* LOPEZII de BARRERA „ De antiquo Canonum Codice Ecclesiæ „ HISPANÆ Historicam Exercitationem, *Romæ* „ *anno* 1758. *in* 4.

§. III.

Errores hujus Seculi.

I. Quid de Monachis SCYTHIÆ, qui unum e Trinitate passum prædicabant? Erantne EUTYCHIANI? AVITUS Episcopus *Viennensis* favitne huic hæresi in Epist. 3. ad Regem GONDEBALDUM? Vide notas Patri SIRMONDI, & dissertationem Ministri ALLIX *de Trisagii origine*, Rothomagi Anno Millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto. NORISII Dissertationem *de uno ex Trinitate passo*, *Sigism. Jacobi* BAUMGARTEN *Historiam Trisagii*, Halæ anno 1744.

II. Controversiam de Tribus Capitulis, quæ in schisma præsertim apud *Istros* degeneravit, præter Auctores, qui de V. Synodo egerunt, illustratam habes peculiaribus dissertationibus a P. *Joan.* GISBERT, & a *Daniele* FARLATI Tom. II. *Illyrici sacri*.

III. Ex hac controversia initia, saltem quod ad titulum spectat, sumenda sunt celebris Patriarchatus AQUILEJENSIS, quem BENEDICTUS XIV. exstinxit. De eo porro consule NORISIUM in dissertatione *de Synodo quinta* c. 10. *Fr. Joannis Franc. Bern. M.* de RUBEIS *de schismate Ecclesiæ* Aquilejensis Dissertationem Historicam,

Ve-

Venetiis an. 1732. in 8. BALLERINIOS in dissertatione *de Patriarchatus* AQUILEJENSIS origine. P. DAUDE *Histor. univ. & pragm.* Tom. III.

ARTICULUS III.

Facta & eventa hujus Saeculi.

I. Inventane fuit anno 590., ut FREDEGARIUS ad eum annum scribit, Tunica Domini, quae deinde CAROLI M. temporibus in *Gallias* translata fuerit. Vide RUINARTIUM ad Greg. Turon. lib. 1. *de mirac.* cap. 8., & SCHIOPPALALBAM alias citatum *pag.* 97.

II. Fuitne hoc saeculo ad insulam LIPARAM translatum Corpus Sancti BARTHOLOMAEI? &c. Tom. IX. novae Sylloges *Caloger.* pag. 334. seqq.

III. Quid de PICTAVIENSI S. MAMANTIS translatione, quae tempore & jussu S. RADEGUNDIS Reginae facta dicitur? Vide *Flaminii* CORNELII Senatoris *Veneti de Martyrio & Reliquiis* S. MAMANTIS Dissertationem epistolarem eodem Tom. IX. pag. 82. seqq.

IV. Annus & dies mortis Sancti BENEDICTI in controversiam vocatur. De hoc praeter MABILLONIUM Praefat. in saecul. I. Benedict. exstat apud *Trivultianos* m. Julio anno 1605. pag. 159. *extrait d'une Dissertation manuscrite sur l'annee, & le jour de la mort de St.* BENOIT.

FINIS.



